Sicut non tres increáti, nec tres immensi, * sed unus increátus, & unus immensus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus sanctus:

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus

Filius, * Deus Spiritus sanctus :

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Filius, * Dóminus Spíritus sanctus;

Et tamen non tres Dómini, * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquamque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiánâ veritáte compéllimur; * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo est factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre solo est; * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus sanctus à Patre & Fílio; * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Fílius, non tres Fílii; * unus Spíritus sanctus, non tres Spíritus sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus; * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam suprà dictum est, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Fílius, Deus & homo est.

Deus est ex substánti[a] Patris ante sécula géni[tus,] * & homo est [...] substántia matris in séc[u]lo natus.

Perfectus Deus, pe[rfe]ctus homo, * ex an[...] rationáli & humána [...]ne subsístens.

Æquális Patri [...] dùm divinitátem; [...] nor Patre secundu[...] manitátem.

Qui licèt Deu[...] homo, * non du[...] sed unus est Ch[...]

Unus autem [...] versióne divini[...] nem, * sed a[...] humanitátis i[...]

Unus omní[...] fusióne subst[...] unitáte pers[...]

ſicut ánima ra-
& caro unus eſt
* ita Deus & ho-
; eſt Chriſtus.
aſſus eſt pro ſalúte
deſcendit ad infe-
rtiâ die reſurrexit
is.
dit ad cœlos, ſe-
déxteram Dei Pa-
ipotentis; * inde
s eſt judicáre vi-
mórtuos.
cujus adventum
hómines reſúrgere
cum corpóribus
& redditúri ſunt
is própriis ratió-

ui bona egérunt,
vitam ætérnam;*
o mala, in ignem
n.
eſt fides cathóli-
quam niſi quiſque
firmiterque cre-
, ſalvus eſſe non

a Patri.
Deus meus es tu,
itébor tibi; Deus
; tu, & exaltábo

lum. I. Tim. 1.
ſeculórum im-
rtáli, invisíbili,
o, honor & gló-
ſécula ſeculórum.

eo grátias.

℟. *breve*, Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. ℣. Qui ſedes ad déxteram Patris, [*hic Verſus quandoquè mutandus eſt, ut notatur in propriis locis.*] * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repetitur:* Chriſte Fili Dei vivi, miſerére nobis. *Matth. 16. Tob. 8. Hebr. 1.*

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dóminus vobiſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti, Deus, per ómnia ſécula ſeculórum, ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò legitur Martyrologium, in cujus fine respondetur Deo grátias: *& statim Hebdomadarius dicit altâ voce:*

℣. Pretiósa in conspectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115.

Et absolutè sine Dóminus vobiscum, *& sine* Orémus.

Sancta María & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Postea dicitur, ℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. *Ps.* 69.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

Deinde Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Tum secretò, Pater noster. *Altâ voce,* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réspice in tuos, Dómine, & ra tua; & dírig eorum; ℟. Et sit sp Dómini Dei nostr nos, & ópera m nostrárum dírige nos, & opus m nostrárum dírige.

℣. Glória Patri cut erat.

Orémus.

Dirígere & sa re, régere & náre dignáre, I Deus Rex cœli & hódie corda & nostra, sensus, se & actus nostros, tua, & in opéribu datórum tuórum & in æternum, t liante, salvi & lil mereámur, Salvát di; Qui vivis & in sécula sec ℟. Amen.

Lector, versus brantem, petit be nem, dicens: Domne, benedíc

Benedictio: Bon & disciplínam, tiam dóceat nos nus. *Psal.* 118. ℟. Amen.

Tum fit lectio (qui, pro singuli habetur ad calce cujus fine dicitur:

n. ℣. Dómine, miserére
stri. *Chorus respondet:*
eo grátias.
Absoluto Canone, Hebdomadarius dicit: ℣. Adtórium nostrum in nó-
ine Dómini: ℟. Qui
eit cœlum & terram.
f. 123.
Submissiori voce dicit:
enedícite. ℟. Deus.
Hebdom. Deus pacis
ptet nos in omni bono,
: faciámus ejus volun-
tem: fáciens in nobis
uod pláceat coram se,
er Jesum Christum cui
t glória in sécula secu-
órum. *Hebr.* 13.
℟. Amen.
*Post quamlibet Horam, aliud non sequitur Offi-
um, dicitur secretò:* Fi-
élium ánimæ, &c. *Dein-
è* Pater noster.

AD TERTIAM.

*Si separetur ab Officio præcedenti, dicitur se-
retò* Pater *&* Ave; *&
ic ante alias Horas.*
Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

O Fons amóris, Spíritus;
O dulce lumen méntium,
Sacras refúsus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Fac sancta jungant víncula.

¶ Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Ant. 6. F. Misericórdia.

Ex Psalmo 118.

Legem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum; * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam; * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum; * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, * & non in avarítiam.

Avertte óculos meos, ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómi-

pe; * salutáre tuum secundùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum; * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in sæculum & in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspectu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ dilexi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ dilexi, * & exercébar in justificatiónibus tuis.

Divisio Psalmi 118.

Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iniquè agébant usquequáque; * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à sæculo, Dómine, * & consolátus sum.

Defectio ténuit me pro peccatóribus derel quéntibus legem tuam

Cantábiles mihi er justificatiónes tuæ * loco peregrinatiónis me

Memor fui nocte nó nis tui, Dómine, * custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi quia justificatiónes t exquisívi.

Pórtio mea, Dómine dixi, custodíre leg tuam.

Deprecátus sum fáci tuam in toto corde mee miserére meî secund elóquium tuum.

Cogitávi vias meas & converti pedes mee testimónia tua.

Parátus sum, & sum turbátus, * ut c diam mandáta tua.

Funes peccatórum cumplexi sunt me; legem tuam non oblítus.

Médiâ nocte sur ad confitendum super judícia justi nis tuæ.

Párticeps ego s nium timéntium & custodiéntium ta tua.

Misericórdiâ tu me, plena est terr ficatiónes tuas

divisio Psalmi 118.
ltátem fecisti cum
vo tuo, Dómine, *
ùm verbum tuum.
itátem, & disciplí-
&. sciéntiam doce
quia mandátis tuis
i.
ísquàm humiliárer,
líqui : * proptéreà
ım tuum custodívi.
us es tu, * & in bo-
tua doce me justifi-
es tuas.
tiplicáta est super
níquitas superbó-
'.ego autem in toto
meo scrutábor
ıta tua.
;ulátum est sicut lac
:um : * ego verò le-
am meditátus sum.
ım mihi quia hu-
:i me, * ut discam
atiónes tuas.
um mihi lex oris
ıper míllia auri &
.
.us tuæ fecérunt me
ɔnavérunt me : *
ıi intelléctum, &
..mandáta tua.
timent te, vidé-
ıe & lætabuntur, *
ı verba tua super-
.
ıóvi, Dómine,
ǫuitas judícia tua, *
veritáte tua humi-
ıe.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secundùm elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ, & vivam, * quia lex tua meditátio mea est.

Confundantur supérbi, quia injustè iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Misericórdiâ tuâ, Dómine, plena est terra.

Capitulum. I. Paral. 16.

Date Dómino glóriam nómini ejus, & adoráte Dóminum in decóre sancto.

℟. *breve.* Magnus Dóminus, * Et laudábilis nimìs. ℣. Et magnitúdinis ejus non est finis. * Et laudábilis nimìs. Glória Patri. ℟. Magnus. *Ps.* 144.

℣. Exultáte Deo in insigni die solemnitátis vestræ ; ℟. Quia præceptum in Israël est. *Ps.* 80.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAM solis áureum jubar
Pleno coruscat lúmine:
O vera, Christe, cláritas,
Nostris refulge sénsibus.

O dux salútis & via,
O vita, quos doces, rege;
Et quos regis, da cónsequi
Vitæ perennis gáudia.

¶ ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore. Amen.

Ant. 2. D. Fac cum servo tuo.

Ex Psalmo 118.

Deféci in salutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes: Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína, * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulò minùs consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm misericórdiam tuam vivífica me, * & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ persevérat dies, * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periissem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas, * quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * testimónia tua intellexi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

Divisio Psalmi 118.

Quómodò dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudentem me fecisti mandáto tuo, * quia in ætemum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi: * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Jurávi, & státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáquè, Dómine; * vivífica me secundùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætemum, * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum, * propter retributiónem.

Altera divisio Psalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjútor & susceptor meus es tu, * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me, maligni; * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secundùm elóquium tuum, & vivam, * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero, * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à judíciis tuis; * quia injusta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ; * ídeò dilexi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas; * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & justítiam, * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum; * non calumnientur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum, * & in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundùm misericórdiam tuam; * & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego; * da mihi intelléctum ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * dissipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua * super aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Fac cum servo tuo secundùm misericórdiam tuam, Dómine.

Capitulum I. Paral. 29.

Tua est, Dómine, magnificéntia & poténtia; tua est glória: tu domináris ómnium; in manu tua magnitúdo & impérium ómnium.

℟. *brev.* Dómine Deus meus, * Magnificátus es veheménter. ℣. Confessiónem & decórem induísti. * Magnificátus es veheménter. Glória Patri. ℟. Dómine Deus. *Ps.* 103.

℣. Afferte Dómino glóriam & honórem; ℟. Afferte Dómino glóriam nómini ejus. *Ps.* 95.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

Recédit inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus supérnam júgiter
Suspíret ardor pátriam.

Da, Christe, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui:
Fac, lucis usúræ brevi
Ætérna succédat dies.

Ætérne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Ant. 4. E. Appropinquet.

Ex Psalmo 118.

Mirabília testimónia tua; * ideò scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attraxi spíritum; * quia

mandáta tua desiderá-bam.

Aspice in me, & miserére meî, * secundùm judícium diligéntium nomen tuùm.

Gressus meos dírige secundùm elóquium tuum; * & non dominétur meî ómnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum, * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandasti justítiam téstimónia tua, * & veritátem tuam nimìs.

Tabéscere me fecit zelus meus, * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & servus tuus dilexit illud.

Adolescéntulus sum ego & contemptus: * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua justítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in æternum; * intellectum da mihi, & vivam.

Divisio Psalmi 118.

Clamávi in toto corde meo, exaudi me, Dómine; * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac, * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo; * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secundùm misericórdiam tuam, Dómine; * & secundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequentes me iniquitáti; * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu, Dómine; * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis; * quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me; * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter

elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus; * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ, multæ, Dómine; * secundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequuntur me, & tríbulant me: * à testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabescébam; * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi, Dómine: * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in æternum ómnia judícia justítiæ tuæ.

Altera divisio Psalmi 118.

Príncipes persecúti sunt me gratìs; * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua, * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui & abominátus sum; * legem autem tuam dilexi.

Séptiès in die laudem dixi tibi * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligé[ntibus] legem tuam, * & n[on est] illis scándalum.

Expectábam sa[lutare] tuum, Dómine; * [&] mandáta tua dilex[i].

Custodívit ánim[a mea] testimónia tua, * [&] [dilex]it ea vehementer.

Servávi mandáta [tua, &] testimónia tua, * [quia] omnes viæ meæ in [con]spectu tuo.

Appropinquet [depre]cátio mea in con[spectu] tuo, Dómine: * [juxta] elóquium tuum da [mihi] intellectum.

Intret postulátio [mea] in conspectu tuo: [se]cundùm elóquium [tuum] éripe me.

Eructábunt lab[ia mea] hymnum, * cùm d[ocueris] me justificatióne[s tuas].

Pronuntiábit lin[gua mea] elóquium tuum [: quia] ómnia mandáta [tua æqui]tas.

Fiat manus [tua ut sal]vet me, * quón[iam man]dáta tua elégi.

Concupívi [salutare] tuum, Dómi[ne: & lex] tua meditáti[o mea est].

Vivet áni[ma mea, &] laudábit te; [& judicia] tua adjuváb[unt me].

Errávi si[cut ovis quæ] périit: * [...]

...tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Appropinquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine.

Capitulum. Apoc. 5.

Sedenti in throno, & Agno, benedíctio & honor, & glória, & potestas in sǽcula seculórum.

℟. *breve.* Exaltáre * Super cœlos, Deus : ℣. Et super omnem terram glória tua. * Super cœlos, Deus. Glória Patri. ℟. Exaltáre. *Ps.* 107.

℣. Benedic, ánima mea, Dómino, ℟. Et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. *Ps.* 102.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

...us, in adjutórium, &c.

...t. 7. c. Dixit Dóminus.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * Sede à dextris meis ;

...onec ponam inimícos ... * scabellum pedum ...um.

...rgam virtútis tuæ ...et Dóminus ex ... * domináre in médio inimicórum tuórum.

...m princípium in die ...is tuæ, in splendóribus sanctórum ; * ex útero ...ucíferum génui te.

...iemalis. G *

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es Sacerdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis : * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas ; * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet ; * proptéreà exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo : Sede à dextris meis.

Ant. 4. d. Fidélia.

Psalmus 110.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio justórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus ; * & justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo ;

Ut det illis hæreditátem géntium, * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio ejus manet in séculum séculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi.

Ant. 1. f. Qui timet Dóminum.

Psalmus 111.

Beátus vir qui timet Dóminum; * in mandátis ejus volet nimìs.

Potens in terra erit semen ejus, * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus, * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Exortum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, & miserátor, & justus.

Jucundus homo qui miserétur & cómmodat: dispónet sermónes su judício; * quia in a num non commovébi

In memória ætérna justus: * ab auditi mala non timébit.

Parátum cor ejus rare in Dómino: co mátum est cor ejus non commovébitur nec despíciat inim suos.

Dispersit, dedit pa ribus: justítia ejus m in séculum séculi; * c ejus exaltábitur in gl

Peccátor vidébit & scétur; déntibus suis met & tabéscet: * de rium peccatórum per

Ant. Qui timet Dó num, in mandátis volet nimìs.

Ant. 7. ç. Sit no Dómini.

Psalmus 112.

Laudáte, púeri, Dó num: * laudáte men Dómini.

Sit nomen Dómin nedíctum, * ex hoc n & usque in séculum.

A solis ortu usque occásum, * laudábile men Dómini.

Excelsus super o gentes Dóminus; * & per cœlos glória ej

Quis sicut Dó Deus noster qui i

hábitat, * & humília réspicit in cœlo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens paúperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Ant. Sit nomen Dómini benedictum, ex hoc nunc, & usque in séculum.

Ant. 1. A. Nos qui vivimus.

Psalmus 113.

In éxitu Israël de Ægypto, * domus Jacob de pópulo bárbaro;

Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israël potestas ejus.

Mare vidit & fugit: * Jordánis convérsus est retrorsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quòd fugisti; * & tu Jordánis, quia convérsus es retrorsùm?

Montes, exultastis sicut aríetes, * & colles, sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * à fácie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam,

Super misericórdia tua & veritáte tua; * nequandò dicant gentes: Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cœlo: * ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquentur; * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non aúdient; * nares habent, & non odorábunt:

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt; * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino: * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; *

adjútor eórum & protector eórum est.

Dóminus memor fuit nostrî , * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël , * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum , * pusillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos , * super vos & super fílios vestros.

Benedícti vos à Dómino , * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino : * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui descendunt in infernum :

Sed nos qui vívimus , benedícimus Dómino , * ex hoc nunc , & usque in séculum.

Ant. Nos qui vívimus , benedícimus Dómino.

Capitulum. Ephes. I.

Benedíctus Deus , & Pater Dómini nostri Jesu Christi , qui benedixit nos in omni benedictióne spirituáli in cœléstibus in Christo , sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem , ut essémus sancti & immaculáti in cc
ejus in caritáte.

Hymnus.

Lucis Creátor
Ter sancte, te
Deus ,
Qui purus , immu
Fons sanctitátis pé

Nos qui tuu
sumus ,
Nos , ô Pater , q
minis
Imáginem tui vo
Quàm pura nos v
cet !

Tu semper ast
tibus
Testis vigil ; tu
Scrutans recessus
Arcána præsens á

Nostras ,
Cónditor ,
Mentes subi , sen
Omnémque laber
nis
Accensa mundet

Sic digna cc
tuos
Mens ferre, quon
stibus
Vinclis solúta có
Tuo quiescet in

Æterne
Pater ,
Æterne Fili par
Et par utríque Sp
Laudéris omni t
Amen.

℣. Excelsus
nes gentes Dómi

los glória ejus.

:agníficat. *Anti-*
in Proprio.
:m *B. M. V.*
uc. 1.
ficat * ánima
ı Dóminum,
ultávit spíritus
in Deo salutári

:spexit humilitá-
llæ suæ: * ecce
hoc beátam me
nnes generatió-

ecit mihi magna
ıs est; * & san-
nen ejus:
ericórdia ejus à
in progénies *
ıs eum.
oténtiam in brá-
: * dispersit su-
ente cordis sui.
ıit potentes de
& exaltávit hú-

ıtes implévit bo-
: dívites dimísit

it Israël púerum
recordátus mi-
æ suæ;
ɔcútus est ad pa-
os, * Abraham
ejus in sécula.
e dicitur Anti-
Oratio conve-

Posteà, si qua occurrit Commemoratio, fit hoc loco, ut dictum est suprà in fine Laudum. pag. 57.

Si Completorium non sequitur, submissâ voce dicitur Fidélium ánimæ, &c. *denique* Pater.

AD COMPLETORIUM.

Pater, Ave. *secretò.*

Converte nos, Deus salutáris noster; ℟. Et averte iram tuam à nobis. *Ps.* 84.

Deus, in adjutórium, &c.

Ant. 8. g. In pace. *nisi aliter notetur.*

Psalmus 4.

Cùm invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatasti mihi.

Miserére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequò gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus Sanctum suum: * Dóminus exaúdiet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium

justítiæ, & speráte in Dómino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultûs tui, Dómine: * dedisti lætítiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum * dórmiam & requiescam.

Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe * constituisti me.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Susceptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi; * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis à timóre noctúrno,

A sagitta volante in die, à negótio perambulante in ténebris, * ab incursu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem milli dextris tuis; * ad autem non appropinq bit.

Verúmtamen óculis considerábis, * & re butiónem peccatórum débis.

Quóniam, Tu es, mine, spes mea: * tíssimum posuisti r gium tuum.

Non accédet ad te lum; * & flagellum appropinquábit tabe culo tuo.

Quóniam Angelis mandávit de te, * custódiant te in ómn viis tuis.

In mánibus portá te, * ne forté offenda lápidem pedem tuum

Super áspidem & liscum ambulábis, conculcábis leóne dracónem.

Quóniam in m rávit, liberábo e prótegam eum niam cognóvit meum.

Clamábit ad r exaúdiam eum ipso sum in trib erípiam eum, cábo eum.

Longitúdin replébo eum; dam illi salut

'falmus 133.
nunc benedícite
›minum, * omnes
›ómini;
ſtatis in domo Dó-
* in átriis domûs
ſtri.
nóctibus extóllite
veſtras in ſancta,*
dícite Dóminum.
dícat te Dóminus
ı, * qui fecit cœ-
terram.
In pace in idipſum
am & requieſcam.
Hymnus.
ısCreátor ómnium,
ırates peracto jam
die,
tis exortu preces
tibi perſólvimus.
OD longa peccávit
dies
rnus éxpiet dolor;
r ſopórem nos ſinas
patére fraúdibus.
STUS uſque círcuit,
ns leo quem dévo-
ret;
ántibus tuos, Pater,
ſub alis prótege.
uando luceſcet tuus
eſcit occáſum dies!
ndo te perénniter
imus, laudábimus!
RNE tuVerbi Pater,
ıe Fili par Patri,
utríque Spíritus,
ris omni témpore.
Amen.

Capitulum. I. Theſſ. 5.

Omnes vos fílii lucis eſtis, & fílii diéi. Non ſumus noctis neque tenebrárum: ígitur non dormiámus ſicut & céteri; ſed vigilémus, & ſóbrii ſimus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. ℟. Redemiſti me, Dómine Deus veritátis. * Commendo ſpíritum meum. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. ℟. In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. *Pſ.* 30.

℣. Cuſtódi me, Dómine, ut pupillam óculi; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ.* 16.

Ad Nunc dimittis, *niſi aliter notetur in Proprio*,

Ant. 3. c. Salva nos.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

Nunc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum;

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes; cuſtódi

nos dormientes; ut vigilémus cum Christo, & requiescámus in pace.

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatiónem nostram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; & benedíctio tua sit super nos semper; Per Dóminum nostrum, &c.

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde submissiori voce dicitur: Grátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei, & communicátio sancti Spiritûs sit cum ómnibus nobis. II. *Cor.* 13. ℟. Amen.

Fidélium ánimæ, &c.

Postea dicitur Antiphona de B.M.V. pro Tempore, cum ℣. & Orat. ut habetur ad calcem Psalterii.

Finitâ Oratione, dicitur ℣. Divínum auxílium máneat semper nobiscum. ℟. Amen.

Deinde secretò, Pater, Ave, Credo.

FERIA SECUNDA

AD LAUDES.

Deus, in adjutórium.

Ant. 5. a. Fecit terram.

Psalmus 18.

Cœli enarrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum; * & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam; * à summo cœlo egréssio ejus,

Et occursus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sǽculum

cúli : * judícia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multúm, * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea ; * in custodiendis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit ? * ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei ; * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjútor meus * & redemptor meus.

Psalmus 135.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cœlos in intelléctu ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam & stellas in potestátem noctis ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Divisio Psalmi 135.

[Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.]

Qui percússit Ægyptum cum primogénitis eórum ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui eduxit Israël de médio eórum, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu potenti & bráchio excelso, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divísit mare rubrum in divisiónes ; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et eduxit Israël per médium ejus ; * quóniam

in æternum misericórdia ejus.

Et excussit Pharaónem & virtútem ejus in mari rubro; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desertum; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui percussit reges magnos; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum;* quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hæreditátem; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Hæreditátem Israël servo suo; * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostri; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et redémit nos ab inimícis nostris; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni:* quóniam in æternum misericórdia ejus.

li; * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Canticum Annæ. I. Reg. 2.

Exultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos; * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus ut est Dóminus; neque enim est álius extra te, * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia,*gloriantes.

Recédant vétera de ore vestro; * quia Deus sciéntiárum Dóminus est, & ipsi præparantur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * & infirmi accincti sunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus se locavérunt, * & famélici saturáti sunt;

Donec stérilis péperit plúrimos, * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat, & vivíficat; * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat; * humíliat.

Súſcitat de púlvere egénum, * & de ſtércore élevat paúperem ;

Ut ſédeat cum princípibus, * & ſólium glóriæ téneat.

Dómini enim ſunt cárdines terræ, * & póſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctórum ſuórum ſervábit, & ímpii in ténebris conticeſcent ; * quia non in fortitúdine ſua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus, * & ſuper ipſos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, * & dabit impérium regi ſuo, & ſublimábit cornu Chriſti ſui.

Pſalmus 148.

Laudáte Dóminum, de cœlis, * laudáte eum in excelſis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus, * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna, * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum ; * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt : * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in æternum, & in ſéculum ſéculi : * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra, * dracónes, & omnes abyſſi ;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus ;

Montes, & omnes colles ; * ligna fructífera, & omnes cedri ;

Béſtiæ, & univerſa pécora ; * ſerpentes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli ; * príncipes, & omnes júdices terræ ;

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, laudent nomen Dómini ; * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Confeſſio ejus ſuper cœlum & terram ; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * fíliis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

Ant. Fecit terram in fortitúdine ſua ; præparávit orbem in ſapiéntia ſua. *Jerem.* 51.

Capitulum. Rom. 1.

Inviſibília Dei à creatúra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur ; ſempiterna

quoque ejus virtus & di-
vínitas.

Hymnus.

DEO loquente, pró-
tinùs
Cedunt ténebræ, fit dies;
Et fpléndidæ cœlo faces
Noctem diémque dívi-
dunt.

STAT terra: currunt
flúmina,
Quæ fundit immenfum
mare:
Velantur aftra núbibus,
Subfiftit unda pénfilis.

HERBÆ virentis té-
gmine
Veftíta tellus píngitur:
Lætis onuftæ frúctibus
Pafsim renídent árbores.

LEVES in imo gúrgite
Repentè pifces ínnatant:
Feruntur ad cœlos aves;
Vagantur in filvis feræ.

HOMO creátus náfcitur,
Spirans imágo núminis:
Terreftre córporis lutum
Cœleftis afflat fpíritus.

O Numen! ô mundi
Pater!
Volendo quid non éfficis?
Tuæ, Deus, poténtiæ
Mundum creáre ludus eft.

ORBEM potenter qui
creas,
Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo fimul cum Spíritu,
Sit fumma laus in fécula.
Amen.

℣. Deus nofter in cœlo;
℟. Omnia quæcumque
vóluit, fecit. *Pf.* 113.

Ad Bened. *Ant.* 6. F.
Dignus es, Dómine Deus
nofter, accípere glóriam;
quia tu creafti ómnia, &
propter voluntátem tuam
creáta funt. *Apoc.* 4.

Preces & Suffragia, fi dicantur, habentur infrà ad calcem Pfalterii.

Oratio, quando propria non affignatur, dicitur de Dominica præcedente; & fic in aliis Feriis.

AD PRIMAM.

Pater, Ave, Credo.
Deus, in adjutórium.
Hymnus, Jam lucis orto
sídere, *ad calcem Pfalte-
rii; & fic in aliis Feriis.*

Ant. 8. g. Creávit Deus.

Pfalmus 81.

Deus ftetit in fynagó-
ga deórum; * in mé-
dio autem deos dijúdicat.

Ufquequò judicátis ini-
quitátem, * & fácies
peccatórum fúmitis?

Judicáte egéno & pu-
pillo: * húmilem & páu-
perem juftificáte.

Erípite paúperem, * &
egénum de manu pecca-
tóris liberáte.

Nefciérunt, neque in-
tellexérunt, in ténebris
ámbulant: * movebun-
tur ómnia fundamenta
terræ.

Ego

Ego dixi : Dii estis , * & filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut hómines moriémini , * & sicut unus de princípibus cadétis.

Surge , Deus , júdica terram ; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

Psalmus 89.

Dómine, refúgium factus es nobis , * à generatióne in generatiónem.

Priusquam montes fíerent,aut formarétur terra & orbis ; * à século & usque in séculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem ; * & dixisti : Convertímini, fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos , * tanquam dies hesterna quæ prætériit ,

Et custódia in nocte : * quæ pro níhilo habentur, eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat , manè flóreat & tránseat ; * véspere décidat , indúret & arescat.

Quia defécimus in ira tua , * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuisti iniquitátes nostras in conspectu tuo , * séculum nostrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt, * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabuntur : * dies annórum nostrórum , in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentátibus, octoginta anni ; * & ampliùs eórum labor & dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo , * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ , * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre ?

Déxteram tuam sic notam fac , * & erudítos corde in sapiéntia.

Divisio Psalmi 89.

Convértere , Dómine : úsquequò ? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ ; * & exultávimus , & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliasti , * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua , * & dírige fílios eórum.

*

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos: * & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

Ant. Creávit Deus hóminem; ad similitúdinem Dei fecit illum. Másculum & féminam creávit eos, & benedixit illis. *Gen.* 5.

Capitulum, ℟. br. & Preces, quando dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii; & sic in aliis Feriis.

AD TERTIAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, O fons amóris, *ad calcem Psalterii; & sic in aliis Feriis.*

Ant. 7. ç. Disciplínâ.

Psalmus 73.

Ut quid, Deus, repulisti in finem; * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedisti ab inítio.

Redemisti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est inimícus in sancto!

Et gloriáti sunt qui odé-runt te, * in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa; * & non cognovérunt, sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idipsum; * in secúri & áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum, * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vídimus; jam non est prophéta; * & nos non cognoscet ámpliùs.

Usquequò, Deus, improperábit inimícus; * irrítat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & dénteram tuam * de médio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante sécula, * operátus est salútem in médio terræ.

Divisio Psalmi 73.

Tu confirmasti in virtúte tua mare, * contribulasti cápita dracó-

›nfregisti cápita
, * dedisti eum
pópulis Æthío-

rupisti fontes &
, * tu siccasti
:than.
est dies , & tua
: * tu fabricátus
am & solem.
cisti omnes tér-
erræ : * æstátem
ı psalmasti ea.
›r esto hujus, ini-
nproperávit Dó-
* & pópulus in-
ncitávit nomen

adas béstiis áni-
fitentes tibi ; * &
paúperum tuó-
oblivíscáris in

:e in testamentum
* quia repléti sunt
uráti sunt terræ ,
s iniquitátum.
.vertátur húmilis
›nfúsus : * pauper
s laudábunt no-
ım.
ge , Deus , júdica
tuam : * memor
properiórum tuó-
órum quæ ab insi-
únt totâ die.
›bliviscáris voces
›rum tuórum:* su-
eórum qui te odé-
ıscendit semper.

H 2

Psalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum , * cantáte Dómino , omnis terra.

Cantáte Dómino , & benedícite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus , * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudábilis nimis ; * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia ; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspectu ejus ; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem ; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias , & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus , quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ , qui non commovébitur ; * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli, & exultet terra; commoveátur mare, & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

Ant. Disciplínâ intellectûs replévit illos, ut nomen sanctificatiónis collaudent. *Eccli.* 17.

Capitulum. Eccli. 18.

Qui vivit in ætermum, creávit ómnia simul. Quis súfficit enarráre ópera illíus? quis enim investigábit magnália ejus?

℟. *br.* Scitóte * Quóniam Dóminus ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. * Quóniam ipse est Deus. Glória. ℟. Scitóte. *Ps.* 99.

℣. Dómine, misericórdia tua in séculum; ℟. Opera mánuum tuárum ne despícias. *Ps.* 137.

Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam solis, *ad calcem Psalterii; & sic in aliis Feriis.*

Ant. 2. D. Vidit Deus.

Psalmus 91.

Bonum est confitéri Dómino, * & psállere nómini tuo, Altíssime:

Ad annuntiandum manè misericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem,

In decachordo psaltério, * cum cántico in cíthara.

Quia delectasti me, Dómine, in factúra tua: * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Divisio Psalmi 91.

Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * nimis profundæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognoscet, * & stultus non intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint peccatóres sicut fœnum, * & apparúerint omnes qui operantur iniquitátem,

Ut intéreant in séculum séculi; * tu autem Altíssimus in ætermum, Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine: quóniam ecce inimíci tui períbunt; * & dispergentur

ti operantur ini-
.
tábitur ficut uni-
rnu meum, * &
mea in miferi-
beri.
exit óculus meus
meos; * & in
:ibus in me ma-
ıus aúdiet auris

ut palma floré-
:ut cedrus Líbani
:ábitur.
iti in domo Dó-
: in átriis domûs
:ri florébunt.
c multiplicabun-
necta úberi, * &
tientes erunt ut
:nt,
iam rectus Dó-
Deus nofter, * &
iníquitas in eo.
falmus 96.
inus regnávit,
ultet terra, * læ-
ifulæ multæ.
s & calígo in cir-
us; * juftítia &
n corréctio fedis

ante ipfum præ-
* & inflammábit
itu inimícos ejus.
érunt fúlgura ejus
ræ; * vidit, &
ta eft terra.
tes ficut cera flu-
i fácie Dómini, *

à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juftítiam ejus, * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant fculptília, * & qui gloriantur in fimulácris fuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit, & lætáta eft Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíffimus fuper omnem terram; * nimìs exaltátus es fuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * cuftódit Dóminus ánimas fanctórum fuórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eft jufto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, jufti, in Dómino, * & confitémini memóriæ fanctificatiónis ejus.

Ant. Vidit Deus cuncta quæ fécerat, & erant valdè bona. *Gen.* 1.

Capitulum. Baruch, 3.

Emittit lumen, & vadit; & vocávit illud, & obédit illi in tremóre. Stellæ autem dedérunt lu-

men in custódiis suis, & lætátæ sunt. Vocátæ sunt, & dixérunt: Adsumus: & luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas.

℟. *br.* Tui sunt cœli, * Et tua est terra: ℣. Orbem terræ & plenitúdinem ejus tu fundasti. * Et tua est terra. Glória. ℟. Tui sunt. *Ps.* 88.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti sunt, ℟. Et spíritu oris ejus omnis virtus eórum. *Ps.* 32.

Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

Deus, in adjutórium.

Hymnus, Recédit, *ad calcem Psalterii; & sic in aliis Feriis.*

Ant. 1. G. Omnia.

Psalmus 102.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas:

Qui rédimit de intéritu vitam tuam; * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus:

Qui replet in bonis desidérium tuum; * renovábitur ut áquilæ juventus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * fíliis Israël voluntátes suas.

Divisio Psalmi 102.

Miserátor & miséricors Dóminus, * longánimis & multùm miséricors.

Non in perpétuum irascétur, * neque in ætérnum comminábitur.

Non secundùm peccáta nostra fecit nobis, * neque secundùm iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secundùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantùm distat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitátes nostras.

Altera divisio Psalmi 102.

Quomodò miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se; * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus : * homo, sicut fœnum dies ejus ; tanquam flos agri, sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsistet ; * & non cognoscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab æterno * & usque in æternum super timentes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testamentum ejus,

Et mémores sunt mandatórum ipsíus * ad faciendum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam, * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, * potentes virtúte, facientes verbum illíus, ad audiendam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus ; * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus, in omni loco dominatiónis ejus : * bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. Omnia hæc vivunt, & in omni necessitáte ómnia obáudiunt ei. *Eccli.* 42.

Capitulum. Is. 40.

Leváte in excelsum óculos vestros, & vidéte quis creávit hæc : Deus sempiternus Dóminus, qui creávit términos terræ : non defíciet, neque laborábit ; nec est investigátio sapiéntiæ ejus.

℟. *br.* Benedícite Dómino, * Omnia ópera ejus. ℣. In omni loco dominatiónis ejus, * Omnia. Glória. ℟. Benedícite. *Ps.* 102.

℣. Generátio & generátio laudábit ópera tua, ℟. Et poténtiam tuam pronuntiábunt. *Ps.* 144.

Preces, si dicendæ sunt, habentur ad calcem Psalt.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Pater. Ave.

Deus, in adjutórium.

Ant. 6. F. Ipse dat.

Psalmus 137.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo ; * quóniam audísti verba oris mei.

In conspectu Angelórum psallam tibi, * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo,

Super misericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificásti, super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excelsus Dóminus, & humília réspicit, * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, misericórdia tua in sǽculum; ópera mánuum tuárum ne despícias.

Psalmus 138.

Dómine, probasti me, & cognovisti me: * tu cognovisti sessiónem meam, & resurrectiónem meam.

Intellexisti cogitatiónes meas de longè; * sémitam meam & funículum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti, * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovisti ómnia, novíssima & antíqua; * tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illîc es; * si descéndero in infernum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illùc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminábitur; * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos, * suscepisti me de útero matris meæ.

Divisio Psalmi 138.

Confitébor tibi [Dómine] quia terribíliter magnificátus es; * mira-

era tua, & ánima
gnoscit nimìs.
est occultátum os
à te, quod fecisti
ìto; * & substán-
a in inferióribus

rfectum meum vi-
óculi tui, & in
io omnes scriben-
lies formabuntur,
o in eis.
i autem nimìs ho-
ìcti sunt amíci tui,
* nimìs confortá-
principátus eórum.
umerábo eos, &
rénam multiplica-
: * exurrexi, &
sum tecum.
cíderis, Deus, pec-
s; * viri sángui-
declináte à me:
a dícitis in cogita-
: * Accípient in va-
civitátes tuas.
nne qui odérunt te,
ne, óderam; * &
inimícos tuos tabes-
a?
fecto ódio óderam
* & inimíci facti
nihi.
oba me, Deus, &
cor meum: * intér-
me, & cognósce sé-
: meas.
vide si via iniquitá-
me est, * & deduc
a via ætérna.

Psalmus 143.

Benedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum; * suscéptor meus, & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipso sperávi; * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est; * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & descénde: * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos: * emitte sagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto: éripe me; & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum est vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Divisio Psalmi 143.

Deus, cánticum novum cantábo tibi: * in psaltério decachordo psallam tibi.

Qui das ſalútem régibus, * qui redemiſti David ſervum tuum de gládio maligno, éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum eſt vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum fílii ſicut novellæ plantatiónes, * in juventúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ, * circumornátæ ut ſimilitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fœtóſæ, abundantes in egréſſibus ſuis; * boves eórum craſſæ.

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt: * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. Ipſe dat ómnibus vitam, & inſpiratiónem & ómnia. *Act.* 17.

Capitulum. Judith, 16.

Adónaï, Dómine, magnus es tu: tibi ſérviat omnis creatúra tua, quia dixiſti, & facta ſunt; miſiſti Spíritum tuum, & creáta ſunt.

Hymnus.

Deo canentes psállit
Quicumque dulc ſpíritu
Vitális auræ véſcimur,
Omnes per ipſum vivimus.

Auctoris in laudem ſui
Natúra tota pérſonat.
Servíre, Mortáles, De
Vos terra, vos cœlum docet.

Parent jubenti ſídera
Nubéſque dicunt: Adſumus.
Illíus ad nutum mare
Submittit undas súpplices.

Rerum Sator, totum tibi
Se debet humánum genus
Momenta vitæ témperas,
In te movémur & ſumus.

Dei creátus múnere,
Deum parentem díliges:
Lex eſt in imo péctore
Divína quam ſcripſit manus.

Orbem potenter qui creas,
Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo ſimul cum Spíritu,
Sit ſumma laus in ſécula.
Amen.

℣. Sit glória Dómini in ſéculum; ℟. Lætábitur Dóminus in opéribus ſuis. *Pſ.* 103.

Ad Magníficat *Ant.* 5. 9

:uæ, Dómine, fe-
ne, & plasmavé-
e totum in cír-
ritam & miseri-
ı tribuisti mihi.
•
, *si dicendæ sunt,*
ıgia habentur infrà
m Psalterii.
o, quandò propria
ınatur, dicitur de
:a præcedente; &
:is Feriis.
'MPLETORIUM.
Ave.
ıverte nos.
s, in adjutórium.
. d. Lavábo.
'salmus 6.
ine, ne in furóre
árguas me, * ne-
.ra tua corrípias

'e meî, Dómine,
ı infirmus sum; *
, Dómine, quó-
ıturbáta sunt ossa

ma mea turbáta
: : * sed tu, Dó-
squequò?
tere, Dómine, &
mam meam: *
ıe fac propter mi-
am tuam.
am non est in
i memor sit tuî; *
ɔ autem quis con-
tibi?
ri in gémitu meo;
r síngulas noctes

lectum meum, * lácrymis
meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre
óculus mèus; * inveterávi
inter omnes inimícos
meos.

Discédite à me, omnes
qui operámini iniquitátem;
* quóniam exaudívit
Dóminus vocem fletûs
mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem
meam; * Dóminus
oratiónem meam
suscépit.

Erubescant & conturbentur
vehementer omnes
inimíci mei; * convertantur
& erubescant valdè
velóciter.

Psalmus 7.

Dómine Deus meus, in te sperávi: * salvum
me fac ex ómnibus
persequéntibus me, & líbera
me;

Nequando rápiat ut leo
ánimam meam, * dum
non est qui rédimat, neque
qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si
feci istud, * si est iníquitas
in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus
mihi mala, * décidam
méritò ab inimícis
meis inánis.

Persequátur inimícus
ánimam meam, & comprehendat
& conculcet in

terra vitam meam; * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua, * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, in præcepto quod mandasti, * & synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere; * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me, Dómine, secundùm justítiam meam, * & secundùm innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, & díriges justum, * scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Divisio Psalmi 7.

Deus judex justus, fortis & pátiens: * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum tetendit, & parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis; * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam; * concépit dolórem, & péperit iniquitâtem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus, * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus descendet.

Confitébor Dómino secundùm justitiam ejus, * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Lavábo per síngulas noctes lectum meum; lácrymis meis stratum meum rigábo.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve, Antiph. ad* Nunc dimittis, *& Preces, si dicendæ sunt, habentur infrà ad calcem Psalterii.*

FERIA TERTIA.

AD LAUDES.

Deus, in adjutórium.

Ant. 4. D. Tua, Pater.

Psalmus 106.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant qui redempti sunt à Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A solis ortu & occásu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in solitúdi-

aquóso; * viam
habitáculi non
nt.
es & sitientes: *
rum in ipsis de-

clavérunt ad Dó-
cùm tribularen-
de necessitátibus
ípuit eos.
uxit eos in viam
* ut irent in ci-
habitatiónis.
teantur Dómino
rdiæ ejus, * &
ejus fíliis hó-

satiávit ánimam
* & ánimam esu-
satiávit bonis.
es in ténebris &
ortis, * vinctos
icitáte & ferro.
exacerbavérunt
Dei, * & consí-
tíssimi irritavé-

iliátum est in la-
or eórum: * in-
int, nec fuit qui
t.
navérunt ad Dó-
cùm tribularen-
de necessitátibus
berávit eos.
xit eos de ténе-
mbra mortis, *
a eórum disrúpit.
teantur Dómino
rdiæ ejus, * &
Hiemalis I.

mirabília ejus fíliis hómi-
num;

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Divisio Psalmi 106.

Suscépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum; * propter injustítias enim suas humiliáti sunt.

Omnem escam abominâta est ánima eórum, * & appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur, * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum, & sanávit eos; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et sacrífícent sacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui descendunt mare in návibus, * facientes operatiónem in aquis multis;

Ipsi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit: & stetit spíritus

procellæ, * & exaltáti sunt fluctus ejus.

Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos: * ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt & moti sunt sicut ébrius; * & omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur, * & de necessitátibus eórum eduxit eos.

Et státuit procellam ejus in auram, * & siluérunt fluctus ejus.

Et lætáti sunt, quia siluérunt: * & deduxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteantur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Et exaltent eum in ecclésia plebis, * & in cáthedra seniórum laudent eum.

Altera divisio Ps. 106.

Pósuit [Dóminus] flúmina in desertum, * & éxitus aquárum in sitim;

Terram fructíferam in salsúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Pósuit desertum in stagna aquárum, * & terram sine aqua in éxitus aquárum.

Et collocávit illìc esi rientes; * & constitu runt civitátem habitati nis.

Et seminavérunt agro & plantavérunt víneas: & fecérunt fructum na vitátis.

Et benedixit eis, & mu tiplicáti sunt nimìs; * jumenta eórum non m norávit.

Et pauci facti sunt, * vexáti sunt à tribulatió malórum & dolóre.

Effúsa est contémpt super príncipes; * & e ráre fecit eos in ínvio, non in via.

Et adjúvit paúperem inópia, * & pósuit sic oves famílias.

Vidébunt recti, & læt buntur: * & omnis in quitas oppilábit os suun

Quis sápiens, & cust diet hæc, * & intéllig misericórdias Dómini?

Cantic. Moysi. Exod. 1

Cantémus Dómino gloriósè enim magr ficátus est: * equum ascensórem dejécit in m re.

Fortitúdo mea & la mea Dóminus; * & fa tus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, & gl rificábo eum; * Deus p tris mei, & exaltábo eun

is quasi vir pu-
mnípotens no-
* currus Pha-
exércitum ejus
mare.
ncipes ejus sub-
in mari rubro,*
uérunt eos ; de-
: in profundum
:.
tua, Dómine,
:a est in fortitú-
:era tua, Dómi-
it inimícum ; *
titúdine glóriæ
suisti adversá-

am tuam, quæ
eos sicut stipu-
in spíritu furó-
ongregátæ sunt

nda fluens, *
e sunt abyssi in
ari.
nimícus : Pérse-
c comprehen-
ívidam spólia,
ánima mea.
ábo gládium
interfíciet eos
a.
píritus tuus, &
s mare : * sub-
quasi plumbum
hemétibus.
nilis tuî in fór-
mine ? * quis
, magníficus in
, terríbilis at-

que laudábilis, fáciens mirabília ?

Extendisti manum tuam, & devorávit eos terra : * dux fuisti in misericórdia tua pópulo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitúdine tua * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, & iráti sunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robustos Moab obtínuit tremor ; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchii tui.

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus, Dómine : * donec pertránseat pópulus tuus iste quem possedisti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es, Dómine :

Sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ : * Dóminus regnábit in æternum & ultrà.

Ingressus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare : *

& reduxit super eos Dóminus aquas maris.

Filii autem Israel ambulavérunt per siccum * in médio ejus.

Psalmus 134.

Laudáte nomen Dómini, * laudáte, servi, Dóminum;

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dominus: * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israël in possessiónem sibi.

Quia ego cognóvi quòd magnus est Dóminus, * & Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcumque vóluit, Dóminus fecit, in cœlo, & in terra, * in mari, & in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesauris suis, * qui percussit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa & prodígia in médio tuì, Ægypte, * in Pharaónem & in omnes servos ejus.

Qui percussit gent[illegible] tas, * & occídit fortes.

Sehon regem [illegible] rhæórum, & Og [illegible] Basan, * & ómnia [illegible] Chánaan.

Et dedit terram [illegible] hæreditátem, * h[illegible] tátem Israël pópul[illegible]

Dómine, nomer[illegible] in æternum: * Dó[illegible] memoriále tuum in [illegible] ratiónem & gen[illegible] nem.

Quia judicábit Dó[illegible] pópulum suum, * [illegible] servis suis deprec[illegible]

Simulácra génti[illegible] gentum & aurum, [illegible] ra mánuum hómin[illegible]

Os habent, & n[illegible] quentur; * ócul[illegible] bent, & non vidéb[illegible]

Aures habent, [illegible] aúdient; * neque e[illegible] spíritus in ore ipsó[illegible]

Símiles illis fiant [illegible] ciunt ea, * & om[illegible] confídunt in eis.

Domus Israel, be[illegible] te Dómino: * don[illegible] ron, benedícite D[illegible]

Domus Levi, ber[illegible] Dómino: * qui [illegible] Dóminum, ber[illegible] Dómino.

Benedictus Dóm[illegible] Sion, * qui hábita[illegible] rúsalem.

'ua, Pater, provi-
ubernat ; osten-
niam potens es.

'um. Philipp. 4
sollíciti sitis ; sed
mni oratióne &
óne, cum gratiá-
óne , petitiónes
nnotescant apud

Hymnus.
cæcâ sors mun-
dum regit,
sat humánas vi-
:
: certâ pónderat
è cœlo Deus.
lat mori , dat ví-
e ;
ptra regum dívi-
,
: solus árbiter ,
a sedat, aut mo-
.
ímpios ultrò finit
iperbum tóllere :
ninentem vértici
scelesto præparat.
paúperi tendens
num ,
:centem súblevat ;
otenti déxterâ ,
ves ex alto ruit.
te secunda sors
it ,
. seu te déprimit :
itadversam Deus,
: mittit prófpe-
n.

Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Deo perenni , próvido,
Honor, decus, laus, glória. Amen.

℣. Dómine, refúgium factus es nobis ; ℟. A generatióne in generatiónem. Ps. 89.

Ad Benedictus , *Ant.* 7. a. Oculi Dómini super timentes eum ; protector poténtiæ , firmamentum virtútis , & adjutórium casûs ; dans sanitátem & vitam & benedictiónem. *Eccli.* 34.

Cetera ut in Feriâ II. & sic in aliis Feriis.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Quid est homo.

Psalmus 9.

Confitébor tibi , Dómine, in toto corde meo ; * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te, * psallam nómini tuo, Altíssime ;

In convertendo inimícum meum retrorsùm : * infirmabuntur & períbunt à fácie tua.

Quóniam fecisti judícium meum & causam meam : * sedisti super thronum , qui júdicas justítiam.

Increpasti gentes , &

périit ímpius: * nomen eórum delesti in æternum, & in séculum séculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem, * & civitátes eórum destruxisti.

Périit memória eórum cum sónitu, * & Dóminus in æternum pérmanet.

Parávit in judício thronum suum; * & ipse judicábit orbem terræ in æquitáte; judicábit pópulos in justítia.

Et factus est Dóminus refúgium paúperi, * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te, qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion; * annuntiáte inter gentes stúdia ejus.

Quóniam requírens sánguinem, eórum recordátus est; * non est oblítus clamórem paúperum.

Divisio Psalmi 9.

Miserére meî, Dómine: * vide humilitátem meam de inimícis meis,

Qui exaltas me de portis mortis; * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in salutári tuo: * infixæ sunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt, * comprehensus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum suárum comprehensus est peccátor.

Convertantur peccatóres in infernum, * omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit paúperis: * patiéntia paúperum non períbit in finem.

Exurge, Dómine; non confortétur homo; * judicentur gentes in conspectu tuo.

Constítue, Dómine, legislatórem super eos, * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Altera divisio Psalmi 9.

Ut quid, Dómine, recessisti longè; * déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum superbit ímpius, incénditur pauper: * comprehenduntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ, * & iníquus benedícitur.

Exacerbâvit Dóminum peccátor, * secundùm multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspectu ejus: * inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferuntur judícia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo: * Non movébor à generatióne in generatiónem sine malo.

Cujus maledictióne os plenum est, & amaritúdine & dolo; * sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occultis, * ut interfíciat innocentem.

Oculi ejus in paúperem respíciunt: * insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiátur ut rápiat paúperem; * rápere. paúperem dum áttrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum, * inclinábit, & cadet, cùm dominátus fúerit paúperum.

Dixit enim in corde suo: Oblítus est Deus; * avertit fáciem suam, ne vídeat in finem.

Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua; * ne obliviscáris paúperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde suo: Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas, * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper, * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni: * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in æternum, & in séculum séculi: * períbitis, gentes, de terra illíus.

Desidérium paúperum exaudívit Dóminus: * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua;

Judicáre pupillo & húmili, * ut non appónat ultrà magnificáre se homo super terram.

Ant. Quid est homo, quia magníficas eum, ô custos hóminum? *Job*, 7.

Cetera ut in Feriâ II. & sic in aliis Feriis.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Pater.

Psalmus 19.

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium

de ſancto, * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui, * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum, * & omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo: * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exaúdiet illum de cœlo ſancto ſuo: * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt; * nos autem ſurréximus, & erecti ſumus.

Dómine, ſalvum fac regem, * & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

Pſalmus 22.

Dóminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, * áni-

Deduxit me ſuper sémitas juſtitiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala; * quóniam tu mecum es.

Virga tua & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Pſalmus 53.

Deus, in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam, * aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni inſurrexérunt adversùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me, * & super inimícos meos despexit óculus meus.

Ant. Pater, panem nostrum quotidiánum da nobis hódiè. *Luc.* 11.

Capitulum. Oseæ, 11.

Ego quasi nutrítius Ephraïm, portábam eos in bráchiis meis. In funículis Adam traham eos, in vínculis caritátis.

℟. *br.* Dóminus regit me, * Et nihil mihi déerit. ℣. In loco páscuæ, ibi me collocávit. * Et nihil mihi déerit. Glória. ℟. Dóminus regit me. *Ps.* 22.

℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine; ℟. Et tu das escam illórum in témpore opportúno. *Ps.* 144.

Cetera ut in Feriâ II. & sic in aliis Feriis.

AD SEXTAM.

Ant. 4. c. Quómodò.

Psalmus 56.

Miserére meî, Deus, miserére meî;* quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum, * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, & liberávit me: * dedit in oppróbrium conculcantes me.

Misit Deus misericórdiam suam & veritátem suam, * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormívi conturbátus.

Filii hóminum, dentes eórum arma & sagittæ, * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cœlos, Deus, * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam, * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & psalmum dicam.

Exurge, glória mea; exurge, psaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & psalmum dicam tibi in géntibus;

Quóniam magnificáta est usque ad cœlos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cœlos, Deus, * & super omnem terram glória tua.

Psalmus 93.

Deus ultiónum Dóminus: * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram; * redde retributiónem supérbis.

Usquequò peccatóres, Dómine, * úsquequò peccatóres gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitátem, * loquentur omnes qui operantur injustítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, insipientes in pópulo; * & stulti, aliquandò sápite.

Qui plantávit aurem, non aúdiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui hóminem sciéntiam

Dóminus scit cogi nes hóminum, * quó vanæ sunt.

Divisio Psalmi

Beátus homo, qu erudíeris, Dómi & de lege tua do eum;

Ut mítiges ei à malis, * donec fo peccatóri fóvea.

Quia non repell minus plebem suam hæreditátem suam derelinquet.

Quoadusque justíti vertátur in judíciu & qui juxta illam, qui recto sunt cord

Quis consurget adversùs malignan aut quis stabit n adversùs operante quitátem?

Nisi quia Dómin júvit me: * paulò habitasset in infern ma mea.

Si dicébam, Mo pes meus; * miseri tua, Dómine, adj me.

Secundùm mul nem dolórum m in corde meo, * latiónes tuæ lætif runt ánimam mea

Numquid adhæ

sedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcepto?

Captábunt in ánimam justi, * & sánguinem innocentem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium spei meæ;

Et reddet illis iniquitátem ipsórum, & in malítia eórum dispérdet eos: * dispérdet illos Dóminus Deus noster.

Ant. Quómodò posset áliquid permanére, nisi tu voluisses? aut quod à te vocátum non esset, conservarétur? *Sap.* 11.

Capitulum. Job, 12.

In manu Dei ánima omnis viventis: apud ipsum est sapiéntia & fortitúdo; ipse habet consílium & intelligéntiam.

℟. *breve.* Sperent in te, * Qui novérunt nomen tuum: ℣. Quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine. * Qui novérunt nomen tuum. Glória. ℟. Sperent in te. *Ps.* 9.

℣. Mihi adhærére Deo bonum est, ℟. Pónere in Dómino Deo spem meam. *Ps.* 72.

Cetera ut in Feriâ II. & sic in aliis Feriis.

AD NONAM.

Ant. 7. b. Non est.

Psalmus 43.

Deus, áuribus nostris audívimus, * patres nostri annuntiavérunt nobis,

Opus quod operátus es in diébus eórum, * & in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispérdidit, & plantasti eos: * afflixisti pópulos, & expulisti eos.

Nec enim in gládio suo possedérunt terram, * & bráchium eórum non salvávit eos.

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniam complacuisti in eis.

Tu es ipse Rex meus & Deus meus, * qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo spernémus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo, * & gládius meus non salvábit me.

Salvasti enim nos de affligéntibus nos, * & odientes nos confudisti.

Divisio Psalmi 43.

In Deo laudábimur totâ die, * & in nómine tuo confitébimur in séculum.

Nunc autem repulisti & confudisti nos; * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris.

Avertisti nos retrorsùm post inimícos nostros: * & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedisti nos tanquam oves escárum, * & in géntibus dispersisti nos.

Vendidisti pópulum tuum sine prétio, * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Posuisti nos oppróbrium vicínis nostris, * subsannatiónem & derísum his qui sunt in circúitu nostro.

Posuisti nos in similitúdinem géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me est; * & confúsio faciéi meæ co-opéruit me,

A voce exprobrantis & obloquentis, * à fácie inimíci & persequentis.

Hæc ómnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te, * & iníquè non égimus in testamento tuo.

Et non recessit retrò cor nostrum, * & declinaſ sémitas nostras à via tu:

Quóniam humiliaſ nos in loco afflictiónis, & coopéruit nos umbı mortis.

Altera divisio Psalmi 4:

Si oblíti sumus nome Dei nostri, * & si e: pándimus manus nostr: ad Deum aliénum,

Nonne Deus requíri ista? * ipse enim nov abscóndita cordis.

Quóniam propter ı mortificámur totâ die, æstimáti sumus sicut ov occisiónis.

Exurge; quare obdoı mis, Dómine? * exurg & ne repellas in finem.

Quare fáciem tua avertis; * oblivísce: inópiæ nostræ & tribu' tiónis nostræ?

Quóniam humiliáta in púlvere ánima nostr conglutinátus est in t venter noster.

Exurge, Dómine, juva nos, * & rédim propter nomen tuun

Ant. Non est sa tia, non est prudé non est consilium tra Dóminum. *Pro*

Capitulum. I. Pe

Humiliámini si tenti manu omnem sollicitú

rojicientes in
iiam ipsi cura
is.
e. Bonum est
in Dómino, *
ıfídere in hó-
Bonum est spe-
mino. * Quàm
in hómine.
t. Bonum est.

ıs vir cujus est
mini spes ejus;
respexit in va-
insánias falsas.

ut in Feria II.
iis Feriis.
ESPERAS.
ive.
in adjutórium.
b. Quærite.
mus 119.
minum, cùm
árer, clamá-
xaudívit me.
líbera ánimam
ibiis iníquis, *
a dolósa.
letur tibi, aut
onátur tibi; *
m dolósam?
potentis acú-
um carbónibus
iis.
hi! quia incolá-
prolongátus est;
cum habitánti-
: * multùm ín-
ánima mea.
ıalis. J

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, * nisi quia Dóminus erat in nobis:

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutissent nos.

Cùm irasceréetur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransisset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erepta est * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Psalmus 124.

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc, & usque in séculum.

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum, * ut non extendant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * Israël.

Psalmus

Nisi Dómin
verit dom
vanum labora
ædíficant eam.

Nisi Dómin
díerit civitáte
strà vígilat qu
eam.

Vanum est
lucem súrgere:
postquàm sedé
manducátis pa
lóris.

Cùm déder
suis somnum:
réditas Dómi
merces, fructu

Sicut sagittæ
potentis, * ita
cussórum.

Beátus vir q
vit desidérium
ipsis; * non
tur, cùm loq
mícis suis in p

Ant. Quærit
regnum Dei, &
ejus; & hæc ón
cientur vobis.

Capitulum.

Non súbtra
sónam c
Deus, quónian
& magnum ip
& æquáliter cu
de ómnibus.

ymnus.

ut amictis, aut
cibi
ordet ánxia?
i vestem, cibum
undi próvidet.
tit agri lília,
utrit pásseres,
uris facit,
luris pássere.
petenti fílio
tus non dares:
lestis Pater
axum pórrigat?
uiesce, próvidi
sinu Dei:
:s vel óptimos
am probat pa-
m.
vera promísit
ia,
imùm quærere;
ultrò cétera
d nutum fluent.
ıter, cum Fílio,
ıl cum Spíritu,
ni, próvido,
:us,laus,glória.
ıen.
ı super Dómi-
n tuam, ℟. Et
itriet. *Ps.* 54.
gníficat. *Ant.*
est álius Deus,
Dómine, cui
de ómnibus.

ıt in Feria II.
liis Feriis.

AD COMPLETORIUM.

Converte nos, &c.

Ant. 7. ç. Tu, Dómine,

Psalmus 10.

In Dómino confído; quómodò dícitis ánimæ meæ: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, * ut sagittent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti, destruxérunt: * justus autem, quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in paúperem respíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

Psalmus 11.

Salvum me fac, Dómine, quóniam defécit sanctus; * quóniam di-

minútæ sunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquisque ad próximum suum : * lábia dolósa in corde & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * & linguam magníloquam.

Qui dixérunt : Linguam nostram magnificábimus ; lábia nostra à nobis sunt : * quis noster Dóminus est ?

Propter misériam ínopum, & gémitum paúperum, * nunc exurgam, dicit Dóminus ;

Ponam in salutári : * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta ; * argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos, & custódies nos, * à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : * secundùm altitúdinem tuam multiplicasti fílios hóminum.

Psalmus 12.

Usquequò, Dómine, oblivíscéris me in finem ? * úsquequò avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiu ponam consília in ánima n
dolórem in cord
per diem ?

Usquequò exa
inimícus meus
me ? * réspice, &
me, Dómine Deu

Illúmina óculo
ne unquàm obdó
in morte ; * ne
dicat inimícus
Præválui adversù

Qui tríbulant m
tábunt si motus fú
ego autem in mi
dia tua sperávi.

Exultábit cor m
salutári tuo :
Dómino qui bona
mihi, * & psall
mini Dómini altí

Ant. Tu, Dómin
bis nos, & custód

Cetera ut in F
& sic in aliis Fer

FERIA QUA

AD LAUD

Ant. 4. E. Cust

Psalmus 67.

Exurgat Deus,
pentur inimíci
& fúgiant qui
eum à fácie ejus.

Sicut déficit fum
fíciant ; * sicut fl
à fácie ignis, sic
peccatóres à fácie

Et justi epulentur,
tent in conspectu
& delectentur in

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei qui ascendit super occásum: Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspectu ejus: * turbabuntur à fácie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo,

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * simíliter eos qui exásperant, qui hábitant in sepulcris.

Deus, cùm egredeberéris in conspectu pópuli tui, * cùm pertransíres in deserto:

Terra mota est, étenim cœli distillavérunt à fácie Dei Sínaï, * à fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis, Deus, hæreditáti tuæ: * & infirmáta est, tu verò perfecisti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * parasti in dulcédine tua paúperi, Deus.

Divisio Psalmi 67.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus * virtúte multâ.

Rex virtútum, dilecti dilecti: * & speciéi domûs divídere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ columbæ deargentátæ; * & posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo: * étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis, in Sina, in sancto,

Ascendisti in altum, cepisti captivitátem: * accepisti dona in homínibus.

Etenim non credentes, * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedictus Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciendi, * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus con-

stringet cápita inimicórum suórum, * vérticem capilli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convertam; * convertam in profundum maris:

Ut intingátur pès tuus in sánguine; * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipso.

Vidérunt ingressus tuos, Deus; * ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes conjuncti psalléntibus, * in médio juvenculárum tympanistriárum.

Altera divisio Psalmi 67.

In ecclésiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israel.

Ibi Bénjamin adolescéntulus * in mentis excessu.

Príncipes Juda, duces eórum, * príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: * confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis: congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti sunt argento.

Díssipa gentes quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægypto; * Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo, * psállite Dómino.

Psállite Deo qui ascéndit super cœlum cœli * ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis: date glóriam Deo super Israël; * magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis; Deus Israël ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ; * benedíctus Deus.

Canticum. Baruch. 4.

Omnes qui tenent legem, pervénient ad vitam; * qui autem dereliquérunt eam, in mortem.

Convértere, Jacob, * & apprehende eam.

Ambula per viam ad splendórem ejus * contra lumen ejus.

Ne tradas álteri glóriam tuam, * & dignitátem tuam genti aliénæ.

Beáti sumus, Israël; * quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.

Psalmus 147.

LAuda, Jerúsalem, Dóminum;* lauda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, * benedixit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem; * & ádipe fruménti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum terræ, * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas; * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias & judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: * & judícia sua non manifestávit eis.

Ant. Custodíte leges meas atque judícia: ego Dóminus. *Lev.* 18.

Capitulum. II. Esdr. 9.

AD montem Sinaï descendisti, Dómine, & locútus es cum pátribus nostris de cœlo, & dedisti eis judícia *recta*, & legem veritátis, & præcepta bona.

Hymnus.

QUÆ jussa saxo crédidit
Divína, cælans déxterâ;
Æterna dudùm Véritas
In corde nostro scúlpserat.

O sancta Lex, certam poli
Pandis viam mortálibus:
In méntibus præfers facem,
Gressúsque nostros dírigis.

ERRORIS expers ámbulat,
Quicumque te velit ducem:
A calle dévius perit,
Te quisquis amens ábdicat.

VITAM dabis fidélibus,
Necem mináris ímpiis:
Si pœna terret ímminens,
Accendat ingens præmium.

PRÆSTA, beáta Trínitas,
Ut, legis ad facem tuæ,
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes. Amen.

℣. Non fecit táliter omni natióni; ℟. Et judícia sua non manifestávit eis. *Ps.* 147.

Ad Benedictus. *Ant.* 5. a. Finis præcepti est cáritas de corde puro, & con-

ſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ. *I. Tim.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Homo ſenſátus.

Pſalmus 5.

Verba mea áuribus pércipe, Dómine; * intéllige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ,* Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo; * Dómine, manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem; * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus; * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ,

Introíbo in domum tuam, * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtítia tua: * propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum vé
cor eórum va
Sepulcrum
guttur eórum
ſuis dolósè a
júdica illos, I

Décidant à
nibus ſuis :
multitúdinem
tum eórum exp
quóniam irrita
Dómine.

Et lætentur o
ſperant in te :
num exultábun
bitábis in eis.

Et gloriabun
omnes qui díl
men tuum; *
tu benedíces ju

Dómine, ut
næ voluntátis
ronaſti nos.

Pſalmus

Benedícam I
in omni té
ſemper laus ej
meo.

In Dómino l
ánima mea : *
manſuéti, & l

Magnificáte I
mecum, * &
nomen ejus in i

Exquisivi D
& exaudívit me
ómnibus tribu
meis erípuit m

Accédite ad
illumináimini,
veſtræ non conf

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum; * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte quóniam suávis est Dóminus: * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes sancti ejus: * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt; * inquiréntes autem Dóminum, non minuentur omni bono.

Divisio Psalmi 33.

Veníte, fílii, audíte me; * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam, * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo, * & lábia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos, * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos; * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxtà est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde, * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum; * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum; * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima, * & qui odérunt justum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum; * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ant. Homo sensátus credit legi Dei; & lex illi fidélis. *Eccli.* 33.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Mélior est.

Psalmus 28.

Afferte Dómino, fílii Dei, * afferte Dómino fílios aríetum.

Afferte Dómino glóriam & honórem, afferte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas: Deus majestátis intónuit, * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringentis cedros; * & confringet Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tanquam vítulum Líbani; * & diléctus quemádmodùm fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis: * vox Dómini concutientis desertum; & commovébit Dóminus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos; & revelábit condensa: * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit, * & sedébit Dóminus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Psalmus 49.

Deus deórum Dóminus locútus est, * & vocávit terram,

A solis ortu usque ad occásum: * ex Sion spécies decóris ejus.

Deus manifestè
niet: * Deus nost
non silébit.

Ignis in conspect
exardescet, * & in
tu ejus tempestas v

Advocábit cœlu
sursùm, * & terra
cérnere pópulum su

Congregáte illi s
ejus, * qui órdina
stamentum ejus su
crifícia.

Et annuntiábunt
justítiam ejus, * qu
Deus judex est.

Divisio Psalmi

Audi, pópulus
& loquar; Isra
testificábor tibi: *
Deus tuus ego sum

Non in sacrifícii
árguam te; * holo
autem tua in con
meo sunt semper.

Non accípiam de
tua vítulos, * nec
grégibus tuis hirco

Quóniam meæ
omnes feræ silváru
jumenta in móntib
boves.

Cognóvi ómnia
tília cœli; * & pulc
do agri mecum est.

Si esuríero, non
tibi; * meus est
orbis terræ & plen
ejus.

Numquid mand

carnes taurórum ; * aut sánguinem hircórum potábo ?

Immola Deo sacrifícium laudis , * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis : * éruam te , & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus : * Quare tu enarras justítias meas , & asúmis testamentum meum per os tuum ?

Tu verò odisti disciplínam , * & projecisti sermónes meos retrorsùm.

Si vidébas furem , currébas cum eo ; * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebáris , & adversus fílium matris tuæ ponébas scándalum : * hæc fecisti , & tácui.

Existimasti iníquè quòd ero tuî símilis : * árguam te , & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc , qui obliviscímini Deum : * nequando rápiat , & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me ; * & illìc iter , quo ostendam illi salutáre Dei.

Ant. Mélior est obediéntia quàm víctimæ. *I. Reg.* 15.

Capitulum. Proverb. 4.

Ne recédant elóquia Dómini ab óculis tuis ; custódi ea in médio cordis tui : vita enim sunt inveniéntibus ea , & universæ carni sánitas.

℟. *br.* Beáti * Immaculáti in via. ℣. Qui ámbulant in lege Dómini. * Immaculáti in via. Glória. ℟. Beáti.

℣. Pax multa diligéntibus legem tuam , Dómine ; ℟. Et non est illis scándalum. *Ps.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Nihil dúlcius.

Psalmus 48.

Audíte hæc , omnes gentes : * áuribus percípite , omnes qui habitátis orbem ;

Quique terrígenæ , & fílii hóminum , * simul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam : * apériam in psaltério propositiónem meam.

Cur timébo in die ma-

la ? * iniquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte sua , * & in multitúdine divitiárum suárum gloriantur.

Frater non rédimit, rédimet homo : * non dabit Deo placatiónem suam ,

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ : * & laborábit in æternum , & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cùm víderit sapientes morientes : * simul insípiens & stultus períbunt.

Et relinquent aliénis divítias suas , * & sepulcra eórum domus illórum in æternum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie : * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo , cùm in honóre esset , non intellexit : * comparátus est jumentis insipiéntibus , & símilis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ipsis : * & pósteà in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inferno pósiti sunt ; * mors depascet eos.

Et dominabuntur eórum justi in matutíno ; * & auxílium eórum vete-

rásce in inferno eórum.

Verúmtamen dimet ánimam manu ínferi , * céperit me.

Divisio Psal

Ne timúeris , ves factus s mo , * & cùm cáta fúerit glór ejus.

Quóniam , c sierit , non su nia , * neque cum eo glória

Quia ánima ej ipsíus benedícét fitébitur tibi , c féceris ei.

Introíbit usqu génies patrum s & usque in æter vidébit lumen.

Homo, cùm i esset , non intel comparátus est insipiéntibus , & factus est illis.

Psalmus 5

Dixit insípie de suo : * Deus.

Corrupti sunt minábiles facti iniquitátibus ; qui fáciat bonur

Deus de cœlo super fílios hóm

deat si est intélligens,
:equírens Deum.
mnes declinavérunt,
l inútiles facti sunt: *
est qui fáciat bonum,
est usque ad unum.
nne scient omnes qui
antur iniquitátem, *
dévorant plebem
m ut cibum panis?
eum non invocavé-
: * illìc trepidavé-
timóre, ubi non erat
r.
uóniam Deus dissi-
t ossa eórum qui ho-
ibus placent; * con-
sunt, quóniam Deus
rit eos.
uis dabit ex Sion sa-
e Israël? * cùm con-
erit Deus captivitá-
plebis suæ, exultá-
Jacob, & lætábitur
l.
Ant. Nihil dúlcius
n respícere in man-
s Dómini. *Eccli.* 23.
pitulum. I. Joann. 5.
æc est cáritas Dei, ut
mandáta ejus custo-
nus: & mandáta ejus
ia non sunt.
. *breve.* Quàm dúlcia
ibus meis * Elóquia
, Dómine! ℣. Super
ori meo. * Elóquia
, Dómine. Glória.
Quàm dulcia. *Ps.* 118.
. Justítiæ Dómini
rectæ, ℟. Lætificantes
corda. *Ps.* 18.

AD NONAM.

Ant. 8. d. Confortámini.

Psalmus 72.

Quàm bonus Israël Deus, * his qui recto sunt corde!

Mei autem penè moti sunt pedes, * penè effúsi sunt gressus mei.

Quià zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns.

Quia non est respectus morti eórum, * & firmamentum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideò ténuit eos supérbia; * operti sunt iniquitáte & impietáte suâ.

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum: * transiérunt in affectum cordis.

Cogitavérunt & locúti sunt nequítiam: * iniquitátem in excelso locúti sunt.

Posuérunt in cœlum os suum, * & lingua eórum transívit in terra.

Ideò convertétur pópulus meus hìc, * & dies pleni invenientur in eis.

Et dixérunt: Quómodò scit Deus? * &, Si est sciéntia in Excelso?

Ecce ipsi peccatóres, & abundantes in século, * obtinuérunt divítias.

Et dixi : Ergo sine causâ justificávi cor meum,* & lavi inter innocentes manus meas :

Et fui flagellátus totâ die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam : Narrábo sic : * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc ; * labor est ante me,

Donec intrem in sanctuárium Dei, * & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuisti eis : * dejecisti eos dum allevarentur.

Quómodò facti sunt in desolatiónem ! súbitò defecérunt; * periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium, Dómine, * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt : * & ego ad níhilum redactus sum, & nescívi.

Ut jumentum factus sum apud te, * semper tecum.

Divisio Psalm

Tenuisti manu teram meam voluntáte tua d me, * & cum gló cepisti me.

Quid enim mih cœlo ? * & à te q lui super terram ?

Defécit caro me meum : * Deus mei, & pars mea in æternum.

Quia ecce qui e se à te, períbunt didisti omnes qui cantur abs te.

Mihi autem a Deo bonum est, * in Dómino De meam ;

Ut annúntiem prædicatiónes tu portis fíliæ Sion.

Psalmus 74

Confitébimur Deus : * c mur, & invocábi men tuum : nan mirabília tua.

Cùm accéper pus, * ego justi dicábo.

Liquefacta est & omnes qui háb ea : * ego confirm lumnas ejus.

Dixi iníquis,

iníquè ágere * & delinquéntibus, Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum : * nolíte loqui adversùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriente neque ab occidente, neque à desertis móntibus ; * quóniam Deus judex est.

Hunc humíliat, & hunc exaltat ; * quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto.

Et inclinávit ex hoc in hoc : verúmtamen fæx ejus non est exinaníta ; * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sæculum : * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam ; * & exaltabuntur córnua justi.

Ant. Confortámini, & viríliter ágite in lege, quia in ipsa glorióſi éritis. *I. Mach.* 2.

Capitulum. Hebr. 12.

Accessistis ad Sion montem, & testamenti novi mediatórem Jesum ; vidéte ne recusétis loquentem.

℟. *br.* Utinam * Dirigantur viæ meæ, ℣. Ad custodiendas justificatiónes tuas ! * Dirigantur viæ meæ. Glória. ℟. Utinam.

℣. Lætábor ego super elóquia tua, ℟. Sicut qui invénit spólia multa. *Ps.* 118.

AD VESPERAS.

Ant. 5. a. Díliges Dóminum.

Psalmus 127.

Beáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui sicut novellæ olivárum * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion ; * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Psalmus 130.

Dómine, non est exaltátum cor meum ; * neque eláti sunt óculi mei.

Neque ambulávi in

magnis, * neque in mirabilibus super me.

Si non humíliter sentiébam, * sed exaltávi ánimam meam;

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino * ex hoc nunc, & usque in séculum.

Psalmus 144.

Exaltábo te, Deus meus Rex, * & benedícam nómini tuo in séculum, & in séculum séculi.

Per síngulos dies benedícam tibi; * & laudábo nomen tuum in séculum, & in séculum séculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimìs, * & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, * & justítiâ tuâ exultábunt.

Miserátor & miséricors Dóminus, * pátiens & multùm miséricors.

Suávis Dóminus univerſis, * & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Divisio Psalmi 144.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquentur;

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium seculórum, * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes elísos.

Oculi ómnium in te sperant, Dómine; * & tu das escam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Altera divisio Psalmi 144.

Justus Dóminus in ómnibus viis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet; * & deprecatiónem eórum exaúdiet, & salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligentes se, * & omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum: * & benedícat omnis caro nómini sancto ejus in séculum, & in séculum séculi.

Ant. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & próximum tuum sicut teipsum. *Matth.* 22.

Capitulum. Eccli. 15.

Deus ab inítio constítuit hóminem, & relíquit illum in manu consílii sui: adjécit mandáta & præcepta sua. Si volúeris mandáta serváre, conservábunt te.

Hymnus.

Dum prona legi nos, Deus,
Vovére corda díscimur,
Da mente scire quod doces,
Et sponte quod jubes sequi.

Te príncipem summò, Deus,
Jubes amóre dílígi:
Tibi secundum prótinùs
Jubes amári próximum.

Tu, pacis auctor, mútuos
Astringe nexus: da, Pater,
Gaudére fratrum gaúdiis,
Da condolére flétibus.

Quos orbis unus cóntinet,
Fac una jungat cáritas,
Quâ corpus unum plúrimi,
Unum cor, una mens simus.

Præsta, beáta Trínitas,
Ut, legis ad facem tuæ,
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes.
Amen.

℣. Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, ℟. Ut non confundar. *Ps.* 118.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. a. Non auditóres legis justi sunt apud Deum; sed factóres legis justificabuntur. *Rom.* 2.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 4. E. Conferva me.

Pſalmus 13.

Dixit insípiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cœlo proſpexit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Sepulcrum patens eſt guttur eórum : linguis ſuis dolósè agébant, * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne, & amaritúdine plenum eſt, * velóces pedes eórum ad effundendum ſanguinem.

Quia dixi: Nequando supergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagella parátus sum, * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me; * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi, * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me Dómine Deus meus; * ne discésseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Psalmus 55.

Miserére mei, Deus, quóniam conculcávit me homo: * tot

... le impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die ; * quóniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitúdine diéi timébo : * ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi : * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur ; * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abscondent, * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies illos : * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * posuísti lácrymas meas in conspectu tuo,

Sicut & in promissióne tua : * tunc convertentur inimíci mei retrorsùm.

In quacumque die invocávero te, * ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem : * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua quæ reddam, * laudatiónes tibi.

Quóniam eripuisti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu ; * ut pláceam coram Deo in lúmine viventium.

Ant. Dómine, ante te omne desidérium meum ; & gémitus meus à te non est abscónditus.

SABBATO.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. Non sunt,

Psalmus 57.

Si verè útique justítiam loquímini, * recta judicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini ; * in terra injustítias manus vestræ concinnant.

Alienáti sunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero : * locúti sunt falsa.

Furor illis secundùm similitúdinem serpentis, * sicut áspidis surdæ, & obturantis aures suas ;

Quæ non exaúdiet vocem incantántium, * & venéfici incantantis sapienter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum : * molas leónum confringet Dóminus.

Ad níhilum devénient

tanquam aqua decurrens: * intendit arcum suum, donec infirmentur.

Sicut cera quæ fluit, auferentur: * supercécidit ignis, & non vidérunt solem.

Priusquàm intellígerent spinæ vestræ rhamnum, * sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

Lætábitur justus, cùm víderit vindictam: * manus suas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo: Si útique est fructus justo; * útique est Deus júdicans eos in terra.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostrî;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus: * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur & exultent gentes, * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli om terra dedit fructu

Benedícat nos Deus noster; b nos Deus, * & eum omnes fine

Psalmus 7

Notus in Juda in Israël nomen ejus.

Et factus est locus ejus, * & ejus in Sion.

Ibi confrégit arcuum, * scutu dium & bellum

Illúminans tu liter à móntibus turbáti sunt om pientes corde.

Dormiérunt suum, * & nil nérunt omnes v tiárum in mánil

Ab increpatió Deus Jacob, * vérunt qui asc equos.

Tu terríbilis es resistet tibi? * ex tua.

De cœlo audi cisti judícium: trémuit & quié

Cùm exúrgeret cium Deus, * fáceret omnes m terræ.

Quóniam cogi minis confitébitu

& relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo vestro, * omnes qui in circúitu ejus affertis múnera;

Terríbili, & ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Cantic. Moysi, Deut. 32.

Audíte, cœli, quæ loquor; * aúdiat terra verba oris mei.

Concrescat ut plúvia doctrína mea; * fluat ut ros elóquium meum.

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super grámina: * quia nomen Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro: * Dei perfecta sunt ópera, & omnes viæ ejus judícia.

Deus fidélis, & absque ulla iniquitáte, * justus & rectus.

Peccavérunt ei, & non fílii ejus in sórdibus, * generátio prava atque perversa.

Hæccine reddis Dómino, * pópule stulte & insípiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, & fecit & creávit te?

Memento diérum antiquórum; * cógita generatiónes síngulas.

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi; * majóres tuos, & dicent tibi:

Quando dividébat Altíssimus gentes, * quando separábat fílios Adam?

Constítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Israël.

Pars autem Dómini pópulus ejus; * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra deserta, * in loco horróris, & vastæ solitúdinis.

Circumduxit eum, & dócuit, * & custodívit quasi pupillam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volandum pullos suos, * & super eos vólitans,

Expandit alas suas, & assumpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit, * & non erat cum eo Deus aliénus.

Constítuit eum super excelsam terram, * ut coméderet fructus agrórum:

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo;

Bútyrum de armento,

& lac de óvibus ; * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Basan :

Et hircos cum medulla trítici, * & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, & recalcitrávit : * incrassátus, impinguátus, dilatátus.

Derelíquit Deum factórem suum, * & recessit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis ; * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo, * diis quos ignorábant.

Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit, dereliquisti ; * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est ; * quia provocavérunt eum fílii sui, & fíliæ.

Et ait : Abscondam fáciem meam ab eis, * & considerábo novíssima eórum.

Generátio enim pervérsa est, * & infidéles fílii.

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus ; * & irritavérunt in vanitátibus suis.

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furóre meo, * & ardébit usque ad inferni novíssima.

Devorabítque terram cum gérmine suo, * & móntium fundamenta combúret.

Congregábo super eos mala, * & sagittas meas complébo in eis.

Consumentur fame ; * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immittam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intùs pavor ; * júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi : Ubinam sunt ? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dístuli, * ne fortè superbírent hostes eórum,

Et dícerent : Manus nostra excelsa, * & non Dóminus, fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, & sine prudéntia: * útinam sáperent & intellígerent, ac novíssima providérent!

Quómodò persequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia.

Nonne ídeò quia Deus suus véndidit eos, * & Dóminus conclúsit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eórum; * & inimíci nostri sunt júdices.

De vínea Sodomórum vínea eórum, * & de suburbánis Gomorrhæ.

Uva eórum, uva fellis, * & botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áspidum insanábile.

Nonne hæc cóndita sunt apud me, * & signáta in thesáuris meis?

Mea est últio, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxtà est dies perditiónis, * & adesse festínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum suum; * & in servis suis miserébitur.

Vidébit quòd infirmáta sit manus; * & clausi quoque defecérunt, residuíque consumpti sunt.

Et dicet: *Ubi sunt dii* eórum, * in quibus habébant fidúciam;

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum?

Surgant, & opitulentur vobis, * & in necessitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego sim solus, * & non sit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego sanábo; * & non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam, & dicam: * Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea;

Reddam ultiónem hóstibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam.

Inebriábo sagittas meas sánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occisórum; * & de captivitáte nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur.

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * & propítius erit terræ pópuli sui.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Non sunt condignæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. *Rom.* 8.

Capitulum. I. Cor. 9.

Nescítis quòd ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt; sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite ut comprehendátis.

Hymnus.

Pugnate, Christi mílites;
Fortes fide resístite:
Imménsa promísit Deus
Pio labóri præmia.

Non ille fluxas ac leves
Palmas dabit vincéntibus;
Sed lucis ætérnæ decus,
Et pura semper gaúdia.

Mentes beátas éxcipit
Formósa cœlitûm domus;
Hic turba cœlis áltior
Subjécta calcat sídera.

Caduca vobis præmia
Offert levis mundi favor:
Vultus ad astra tóllite;
En ipse sit merces Deus.

Huc certa nos spes évocat:
Huc vota ter dant ómnia;
Nec térreat brevis labor,
Ætérna quos merces manet.

Qui nos corónat, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Almâ juvans nos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dómine, quis requiéscet in monte sancto tuo? ℟. Qui ingréditur sine mácula, & operátur justítiam. *Ps.* 14.

Ad Bened. *Ant.* 8. g Vitam illam expectámu quam Deus datúrus est h qui fidem suam nunquà mutant ab eo. *Tob.* 2.

AD PRIMAM

Ant. 7. *d.* Conténdi

Psalmus 40.

Beátus qui intélligit per egénum & p perem: * in die mal berábit eum Dómin

Dóminus consi eum, & vivíficet e & beátum fáciat ei terra; * & non t eum in ánimam i córum ejus.

Dóminus opem illi super lectum ejus: * univer tum ejus versasti i mitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, miserére meî : * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * Quando moriétur, & períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur : * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur forâs, * & loquebátur in idipsum.

Adversùm me susurrábant omnes inimíci mei, * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt adversùm me; * numquid qui dormit, non adjíciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ in quo sperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miserére meî, & resúscita me ; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluisti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepisti, * & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Israël à sǽculo, & usque in sǽculum : * Fiat, fiat.

Psalmus 98.

Dóminus regnávit, irascantur pópuli : * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est ; * & honor regis judícium díligit.

Tu parasti directiónes : * judícium & justítiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte scabellum pedum ejus, * quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipse exaudiébat eos : * in columna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos : * Deus, tu propítius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum

Deum noſtrum, & adoráte in monte ſancto ejus; * quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

Pſalmus 107.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſallam in glória mea.

Exurge, glória mea; exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine; * & pſallam tibi in natiónibus.

Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus, * & ſuper omnem terram glória tua.

Ut liberentur dilecti tui: * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo: * exultábo, & dívidam Síchimam; & convallem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes: * & Ephraim ſuſcéptio cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab lebes ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos; * & non exíbis, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Ant. Conténdite intráre per anguſtam portam. *Luc*. 13.

AD TERTIAM.

Ant.4.a. Vincenti dabo.

Pſalmus 87.

Dómine Deus ſalútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo orátio mea; * inclína aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta eſt malis ánima mea, * & vita mea inferno appropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum: * factus ſum ſicut homo ſine adjutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormientes in ſepulchris, quorum non es memor ámpliùs, * & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

ri, * in tenebró-
: in umbra mortis.
r me confirmátus
or tuus, * & om-
ctus tuos induxisti
me.
gè fecisti notos
i me: * posuérunt
ominatiónem sibi.
ditus sum, & non
ébar; * óculi mei
runt præ inópia.
visio Psalmi 87.
návi ad te, Dó-
ine, totâ die; *
li ad te manus

nquid mórtuis fá-
irabília; * aut mé-
scitábunt, & con-
itur tibi?
nquid narrábit áli-
i sepulchro miseri-
im tuam, * & veri-
tuam in perditióne?
nquid cognoscen-
ténebris mirabília
* & justítia tua in
oblivionis?
go ad te, Dómine,
vi; * & mane orá-
ea prævéniet te.
quid, Dómine, re-
orationem meam; *
s fáciem tuam à me?
per sum ego, &
lóribus à juventúte
* exaltátus autem,
iátus sum & con-
us.

In me transiérunt iræ
tuæ, * & terróres tui con-
turbavérunt me.

Circumdedérunt me si-
cut aqua totâ die; * cir-
cumdedérunt me simul.

Elongasti à me amí-
cum & próximum; * &
notos meos à misériâ.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cán-
ticum novum; * laus
ejus in ecclésia sanctó-
rum.

Lætétur Israel in eo
qui fecit eum, * & fílii
Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in
choro: * in tympano &
psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est
Dómino in pópulo suo; *
& exaltábit mansuétos in
salútem.

Exultábunt sancti in
glória; * lætabúntur in
cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in
gútture eórum, * & gládii
ancípites in mánibus
eórum:

Ad faciendam vindi-
ctam in natiónibus, * in-
crepatiónes in pópulis:

Ad alligandos reges eó-
rum in compédibus, * &
nóbiles eórum in mánicis
férreis;

Ut fáciant in eis judí-
cium conscriptum: * glória

ria hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Vincenti dabo édere de ligno vitæ quod est in paradíso Dei mei. *Apoc.* 2.

Capitulum. Apoc. 2.

Vincenti dabo manna abscónditum, & dabo illi cálculum cándidum ; & in cálculo nomen novum scriptum quod nemo scit, nisi qui áccipit.

℟. *br.* Justi * Hæreditábunt terram. ℣. Et inhabitábunt in séculum séculi super eam. * Hæreditábunt terram. Glória. ℟. Justi. *Ps.* 36.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino. *Ps.* 30.

AD SEXTAM.

Ant. 1. g. Unusquísque.

Psalmus 100.

Misericórdiam & judícium * cantábo tibi, Dómine.

Psallam, & intélligam in via immaculáta : * quando vénies ad me ?

Perambulábam in innocéntia cordis mei * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante oculos meos rem injustam ; * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhæsit [...]
pravum ; * dec[...]
à me malignum [...]
gnoscébam.

Detrahentem [...]
próximo suo, [...]
persequébar.

Superbo ócul[...]
satiábili corde, [...]
hoc non edébar[...]

Oculi mei a[...]
terræ, ut séde[...]
cum : * ámbula[...]
immaculáta, [...]
ministrábat.

Non habitábi[...]
dio domûs me[...]
cit supérbiam : [...]
quitur iníqua, [...]
xit in conspect[...]
rum meórum.

In matutíno [...]
bam omnes [...]
terræ, * ut dis[...]
de civitáte Dó[...]
nes operantes [...]
tem.

Psalmus 1[...]

Deus, lauder[...]
ne tacúeris [...]
os peccatóris, & [...]
super me apertu[...]

Locúti sunt [...]
me linguâ dolo[...]
sermónibus ódi[...]
dedérunt me, & [...]
vérunt me grat[...]

Pro eò ut me d[...]
detrahébant mi[...]
autem orábam.

Et posuérunt adversùm me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

Constítue super eum peccatórem; * & diábolus stet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci, * & episcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur fílii ejus, & mendícent; * & ejiciantur de habitatiónibus suis.

Scrutétur fœnerátor omnem substántiam ejus, * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non sit illi adjútor, * nec sit qui misereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum: * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conspectu Dómini; * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum semper: & dispéreat de terra memória eórum; * pro eo quòd non est recordátus fácere misericórdiam.

Et persecútus est hóminem inopem & mendícum, * & compunctum corde, mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei: * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum; * & intrávit sicut aqua in interióra ejus, & sicut óleum in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestiméntum quo operítur; * & sicut zona quâ semper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum; * & qui loquuntur mala adversùs ánimam meam.

Divisio Psalmi 108.

Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum, * quia suávis est misericórdia tua.

Líbera me, quia egénus & pauper ego sum, * & cor meum conturbátum est intra me.

Sicut umbra cùm declínat, ablátus sum, * & excussus sum sicut locustæ.

Génua mea infirmáta sunt à jejúnio, * & caro

mea immutáta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum oppróbrium illis : * vidérunt me, & movérunt cápita ſua.

Adjuva me, Dómine Deus meus : * ſalvum me fac ſecundùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc : * & tu, Dómine, feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces : * qui inſurgunt in me, confundantur ; ſervus autem tuus lætábitur.

Induántur, qui détrahunt mihi, pudóre : * & operiántur ſicut diplóide confuſióne ſuâ.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum.

Quia áſtitit à dextris paúperis, * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Ant. Unuſquiſque própriam mercédem accípiet ſecundùm ſuum labórem. *I. Corinth.* 3.

Capitulum. II. Cor. 4.

Quod in præſenti eſt momentáneum & leve tribulatiónis noſtræ, ſupra modum in ſublimitáte æternum gl[...] pondus operátur in [...]bis.

℟. *br.* Expecta Dó[...]num, * Cuſtódi v[...] ejus. ℣. Ut hæredi[...] cápias terram. * Cuſ[...] viam ejus. Glória. ℟. [...]pecta. *Pſ.* 36.

℣. Judícia Dó[...] vera ; ℟. In cuſtod[...]dis illis retribútio m[...] *Pſ.* 18.

AD NONAM

Ant. 8. c. Qui ámb[...]

Pſalmus 59.

Deus, repuliſti no[...] deſtruxiſti nos [...] irátus es, & miſert[...] nobis.

Commóviſti terr[...] & conturbaſti eam [...] ſana contritiónes ej[...] quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo [...] dura ; * potaſti nos [...] compunctiónis.

Dediſti metuéntib[...] ſignificatiónem, * u[...]giant à fácie arcûs, [...]

Ut liberentur di[...] tui : * ſalvum fac dé[...]râ tuâ, & exaudi me[...]

Deus locútus eſt in [...]cto ſuo : * Lætábor [...] partíbor Síchimam, [...] convallem tabernac[...]rum metíbor.

Meus eſt Gálaad, [...] meus eſt Manaſſes ; [...]

Ephraím fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum; * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos; * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipse ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

Psalmus 78.

Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum, * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum escas volatílibus cœli, * carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum tanquam aquam in circúitu Jerúsalem; * & non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris; * subsannátio & illúsio his qui in circúitu nostro sunt.

Usquequò, Dómine, irascéris in finem? * accendétur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum; citò antícipent nos misericórdiæ tuæ, * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster; * & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

Et propítius esto peccátis nostris * propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in géntibus: * Ubi est Deus eórum?

Et innotescat in natiónibus coram óculis nostris * últio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est.

Intróeat in conspectu tuo * gémitus compeditórum.

Secundùm magnitúdinem bráchii tui * póſſide fílios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum, * impropérium ipſórum quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſéculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

Pſalmus 82.

Deus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compeſcáris, Deus.

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt; * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt adversùs ſanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente, * & non memorétur nomen Iſraël ultrà.

Quóniam cogitavérunt unanímiter: * ſimul adversùm te teſtamentum diſpoſuérunt tabernácula Idumæórum & Iſmaelítæ.

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec, * alienígenæ cum habitánti[illegible]rum.

Etenim Aſſur [illegible] illis: * facti ſun[illegible] tórium fíliis Lo[illegible]

Fac illis ſicu[illegible] & Síſaræ, * ſi[illegible] in torrente Ciſ[illegible]

Diſperiérunt [illegible] dor; * facti ſu[illegible] cus terræ.

Pone príncip[illegible] ſicut Oreb & Z[illegible] Zébee & Sálma[illegible]

Omnes prín[illegible] rum, * qui [illegible] Hæreditáte po[illegible] ſanctuárium D[illegible]

Deus meus, [illegible] ut rotam, * & [illegible] lam ante fácien[illegible]

Sicut ignis q[illegible] rit ſilvam, [illegible] flamma combú[illegible] tes;

Ita perſequé[illegible] tempeſtáte tua [illegible] ira tua turbábi[illegible]

Imple fáci[illegible] ignomíniâ, * [illegible] rent nomen tu[illegible] mine.

Erubeſcant [illegible] turbentur in ſé[illegible] culi, * & conf[illegible] & péreant.

Et cognoſcan[illegible] men tibi Domi[illegible] ſolus Altíſſimu[illegible] terra.

Ant. Qui ámbulat in justítiis, iste in excelsis habitábit; Regem in decóre suo vidébunt óculi ejus. *Is.* 33.

Capitulum. Galat. 6.

Bonum facientes non deficiámus; témpore enim suo metémus non deficientes. Ergò, dum tempus habémus, operémur bonum.

℟. *br.* Quærite Dóminum, * Et confirmámini. ℣. Quærite fáciem ejus semper. * Et confirmámini. Glória. ℟. Quærite. *Ps.* 104.

℣. Beáti qui custódiunt judícium, ℟. Et fáciunt justítiam in omni témpore. *Ps.* 105.

AD VESPERAS

QUÆ SUNT PRIMÆ DE DOMINICA.

Duplex.

Ant. 4. D. Convértere.

Psalmus 114.

Dilexi; quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam, * miséricors Dóminus & justus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, quia Dóminus benefécit tibi.

Ant. 1. a. Lætátus sum.

Psalmus 121.

Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipsum.

Illùc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini; * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illîc sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem; * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

Ant. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

Ant. 7. c. Illîc.

Psalmus 132.

Ecce quàm bonum, & quàm jucundum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite * quod descendit in barbam, barbam Aaron;

Quod descendit in oram vestimenti ejus, * sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion;

Quóniam illîc mandávit Dóminus benedictiónem * & vitam usque in sǽculum.

Ant. Illîc mandávit Dóminus benedictiónem, & vitam usque in sǽculum.

Ant. 2. D. Si oblítus fúero.

Psalmus 136.

Super flúmina Babylónis, illîc sédimus, & flévimus, * cùm recordarémur Sion.

In salícibus in médio ejus * suspéndimus órgana nostra.

Quia illîc interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum;

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodò cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea?

Adhæreat lingua mea faúcibus meis, * si non memínero tuî;

Si non proposúero Jerúsalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto, Dómine, filiórum Edom * in die Jerúsalem;

Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte, * usque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis mísera, * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Ant. Si oblítus fúero tuî, Jerúsalem, oblivióni detur déxtera mea.

Ant. 6. F. Ad te.

Psalmus 140.

Dómine, clamávi ad te, exaudi me: * inténde voci meæ cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incensum in conspectu tuo: * elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo, * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Absorpti sunt juncti petræ júdices eórum; * áudient verba mea, quóniam potuérunt.

Sicut crassitúdo terræ erupta est super terram, * dissipáta sunt ossa nostra secùs inférnum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei: * in te sperávi; non áuferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo quem statuérunt mihi, * & à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * singuláriter sum ego, donec tránseam.

Ant. Ad te, Dómine, Dómine, óculi mei; in te sperávi.

Capitulum. Hebr. 4.

Relínquitur sabbatísmus pópulo Dei. Qui enim ingressus est in réquiem ejus, étiam ipse requiévit ab opéribus suis, sicut à suis Deus. Festinémus ergo ingredi in illam réquiem.

Hymnus.

Quæ sex labórans per dies,
Terras polúmque cóndidit,
Die quiescens séptimâ,
Divína cessávit manus.
Æternus orbis Cónditor
Hanc ipse sacrávit diem,

Judæa quam, legis tenax,
Piis colébat rítibus.

Fœdus novum, ritus novos
Christus dedit: Christo duce,
Adoptiónis fílios
Jam sánctior manetquies.

Fugavit umbram véritas,
Antíqua cessant Sábbata:
Jam lex amóris córdibus
Inscripta mortáles regit.

Non victimárum sánguinis
Inánis ascendit vapor;
Cruóre sed litans suo
Fit nostra Christus víctima.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

℣. Deduc me, Dómine, in via tua, ℟. Et glorificábo nomen tuum in æternum. *Ps.* 85.

Ad Magnif. *Antiphona habetur in Proprio. Oratio Dominicæ sequentis.*

Posteà si qua Commemoratio occurrit, fit hoc loco.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8.g. Miserére meî.

Psalmus 50.

Miserére meî, Deus, * secundùm magnam misericórdiam tuam.

Et secundùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci; * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexisti; * incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam, * & exultábunt ossa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

cias me à fácie
Spíritum san-
a ne aúferas à

mihi lætítiam
i, * & spíritu
confirma me.
iníquos vias
t ímpii ad te
ur.
ne de sanguíni-
, Deus, salútis
: exultábit lin-
ustítiam tuam.
, lábia mea
& os meum an-
audem tuam.
m si voluisses
a, dedissem
olocaustis non
is.
um Deo spíri-
ulátus: * cor
& humiliá-
s, non despí-

fac, Dómine,
voluntáte tua
ut ædificentur
salem.
ceptábis sacri-
títiæ, oblatió-
causta: * tunc
super altáre
os.
mus 85.
Dómine, au-
m, & exaudi
óniam inops &
a ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis & mitis, * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudisti me.

Non est símilis tuî in diis, Dómine, * & non est secundùm ópera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília, * tu es Deus solus.

Divisio Psalmi 85.

Deduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine

ne Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in æternum.

Quia misericórdia tua magna est super me, * & eruísti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam; * & non proposuérunt te in conspectu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor & miséricors, * pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax,

Réspice in me ... serére meî; * c... rium tuum púer... salvum fac fil... cillæ tuæ.

Fac mecum s... bonum, ut víd... odérunt me, & ... dantur; * quón... Dómine, adjuv... & consolátus es

Ant. Miserére ... mine, quóniam ... mávi totâ die.

Hymnus, *Ca*... ℟. *breve*, *&c.* ... *infrà*, *ad Compl*... *Feriis per Ann*...

IN FERIIS PER ANN

AD LAUDES.

In Feriis Adventûs & Quadragesimæ usque ad Feriam quartam Hebdomadæ Sanctæ inclusivè, dicuntur, flexis genibus, Preces sequentes.

Kyrie, eléison. *Chorus.* Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40.

℣. Convértere ... ne: úsquequò ... precábilis esto ... vos tuos. *Ps.* ...

℣. Fiat mi... tua, Dómine, ... ℟. Quemádmo... rávimus in te. ...

℣. Sacerdót... duantur justítia ... sancti tui exulte...

℣. Orémus p... Pontífice nostr... Pascat hæredit... mini in innocé... dis sui. *Ps.* 77.

℣. Orémus ... tice nostro *N*, ...

:vet eum, &
um. *Pſ.* 40.
nus pro Rege
℟. Dómine,
e Regem, &
s in die quâ in-
us te. *Pſ.* 19.
um fac pópu-
, Dómine, &
æreditáti tuæ:
eos, & extolle
e in ætérnum.

or eſto congre-
iæ, ℟. Quam
ab inítio. *Pſ.*

gáte quæ ad
nt Jerúſalem:
x in virtúte tua
ntia in túrribus
121.
imus pro frá-
tris abſéntibus.
fac ſervos tuos,
s, ſperantes in
5.
infirmis, affli-
iptívis. ℟. Lí-
us, Iſraël ex
tribulatiónibus
24.
ómnibus fidé-
unctis. ℟. Edú-
Dóminus in lu-
ſdeant juſtítiam
ch. 7.
dicitur Pſalm.
ndis. *pag.* 155.
Glória Patri.

[*In Veſperis, ejus loco dicitur Pſalm.* 50. Miſerére meî, Deus, *pag.* 176. *cum* Glória Patri.]

Finito Pſalmo dicitur:

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio, ſi propria non aſſignatur, dicitur de Dominicâ præcedente.

Si facienda ſit Commemoratio alicujus Feſti occurrentis, fit hoc loco, ſtatim poſt Orationem diei.

Deindè (à Præſentat. Domini tantùm uſque ad Feriam IV. Cinerum) fiunt in Feriis & Feſtis ſimplicibus, Suffragia ut ſequitur.

[*In Officio Feriali tantùm.*

De ſanctâ Cruce.

Ant. Peccáta noſtra Chriſtus pértulit in córpore ſuo ſuper lignum,

ut peccátis mórtui, justítiæ vivámus. *I. Petr. 2.*

℣. Redémit nos ab inimícis nostris; ℟. Quóniam in æternum misericórdia ejus. *Ps. 135.*

Orémus.

Perpétuâ nos, quæsumus, Dómine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es, Salvátor mundi, Qui vivis & regnas Deus].

Commemoratio de Cruce quæ fit tempore Paschali, habetur proprio loco.

[*Si sequatur Officium parvum B. M. V. tunc fit integra conclusio :* Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. ℣. Dóminus vobíscum. ℣. Benedicámus. *Deindè incipitur Officium parvum, quod dicitur juxta usum & consuetudinem locorum : si autem non dicatur, ejus loco fit Suffragium sequens*].

De B. Maria Virgine.

Ant. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc. 1.*

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem sibi. *Ps. 131.*

Orémus.

Famulórum tuóru quæsumus, Dómi delíctis ignosce; ut tibi placére de ác nostris non valém Genitrícis Fílii tui Do ni nostri intercess salvémur; Per eum Christum.

Commemor. de B. quæ fit post Circumc nem, & ab Octava phaniæ usque ad Præs tionem Domini, hat proprio loco.

Posteà fit Commem Patrono Ecclesiæ. Si tem Ecclesia dedicat sub titulo SS. Trinit vel alicujus è Per Divinis, tunc fit ejus Commemoratio ante C memorationem S. Cru si autem sub titulo cujus è Mysteriis Chr fit de iis quæ Passio ejus præcesserunt, Commemorationem S. cis ; post ipsam ver iis quæ subsecuta sun Ecclesia dedicata fi honorem S. Crucis, fi dicta Commem. de C fit etiam in Festis plicibus : si verò sub i catione B. M. non fit ejus Commemoratio q quæ hîc habetur sup

De Sancto Eligio.

Ant. Est servus Christi Jesu semper sollícitus pro nobis in oratiónibus, ut stemus perfecti & pleni in omni voluntáte Dei. *Coloss.* 4.

℣. Ne rétrahas manus tuas ab auxílio servórum tuórum; ℟. Líbera nos, férque præsídium. *Josue*, 10.

Orémus.

Annue, quæsumus, Dómine; ut mérita tibi plácita sancti Pontíficis Elígii, grégibus quos fidéli ministério gubernávit, pietátem tuam semper exórent; Per Christum Dóminum nostrum.

[*In Choro Eccl. Cath. ante Suffragium de Pace, dicitur unum è Suffrágiis infrà positis*, pag. 194. *secundùm Feriam*].

Pro Pace.

Ant. Deus det nobis jucunditátem cordis, & fieri pacem in diébus nostris. *Eccli.* 50.

℣. Dóminus virtútem pópulo suo dabit; ℟. Dóminus benedícet pópulo suo in pace. *Ps.* 28.

Orémus.

Deus, à quo sancta desidéria, recta consília & justa sunt ópera; da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem; ut, & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquílla; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si aliud non sequitur Officium, secretò dicitur Fidélium ánimæ, &c. *Et* Pater noster.

Deindè Antiphona de Beata, &c. *Denique* Divínum auxílium &c. *ut ad Laudes Dominicæ. p.* 58.

AD PRIMAM.

Pater. Ave. Credo. *secretò.*

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

Jam lucis orto sídere,
Deum precémur, súpplices,
Præsens benigno lúmine
Nostros ut actus dírigat.

Nil lingua peccet, nil manus;
Nil mens inâne cógitet.
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dum fluet dies,
O Christe, sis custos vigil.

[redacted]

Da mente scire, quod doces;
Da corde, quod jubes, sequi.

Tu spes salútis; áctuum
Tu finis & primórdium:
Te, prosequámur, aúspice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

[*In Feriali Officio, Antiphona dicitur secundùm Feriam, eaque singulis diebus assignata est.*

In Festis verò, Antiph. semper sumitur de Proprio vel de Communi, & Psalmi tantùm dicuntur de Feria nisi aliter notetur; & sic ad alias Horas.]

In Feriali Officio,
Capitulum. Is. 33.

Dómine, miserére nostrî, te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in mane, & salus nostra in témpore tribulatiónis. ℟. Deo grátias.

In Festivali Officio, dicitur sequens
Capitulum. I. Tim. 1.

Regi seculórum immortáli, invisíbili, soli Deo, honor & glória in sécula secul
Amen.

℟. Deo grátias.

℟. *breve.* Chris
Dei vivi, * Miseré
bis. ℣. Qui sed
déxteram Patris,
℣. *semper dicitur i*
riis, quandò aliu
assignatus est in Pr
* Miserére nobis. G
℟. Christe. *Matt*
Tob. 8. *Hebr.* 1.

℣. Exurge, Dó
ádjuva nos; ℟. Et n
nos propter nomen
Ps. 43.

PRECES

Quando ad Laudes
sunt Preces, hæ di
flexis genibus.

In Semid. verò & f
& intra Octavas,
tuntur.

Kyrie, eléison. C
eléison. Kyrie,
son.

Pater noster.
usque ad ℣. Et n
indúcas in tentatió
℟. Sed líbera nos

Credo in Deum
usque ad ℣. Carnis
rectiónem, ℟.
ætérnam. Amen.

℣. Ego ad te, Dó
clamávi; ℟. Et man
tio mea prævéni
Ps. 87.

℣. Repleátur os meum laude; ℟. Ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam. *Ps.* 70.

℣. Averte fáciem tuam à peccátis meis; ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Ps.* 50.

℣. Cor mundum crea in me, Deus; ℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. *Ps.* 50.

℣. Ne projícias me à fácie tua; ℟. Et spíritum sanctum tuum ne áuferas à me. *Ps.* 50.

℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui; ℟. Et spíritu principáli confírma me. *Ps.* 50.

Quando Preces non dicuntur flexis genibus, hîc fit Confessio: quando verò genua flectuntur, adduntur versus sequentes ante Confessionem.

℣. Vias tuas, Dómine, demonstra mihi; ℟. Et sémitas tuas édoce me. *Ps.* 24.

℣. Dírige me in veritáte tua, & doce me; ℟. Quia tu es Deus salvátor meus. *Ps.* 24.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo; ℟. A viro iníquo éripe me. *Ps.* 139.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus; ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me. *Ps.* 58.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem; ℟. Et de viris sánguinum salva me. *Ps.* 58.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. *Ps.* 69.

℣. Delicta juventútis meæ & ignorántias meas ne memíneris; ℟. Secundùm misericórdiam tuam, memento meî tu. *Ps.* 24.

Hîc Hebdomadarius facit Confessionem.

Confíteor Deo omnipotenti; beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, (& vobis, fratres,) quia peccávi nimìs cogitatióne, verbo & ópere, [*ad sequentia verba ter percutitur pectus*] meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum,

omnes Sanctos, (& vos fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tuî omnípotens Deus; &, dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Hebdomadarius dicit : Amen.

Deinde Chorus repetit Confessionem; & ubi dictum est vobis, fratres, & vos, fratres, *dicit* tibi, Pater, & te, Pater.

Factâ Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestrî omnípotens Deus; &, dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui solus recitat, semel dicit* Confíteor *omissis vocibus quæ clauduntur parenthesi, addendo particulam* [&] *ante has voces* ómnibus Sanctis, & omnes Sanctos; *deindè* Misereátur *semel, dicendo* nostrî, nostris, & nos].

Indulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.

℟. Amen. *Et prosequitur :*

℣. Dignáre, Dómine, die isto; ℟. Sine peccáto nos custodíre.

℣. Miserére nostrî, Dómine; ℟. Miserére nostrî. *Ps.* 122.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, ℟. Quemádmodum sperávimus in te. *Ps.* 32.

[*IN CATH. hìc additur :*

℣. Dómine, salvum fac Regem, ℟. Et exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19.]

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecisti, tuâ nos hódiè salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum nostrum Jesum Christum

Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti, Deus, per ómnia sǽcula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

In Choro legitur Martyrologium, in cujus fine respondetur Deo grátias: *& statim Hebdomadarius dicit altâ voce:*

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115.

Et absolutè sine Dóminus vobiscum, *& sine* Orémus.

Sancta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sǽcula seculórum. ℟. Amen.

Posteà dicitur, ℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. *Ps.* 69.

Glória Patri, & Fílio & Spirítui sancto; sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula seculórum. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Tùm secretò, Pater.

Altâ voce, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua; & dírige fílios eórum. ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige. *Ps.* 89.

℣. Glória. ℟. Sicut.

Orémus.

Dirígere & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & córpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum, ut hîc, & in æternum, te auxiliante, salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis & regnas in sǽcula seculórum. ℟. Amen.

Lector, versus ad Celebrantem, petit benedictionem, dicens: Jube, Domne, benedícere.

Bened. Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam dóceat nos Dóminus. *Ps.* 118. ℟. Amen.

Tum fit lectio Canonis, (qui quâlibet die varius legitur, & habetur ad calcem,) in cujus fine dicitur Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

Absoluto Canone, Hebdomadarius dicit: ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123.

Deinde dicit Benedícite. ℟. Deus.

Hebdom. ℣. Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem: fáciens in nobis quod pláceat coram se, per Jesum Christum, cui est glória in sǽcula sæculórum. *Hebr.* 13. ℟. Amen.

AD TERTIAM.

Pater. Ave. *secretò.*

Deus, in adjutórium.

Hymnus.

O fons amóris, Spíritus!
O dulce lumen méntium,
Sacras refúsus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis víncula
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Fac sancta jungant víncula.

Æterne tui Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudêris omni témpore.
Amen.

Capitulum & ℟. breve sumuntur ubi sumitur Antiphona super Psalmos; & sic ad alias Horas.

PRECES.

Quandò ad Laudes dictæ sunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam & Nonam, hæ dicuntur flexis genibus.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos; ℟. Et ostende fáciem tuam, & salvi érimus. *Ps.* 79.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43.

ATH. hic ad-

nine, salvum
, ℟. Et exau-
die quâ invo-
te. Ps. 19.]
nine, exaudi
meam; ℟. Et
eus ad te vé-
101.
ominus vobis-
Et cum spíritu

conveniens.

EXTAM.

Ave. secretò.
n adjutórium.
ymnus.
aúreum jubar
ruscat lúmine:
Christe, clá-
,
fulge sénsibus.
salútis & via;
quos doces,
;
egis, da cón-

nnis gaúdia.
NE tu Verbi
r,
ili par Patri,
íque Spíritus,
omni témpore.
n.
, flexis genibus,
ur, ut suprà ad

conveniens.

AD NONAM.

Pater. Ave. secretò.
Deus, in adjutórium.

Hymnus.

RECÉDIT inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus supernam júgiter
Suspíret ardor pátriam.

DA, Christe, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui:
Fac, lucis usuræ brevi,
Ætérna succédat dies.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Preces, si dicendæ sint, dicuntur ut suprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Preces, si dicendæ sint, habentur suprà ad Laudes, pag. 178. in quibus loco Ps. 129. De profundis, *dicitur Psalm. 50.* Miserére, *pag. 176.*

Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, fit hoc loco statim post Orationem diei.

Deindè (à Præsentat. Domini tantùm usque ad Feriam IV. Cinerum) in Feriis & Festis simplicib. fiunt Suffragia, ut sequitur.

[*In Officio Feriali tantùm.*

De Sancta Cruce.

Ant. Mihi absit gloriári nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi. *Galat. 6.*

℣. In Deo salutáre meum, ℟. Et glória mea. *Ps. 61.*

Orémus.

Perpétuâ nos, quæsumus, Dómine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es, Salvátor mundi; Qui vivis.]

Commemoratio quæ fit de Cruce tempore Paschali habetur proprio loco.

[*Si sequantur Vesperæ de Beata Maria Virgine tunc fit integra conclusio;* Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. *& post* Benedicámus. *dicitur,* Deus, in adjutórium.

Ubi verò non dicitur Officium parvum, ejus loco fit Suffragium sequens.]

De B. Maria Virgine.

Ant. Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc. 1.*

℣. Vultum tuum deprecabuntur, ℟. Omnes dívites plebis. *Ps. 44.*

Orémus

Famulórum
quæsumus,
delíctis ignosce
tibi placére d
nostris non
Genitrícis Filii
mini nostri in
salvémur; Per
Christum.

Commemorat
ta, quæ fit post
sionem & ab O
phaniæ usque a
tationem Domi
proprio loco.

Posteà fit d
ut dictum est su

De Sancto

Ant. Hic e
amátor & póp
hic est qui m
pro pópulo,
civitáte. *II. A*

℣. Cadat or
in conspectu tu
pro nobis ad
Deum. *Jerem.*

Orému

Deus, q
Elígium
patrem, &
amatórem tu
Pastórem mis
providisti; co
pítius, ut qu
dócuit verbis
plis, te super
gentes in ter

n ipso mereámur
; Per Christum.
Choro Eccl.
ante Suffragium
, dicitur unum è
is infrà positis,
ecundùm Feriam].
Pro Pace.
Deus meminerit
ati sui, & fáciat
nec nos déserat
ore malo. *II. Ma-*

óminus Deus lo-
acem, ℟. In ple-
um. *Ps.* 84.
Orémus.
, à quo sancta
idéria, recta con-
justa sunt ópera;
s tuis illam quam
dare non potest
ut, & corda
mandátis tuis dé-
& , hóstium fu-
rmídine, tempo-
tuâ protectióne
lla; Per Dómi-

ominus vobiscum.
um spíritu tuo.
Benedicámus Dó-
℟. Deo grátias.
Completorium non
, secretò dicitur
n ánimæ, &c. *&*
oster.
OMPLETORIUM.
. Ave.
erte nos.

Antiphonæ & Pss. convenientes.

Hymni proprii diversis temporibus habentur in Propriis illorum temporum.

A crastino Præsentationis Domini usque ad Feriam IV. Cinerum exclusivè, in Feriali Officio,

Hymnus.

Te lucis ante términum,
Rerum Creátor, póscimus,
Ut pro tua cleméntia
Hâc nocte nos custódias.

Fac, vana custos Angelus
Pellat procul phantásmata;
Et, dormiente córpore,
Fac mens vigil te cógitet.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

In Festivali Officio, & in Sabbatis, pariter à crastino Præsentationis, usque ad Feriam IV. Cin.

Hymnus.

Deus Creátor ómnium,
Grates, peracto jam die,
Et noctis exortu, preces
Proni tibi persólvimus.

Quod longa peccávit dies,
Noctúrnus éxpiet dolor;
Nec per sopórem nos sinas
Hostis patére fraúdibus.

Infestus usque círcuit,
Quærens leo quem dévoret;
Umbrántibus tuos, Pater,
Natos sub alis prótege.

O quando lucescet tuus
Qui nescit occásum dies!
O quando te perénniter
Amábimus, laudábimus!

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

In Officiis de Beata, Hymnus Virgo Dei génitrix, *in Officio de B.M.V. in Sabbato, p.* liij.

In Feriali Officio,

Capitulum. I. Petr. 5.

Sóbrii estóte, & vigiláte, quia advérsárius vester diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui resístite fortes in fide.

In Festivali Officio, & in Sabbatis,

Capitulum. I. Thess. 5.

Omnes vos filii lucis Non sumus noctis neque tenebrárum: ígitur non dormiámus sicut & céteri; sed vigilémus & sóbrii simus.

℟. *breve.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum; ℣. Redemísti me, Dómine Deus veritátis: * Commendo spíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Ps.* 30.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16.

Ad Nunc dimittis, *nisi alia in Proprio assignata sit,*

Ant. 3. c. Salva nos,

Canticum Simeon. Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secundùm verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes, custódi nos dormientes, ut vigilémus cum Christo,

PRECES.

℟. *breve.* Exultávit ut gigas * Ad currendam viam: ℣. A summo cœlo egréssio ejus. * Ad currendam viam. Glória. ℟. Exultávit. *Ps. 18.*

℣. Cognoscámus, Deus, in terra viam tuam, ℟. In ómnibus géntibus Salutáre tuum. *Ps. 66.*

DIE XXV. DECEMBRIS.

IN NATIVITATE DOMINI.

Annuale.

IN PRIMIS VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 8. *toni*. G.

NOlíte timére : state, & vidéte magnália Dómini quæ factúrus est. *Exod.* 14.

Ant. 3. E. Ne meminéritis priórum, & antíqua ne intueámini : ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur. *Isai.* 43.

Ant. 7. G. Pósuit Altíssimus David púero suo excitáre Regem ex ipso fortíssimum, & in throno honóris sedentem in sempiternum. *Eccli.* 24.

Ant. 4. E. Egressus ejus ab inítio, à diébus æternitátis : magnificábitur usque ad términos terræ, & erit iste pax. *Mich.* 5.

Ant. 5. C. Erípiet vos de manu príncipum inimicórum : ipse addúcet vobis sempiternam jucunditátem cum salúte vestra. *Bar.* 4.

Capitulum. Agg. 2.

ADhuc unum módicum est, & ego commovébo cœlum & terram, & mare & áridam : & movébo omnes gentes ; & véniet Desiderátus cunctis géntibus.

℟. Confidenter state, & vidébitis auxílium Dómini super vos, ô Juda & Jerúsalem : * Cras Dóminus erit vobiscum.
℣. Gaudéte in Dómino, gaudéte : Dóminus propè est. * Cras. Glória. *Repetitur* ℟. Confidenter *usque ad* ℣. Gaudéte. *II. Paral.* 20. *Philipp.* 4.

Hymnus.

CESSENT gementûm tædia ; nóxiis
Captíva dudùm sólvere vínculis,

Sion, salútis se dat omen
Exóriens tibi pacis auctor.
Stupenda mundo quot simul éxhibet
Nox illa summo splendídior die!
Parí-ne terris advenire
Ordine te décuit, Redemptor?
Adeste cunis: Régia Núminis,
Præsépe; fœnum, léctulus; & tener
Infans diéi Numen alget:
Virgo parit, sine labe Mater.
O quantus orbi pródirur hinc amor!
Spes quanta sese córdibus ínserit!
Spirant iisdem, Christe, tecum
Spes & amor sociáta cunis.
Pannis amictus vílibus hóspitâ
Si vagit Infans in pécudum specu,
Mundi salútem, vagiendo,
Ecce puer Deus auspicátur.
Qui nos creasti, sit tibi laus, Pater;
Fili, Redemptor, par tibi glória;
Tu, Flamen, almi fons amóris,
Perpétuo celebráre cultu.
Amen.

℣. Propè timentes eum Salutáre ipsíus; ℟. Ut inhábitet glória in terra nostra. *Ps.* 84.

[*Duplicatur Antiphona ad* Magníficat *in utrisque Vesperis & ad* Benedictus. *in Laudibus; & sic in omni Annuali, & in Dupl. I. & II. Classis.*]

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Béthlehem Ephráta, párvulus es in míllibus Juda: ex te mihi egrediétur qui sit Dominátor in Israel, allelúia. *Mich.* 5.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetusta sérvitus tenet; Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 2. D. Nox ista est observábilis Dómini: hanc observáre debent omnes fílii Israel in generatiónibus suis. *Exod.* 12.

Hymnus. Mundi salus, qui násceris, *pag.* 246.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. a. Cánticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitátis. *If.* 30.

AD LAUDES.

[*Cantatâ Communione, Sacerdos stans ad Altare incipit Laudes, absolutè ab impositione Antiphonæ* Pastóres. *Non dicuntur in Choro, Capitul. Hymn. nec* ℣. *sed post finitos Psalmos cum Antiphonis, statim Celebrans imponit Antiphonam ad* Benedictus. *in cujus fine, repetitâ Antiphonâ, terminatur Missa per Postcommunionem, &* Ite, Missa est: *ut moris est.*] *Privatìm verò, dicuntur Laudes more solito, ut infrà.*

Psalmi de Dominica.

Antiphona, 4. *toni.* E.

Pastóres erant vigilantes, & custodientes vigílias noctis super gregem suum; & ecce Angelus Dómini stetit juxta illos: allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 3. a. Cláritas Dei circumfulsit illos, & timuérunt timóre magno: & dixit illis Angelus: Nolíte timére: allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 5. a. Ecce evangelízo vobis gáudium magnum quod erit omni pópulo; quia natus est vobis hódiè Salvátor: allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 7. *d.* Facta est.

Canticum. Mich. 5.

Tu Béthlehem Ephráta, * párvulus es in míllibus Juda.

Ex te mihi egrediétur * qui sit Dominátor in Israel.

Et egressus ejus ab inítio, * à diébus æternitátis.

Propter hoc dabit eos usque ad tempus, * in quo partúriens páriet.

Et relíquiæ fratrum ejus * converténtur ad fílios Israel.

Et stabit & pascet in fortitúdine Dómini, * in sublimitáte nóminis Dómini Dei sui.

Et converténtur, quia nunc magnificábitur usque ad términos terræ: * & erit iste pax.

Ant. Facta est cum Angelo multitúdo milítiæ cœléstis laudántium Deum, & dicéntium: Glória in altíssimis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis: allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 6. C. Pastóres loquebantur ad ínvicem. Transeámus usque Béthlehem, & videámus ho

erbum quod factum est, uod Dóminus ostendit obis : allelúia. *Luc.* 2.

Capitulum. II. Cor. 8.

Scitis grátiam Dómini nostri Jesu Christi : uóniam propter vos génus factus est, cùm sset dives ; ut illíus inóià vos dívites essétis.

Hymnus.

A Solis ortûs cárdine
Ad usque terræ límitem,
hristum canámus príncipem,
atum Maríâ Vírgine.

BENIGNUS auctor sǽculi
ortále corpus índuit ;
t carne carnem líberans
e pérderet quos cóndidit.

CASTÆ parentis víscera
irtus obumbrat Núminis ;
eíque dextra pérficit
uod nulla mens concéperat.

DOMUS pudíci péctoris
emplum repentè fit Dei ;
atérque nésciens virum,
oncépit alvo Fílium.

EDIT parens Virgo Deum,
uem Gábriel prædíxerat :
Quem matris intra víscera
Clausus Joannes sénserat.

FŒNO jacére sústinet
Præsépe non horret Deus,
Parvóque lacte páscitur,
Per quem nec ales ésurit.

GAUDET chorus cœléstium,
Et Angeli canunt Deo ;
Palámque fit pastóribus
Pastor, Creátor ómnium.

¶ QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sǽcula.
Amen.

[¶ *Hæc Doxologia*, Qui natus es de Vírgine, *dicitur in fine Hymnorum ejusdem metri, usque ad Præsentationem Domini inclusivè, præterquàm in Octava Epiphaniæ.*]

℣. Animas paúperum salvas fáciet ; ℟. Et honorábile nomen eórum coram illo. *Ps.* 71.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Pastóres venérunt festinantes, & invenérunt Maríam & Joseph, & Infantem pósitum in præsépio : allelúia. *Luc.* 3.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus ; ut nos Unigéniti tui nova

per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetusta sérvitus tenet; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Non dicitur Symbolum Quícumque.

Ant. 4. E. Pastóres.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

Hic ℣. *dicitur quotidiè usque ad Præsentationem Domini inclusivè, exceptâ Octavâ Epiphaniæ.*

CANON proprius habetur ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Cláritas Dei.

Capitulum. Hebr. 1.

Cùm íterùm introdúcit Deus primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei.

℟. *br.* Adoráte eum, omnes Angeli ejus. * Allelúia, allelúia. ℣. Audívit, & lætáta est Sion. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Adoráte. *Ps.* 96.

℣. Jubiláte Deo, omnis terra; ℟. Cantáte, & exultáte & psállite. *Ps.* 97.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ecce.

Capitulum. Tit. 3.

Cùm benígnitas & hu-mánitas appáruit Sal-vatóris nostri Dei; no[n] ex opéribus justítiæ qu[æ] fécimus nos, sed secun-dùm suam misericórdiam salvos nos fecit.

℟. *br.* Memor fuit i[n] séculum testaménti sui: Allelúia, allelúia. ℣. Ve[r]bi quod mandávit in mil-le generatiónes. * Alle-lúia, allelúia. Glória Pa-tri. ℟. Memor. *Ps.* 104

℣. Lætábimur in Salu-tári tuo, Dómine, ℟. E[t] in nómine Dei nostri ma-gnificábimur. *Ps.* 19.

AD NONAM.

Ant. 6. C. Pastóres.

Capitulum. Tit. 2.

Appáruit grátia De[i] Salvatóris nostri óm-nibus homínibus, erú-diens nos, ut abnegante[s] impietátem & seculári[a] desidéria, sóbriè, & ju-stè, & piè vivámus i[n] hoc século.

℟. *br.* Notum fecit Dó-minus Salutáre suum: Allelúia, allelúia. ℣. I[n] conspectu géntium reve-lávit justítiam suam. Allelúia, allelúia. Gló-ria. ℟. Notum. *Ps.* 97

℣. Suscípiant mont[es]

pulo , ℟. Et
tiam. *Pſ.* 71.
ESPERAS.
it, *pag.* 73.
a , 1. *toni.* G.
principium in
rtútis tuæ , in
us ſanctórum :
ante luciferum

nfitébor , *pag.*

ç. Redemptió-
Dóminus pó-
mandávit in
teſtamentum

tus vir , *pag.*

C. Exortum eſt
lumen rectis ;
& miſerátor
Dóminus.
e profundis ,

A. Apud Dó-
iſericórdia . &
pud eum .

nento , Dómi-
ſua diviſione ,

G. De fructu
i ponam ſuper
m.
um. Hebr. 1.
triàm multíſ-
modis olìm
ens Pátribus in
; noviſſimè dié-

bus iſtis locútus eſt nobis in Fílio , quem conſtítuit hærédem univerſórum , per quem fecit & ſécula.

Hymnus.

UMBRA ſepultis lux óritur nova :
Mundo ſtupenti ſe ſimul éxhibent
Infans Creátor , Virgo Mater ,
Séque minor Deus ipſe factus.

NUMEN ſuprémum de Patre Númine ,
E Matre prodit paſsíbilis Deus ;
De fonte Lucis , Lux perennis ,
Carne ſuos rádios obumbrat.

COMPRESSA ſtrictis bráchia fáſciis
Libráta mundi póndera ſúſtinent :
Lactante nutrítur parente
Cœlícolûm cibus ipſe jugis.

HOMO ſuperbus corrúerat miſer ;
Se deprimendo nos Deus érigit :
Fit Numen infans noſtrâ formâ ;
Jámque Deum licet æmulári.

ERGO per orbem Rex novus imperet ,

Quondam timendus víndice déxterâ :
Inermis ardet nunc amári :
Corda tuis, Puer, ure flammis.
LAUS summa Patri, súmmaque Fílio ;
Sit, sancte, compar laus tibi, Spíritus :
O Numen infans, spes quiéta,
Víndice te, rédeat salútis.
Amen.

℣. Hic est Deus, Deus noster in æternum : ℟. Ipse reget nos in sécula. *Ps.* 47.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Ecce Deus noster iste : expectávimus eum, & salvábit nos. Iste Dóminus ; sustinúimus eum : exultábimus & lætábimur in salutári ejus : allelúia. *Is.* 25.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus ; ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetusta sérvitus tenet ; Per eumdem Dóminum.

Pro Commemoratione sancti Stephani.

Ant. Mittam ad illo Prophétas & Apóstolos & ex illis occídent & pe sequentur ; ut inquirat sanguis ómnium Proph tárum qui effúsus est constitutióne mundi generatióne ista. *Lu* 11.

℣. Propter te mortil cámur totâ die ; ℟. Æst máti sumus sicut oves o cisiónis. *Ps.* 43.

Oratio.

Da nobis, quæsumu Dómine, imitá quod cólimus, ut disc mus & inimícos díliger quia ejus natalítia cel brámus qui novit étia pro persecutóribus e oráre Dóminum nostru Jesum Christum Fíliu tuum ; Qui tecum.

AD COMPLETORIUM

Psalmi & Capitulum *Dominica.*

Ant. 2. D. Ego lux i mundum veni, ut omni qui credit in me, i ténebris non mánea *Joann.* 12.

Hymnus. Mundi salu qui násceris, *pag.* 246.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. a. Vidérun óculi mei Salutáre tuum Dómine. *Luc.* 2.

XVI. DEC.
Festo
STEPHANI,
-MARTYRIS.
III. Classis.
AUDES.
de Feria.
na, 8. *toni*. G.
plétus sum for-
ne Spíritûs Dó-
lício & virtúte;
iem Israel pec-
um. *Mich.* 3.
. *a*. Factus est
ómini in corde
asi ignis ex-
, clausúsque in
eis. *Jer.* 20.
. E. Zelo zelátus
Dómino Deo
m, & quærunt
meam, ut áufe-
. *III. Reg.* 19.
. f. Passus sum.
um. *Job*, 16.
tur falsíloquus
sùs fáciem me-
ntradícens mihi.
it furórem suum
* & commínans
nfrémuit contra
ibus suis.
meus terribíli-
lis me intúitus
peruérunt super
sua.
probrantes per-
maxillam me-
satiáti sunt pœ-
.
sit me Deus apud
iníquum, * & mánibus impiórum me trádidit.

Ténuit cervícem meam: * confrégit me, & pósuit me sibi quasi in signum.

Circúmdedit me, * convulnerávit lumbos meos.

Non pepercit, * & effúdit in terra víscera mea.

Concídit me vúlnere super vulnus; * írruit in me quasi gigas.

Hæc passus sum absque iniquitáte manûs meæ; * cùm habérem mundas ad Deum preces.

Ant. Passus sum absque iniquitáte manûs meæ; cùm habérem mundas ad Deum preces. *Job*, 16.

Ant. 6. F. Glorificátus sum in óculis Dómini, & Deus meus factus est fortitúdo mea. *Isai.* 49.

Capitulum. Apoc. 2.

Hæc dicit primus & novíssimus: Blasphemáris ab his qui se dicunt Judæos esse, & non sunt; sed sunt synagóga sátanæ. Nihil horum tímeas quæ passúrus es.

Hymnus.

Quid, obstináta péctora,
Verbo Dei resístitis?
Qui vos Deo plenus docet,
Hunc destinátis fúneri.

Omnes in unum sæviunt,
Saxis gravant truces manus:
Hunc párticeps Saulus necis
Per ómnium dextras petit.

Quid hoc? repentè pánditur
Stelláta cœli régia:
Ad déxteram Patris videt
Sublímè stantem Fílium.

Non déseris, dux, mílitem
Quem, Christe, spectans róboras:
Stas árbiter certáminis,
Futúrus ipse præmium.

Deo mori sub júdice
Pugnantis est victória:
Dum grando saxórum pluit,
Nil sentit affixus polo.

Mens nempè largo vívidæ
Torrente lucis ébria,
Nil córporis memor sui,
Jam se beátis ínserit.

Servire mensis paúperum
Id múneris quondam tui:
Convíva nunc dignus Deo,
Mensis supernis ássides.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Accípere ánima meam consiliáti sunt
℟. Ego autem in te sp rávi, Dómine. *Ps.* 30

Ad Bened. *Ant.* 7. Exclamantes voce mag continuérunt aures sua & ímpetum fecérunt un nímiter in Stéphanum &, ejicientes eum ext civitátem, lapidában *Act.* 7.

Oratio.

Da nobis, quæsumu Dómine, imitá quod cólimus: ut disc mus & inimícos dilig re; quia ejus natalit celebrámus, qui nov étiam pro persecutórib exoráre Dóminum n strum Jesum Christu Fílium tuum; Qui tecu

Deindè fit Commem ratio Octav. Nativitat Domini, ut sequitur.

Ant. Visitávit Dómi nus, & fecit redempti nem plebis suæ; sic locútus est per os San ctórum qui à sæculo su Prophetárum ejus. *Luc.*

℣. In humilitáte nost memor fuit nostri; ℟. redémit nos ab inimíc nostris. *Ps.* 135.

Oratio. Concéde. *suprà pag.* 224.

HORAS.
Hymnorum ,
, Qui natus es
e, &c.
de Feria.
RIMAM.
G. Ego.
r. ℣. Qui na-
Maria Virgine.

ERTIAM.
a. Factus est.
m. Jerem. 6.
circumcisæ au-
um , & audire
nt : ecce ver-
ini factum est
próbrium ; &
ient illud. Id-
e Dómini ple-
laborávi súf-

ustítiam tuam ,
non abscondi
eo : *Allelúia,
℣. Veritátem
Salutáre tuum
Allelúia , alle-
a. ℟. Justítiam.

prævaricantes,
eam ; ℟. Quia
ua non custo-
Ps. 118.
EXTAM.
E. Zelo zelátus

m. Ezech. 3.
minis , ut ada-
n , & ut síli-

cem dedi fáciem tuam , ne tímeas eos , neque métuas à fácie eórum.

℟. br. Iníqui insurrexérunt super me, * Allelúia, allelúia. ℣. Et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam. * Allelúia , allelúia. Glória Patri. ℟. Iníqui. Ps. 85.

℣. Sedérunt Príncipes, & adversùm me loquebantur : ℟. Servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis. Ps. 118.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Glorificátus sum.

Capitulum, Is. 50.

Dóminus Deus auxiliátor meus , ídeò non sum confúsus : ídeò pósui fáciem meam ut petram duríssimam , & scio quóniam non confundar : juxtà est qui justíficat me.

℟. br. Ecce Deus ádjuvat me, * Allelúia , allelúia. ℣. Et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Ecce. Ps. 53.

℣. Dóminus à dextris est mihi, ne commóvear : ℟. Propter hoc lætátum est cor meum. Ps. 15.

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi , ut ad II. Vesperas de

Nativitate Domini, pag. 223.

Capitulum, Job. 16.

Passus sum absque iniquitáte manûs meæ, cùm habérem mundas ad Deum preces.

Hymnus.

Miris probat sese modis
Suos in hostes cáritas:
Et blándiens, & íncrepans,
Amíca semper cáritas.

Dum saxa corpus ópprimunt,
Ad astra mens attóllitur:
O Christe, dixit, súscipe
Quem pono pro te spíritum.

Qui stans perorábat sibi;
Cadens & expírans humi,
Linguâ diserti sánguinis
Suis perórat hóstibus.

Audivit è cœlo Deus
Supréma verba Mártyris:
Dux Saulus & testis necis,
Necis fit ipse præmium.

Tum blanda mors amábili
Sopóre clausit lúmina:
Ad lucis æternæ jubar,
Exútus artus, évolat.

Quid non, Deus, si réspicis,
Humána possunt péctora?
Cujus triumphum pángimus,
Fac nos & exemplum sequi.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sǽcula.
Amen.

℣. Posuérunt adversùm me mala pro bonis, ℟. Et ódium pro dilectióne mea. *Ps.* 108.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Pósitis génibus, clamávit voce magnâ Stéphanus, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et, cùm hoc dixisset, obdormívit in Dómino. *Act.* 7.

Oratio, Da nobis, *ut suprà ad Laudes, p.* 226.

Pro Commemoratione S. Joann. Apost. & Evang.

Ant. Qui díligit cordis mundítiam, propter grátiam labiórum suórum habébit amícum Regem. *Prov.* 22.

℣. Innocens mánibus & mundo corde, ℟. Accípiet benedictiónem à Dómino. *Ps.* 23.

Orat. infrà ad Laudes.

Deindè fit Commemoratio Octavæ Nativitatis, per Antiphon. Ecce Deus. ℣. Hic est Deus. *Oratio.* Concéde. *p.* 224.

AD

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Reliqua ut in die Nativitatis pag. 224. & sic usque ad Circumcisionem inclusivè.

DIE XXVII. DEC.

In Festo

SANCTI JOANNIS, Apostoli & Evangelistæ.

Duplex iij. Classis.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 4. toni. A.

Quæ oportet fieri citò, significávit Deus, mittens per Angelum suum servo suo Joanni. *Apoc.* 1.

Ant. 8. g. Testimónium perhíbuit verbo Dei, & testimónium Jesu Christi; quæcumque vidit. *Apoc.* 1.

Ant. 3. a. Spíritu magno vidit última; usque in sempiternum ostendit futúra & abscóndita. *Eccli.* 48.

Ant. 2. D. Scient.

Cantic. Apoc. 3.

Scient quia ego dilexi te; * quóniam servasti verbum patiéntiæ meæ:

Et ego servábo te * ab hora tentatiónis,

Quæ ventúra est in orbem universum * tentáre habitantes in terra.

Ecce vénio citò: tene quod habes, * ut nemo accípiat corónam tuam.

Si quis audíerit vocem meam, * & aperúerit mihi jánuam;

Intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, * & ipse mecum.

Ant. Scient quia ego dilexi te, quóniam servasti verbum patiéntiæ meæ. *Apoc.* 3.

Ant. 7. a. Beátus qui legit & audit verba prophetíæ hujus; & servat ea quæ in eà scripta sunt: tempus enim propè est. *Apoc.* 1.

Capitulum. Isai. 45.

Dabo tibi thesauros abscónditos & arcána secretórum; ut scias quia ego Dóminus.

Hymnus.

O DILECTE Deo, lúmine spléndidum
Cui Numen própiùs se dedit áspici:
Tu secréta Dei, mentis & íntimæ
Rimáris penetrália.
CEU pennis áquilæ, raptus in æthera
Cœlum mente petis, sídera tránsvolas:
Nil obstant rútili fúlgura lúminis,
Nudo Númine pásceris.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Quem diligébat Jesus, qui & recúbuit in cœna super pectus ejus; hic est Discípulus ille qui scripsit hæc: & scimus quia verum est testimónium ejus. *Joann.* 21.

Orat. suprà ad Laudes.

[*Si sit Sabbatum, post Orationem diei, fit Commemoratio Dominicæ intra Octavam Nativit. Domini per Ant.* Ecce nos. ℣. Quid. *Orat.* Omnípotens, *pag.* 235. *Neque alia fit commem. Nativitatis; & crastinâ die fit de Dominica intra Octavam, ut ordinatur infrà, post Festum SS. Innocentium, quod tunc transfertur in diem xxix.*]

Si non est Sabbatum, pro Comm. SS. Innocent.

Ant. Contemplámini, & vocáte lamentatríces: assúmant super nos lamentum: quia mors ingressa est domos nostras, dispérdere párvulos. *Jerem.* 9.

℣. Captábunt in ánimam Justi; ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps.* 93.

Oratio, Deus, cujus hodiernâ die, *pag.* 233.

Deindè Oct. Ant. Ecce Deus. ℣. Hic est Deus. *Oratio.* Concéde, *p.* 224.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria. Reliqua ut in die Nativitatis, pag. 224.

DIE XXVIII. DEC.

In Festo
SS. INNOCENTIUM.
Duplex.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 7. *toni*, c.

Cùm cogitárent justórum occídere infantes; uno liberáto, suscepta est à pópulo sánitas. *Sap.* 18.

Ant. 3. a. Púeri tui tanquam agni exultavérunt, magnificantes te, Dómine, qui liberasti illos. *Sap.* 19.

Ant. 2. D. Decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum; & victrícem manum tuam laudavérunt páriter. *Sap.* 10.

Ant. 1. G. Vox in Rama audíta est.

Canticum. Jerem. 31.

Hæc dicit Dóminus: Vox in excelso audíta est * lamentatiónis, luctûs & fletûs;

Rachel plorantis fílios suos, * & nolentis consolári super eis, quia non sunt.

Hæc dicit Dóminus: * Quiescat vox tua à plorátu,

Et óculi tui à lácrymis, * quia est merces óperi tuo, ait Dóminus.

Ant. Vox in Rama audíta est, plorátus & ululátus multus, Rachel plorans fílios suos, & nóluit consolári, quia non sunt.

Ant. 8. g. Lætítia sempitérna super caput eórum: gáudium & lætítiam obtinébunt. *Is.* 35.

Capitulum. Jerem. 31.

Convertam luctum eórum in gáudium, dicit Dóminus: & consolábor eos, & lætificábo à dolóre suo.

Hymnus.

Vos prima Christi víctima,
Hostis neci quos dévovet;
Aram sub ipsam símplices
Palmâ & corónis lúditis.

Molles in agnos ceu lupus,
Amens tyrannus írruit;
Et déstinat promíscuâ
In strage Christum tóllere.

Cunæ replentur sánguine;
Sed in Deum frustrà furit.
Unum petit tot mórtibus,
Mortes tot unus éffugit.

Sic stulta regis ímpii
Edícta quondàm fúgerat
Christi figúram præferens
Moses, redemptor cívium.

Matres, querélis párcite:
Quid rapta fletis pígnora?
Agnum salútis óbsidem
Denso sequuntur ágmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Salvávit eos Dóminus de manu odiéntium; ℟. Et redémit eos de manu inimíci. *Ps.* 105.

Ad Bened. *Ant.* 7. b. Nolíte timére, pusillus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. *Luc.* 12.

Oratio.

Deus, cujus hodiernâ die prægónium Innocentes Mártyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur; Per Dóminum.

Pro Commem. Octavæ Nativitatis. Ant. Visitávit. ℣. In humilitáte, *p.* 226. *Oratio.* Concéde, *p.* 224.

AD HORAS.

Psalmi de Feria.

AD PRIMAM.

Ant. 7. c. Cùm cogitárent.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Púeri tui.

Capitulum. Tit. 3.

Non ex opéribus juſtítiæ quæ fécimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericórdiam Deus ſalvos nos fecit.

℟. *br.* Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt :* Allelúia, allelúia. ℣. De láqueo venántium. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Anima noſtra.

℣. Láqueus contrítus eſt, ℟. Et nos liberáti ſumus. *Pſ.* 123.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Decantavérunt.

Capitulum. II. Tim. 1.

Deus nos liberávit & vocávit vocatióne ſuâ ſanctâ, non ſecundùm ópera noſtra, ſed ſecundùm propóſitum ſuum & grátiam.

℟. *breve.* Humiliaſti nos, Deus, in loco afflictiónis: * Allelúia, allel. ℣. Et coopéruit nos umbra mortis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Humiliaſti nos. *Pſ.* 43.

℣. Tu, Dómine, ſervábis nos & cuſtódies nos, ℟. A generatióne *hac in æternum. Pſ.* 11.

AD NONAM.

Ant. 8. g. Lætítia.

Capitulum. Apoc. 22.

Sérvient Deo & Agno, & vidébunt fáciem ejus & nomen ejus in fróntibus eórum.

℟. *br.* Abſcondes eos, Dómine, in abſcóndito faciéi tuæ : * Allelúia, allel. ℣. A conturbatióne hóminum. * Allelúia, allelúia. Glória. * Abſcondes. *Pſ.* 30.

℣. Hæreditábunt terram, ℟. Et delectabuntur in multitúdine pacis. *Pſ.* 36.

AD II. VESPERAS.

Antiph. & Pſalmi II. Veſperar. Nativit. p. 223.

[*Si non ſit Sabbatum.*]

Capitulum. Dan. 3.

Sicut in holocauſto aríetum & taurórum, & ſicut in míllibus agnórum pínguium ; ſic fiat ſacrifícium noſtrum in conſpectu tuo, Dómine.

Hymnus de Laudibus. Vos prima, *pag.* 233.

℣. In æternum exultábunt, ℟. Et habitábis in eis. *Pſ.* 5.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Ecce quómodò computáti ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt! *Sap.* 5.

Orat. ſuprà ad Laudes.

Deindè (nisi fit Sabbatum) fit Commem. Nativitatis. Ant. Ecce Deus. Hic est Deus. *Oratio.* Concéde, *pag.* 224.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria. Cetera ut in die Natali Domini.

DOMINICA intra Octavam Nativitatis Domini.

Duplex.

[*Si Dominica intra Octavam Nativitatis Domini inciderit in diem S. Stephani, vel S. Joannis Evang. aut, si nulla fuerit Dominica intra Octavam, Officium Dominicæ ponetur die 30 Decembris ; & fiet ut ibi notatur.*

Si inciderit in diem 28, tunc, ad II. Vesperas S. Joannis, fiet Commemoratio de Dominica intra Octavam per Antiph. Ecce nos. ℣. Quid est. *Orat.* Omnípotens. *ut infrà ; sine alia Commemoratione Octavæ Nativitatis Domini ; & Festum SS. Innocentium transferetur in Feriam II.*

Si inciderit in diem 29, de ea fiet à Capitulo II. Vesper. SS. Innocentium cum eorumdem commemoratione.

Si verò inciderit in diem 30 vel 31, fiet ut sequitur.]

IN PRIMIS VESPERIS.

Psalmi & Antiph. II. Vesperar. Nativitatis, p. 223.

Capitulum. I. Joann. 4.

Quisquis conféssus fúerit quóniam Jesus est Fílius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.

Hymnus, Cessent gemitûm, *pag.* 218.

℣. Quid est homo, quòd memor es ejus? ℟. Aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum? *Ps.* 8.

Ad Magníf. *Ant.* 1. d. Ecce nos venímus ad te ; tu enim es Dóminus Deus noster : verè in Dómino Deo nostro salus Israel. *Jerem.* 3.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo ; ut in nómine dilecti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre ; Per eumdem Dóminum.

Non fit alia Commemoratio Octavæ.

Si dies est 30, fit Commemoratio S. Sylvestri Papæ & Martyris, ut infrà, die 30.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria : cetera ut suprà, pag. 224.

AD LAUDES.

Antiphonæ & Psalmi cum Cantico ut in die Nativit. Domini, p.220.

Capitulum. Galat. 4.

Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege; ut eos, qui sub lege erant, redímeret; ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus, A solis ortûs cárdine, *in Laudibus Nativitatis, pag. 221.*

℣. Jubiláte Deo, omnis terra; ℟. Date glóriam laudi ejus. *Ps. 65.*

Ad Bened. *Ant. 6. F.* In Christo inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter: & estis in illo repléti, qui est caput omnis principátûs & potestátis. *Coloss. 2.*

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo; ut, in nómine dilécti Fílii tui, mereámur bonis opéribus abundáre; Per eumdem.

Non fit alia Commem. nisi die 31. de S. Sylvestro, Papâ.

AD HORAS.

Omnia ut in die Nativitatis, pag. 222. excepto Canone ad Primam; qui dicitur juxta diem Mensis.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Orat. Omnípotens, *ut suprà.*

AD II. VESPERAS.

Antiph. & Psalmi II. Vesp. Nativ. pag. 223.

Capitulum. Ephes. 1.

Benedictus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi qui benedixit nos in omni benedictióne spirituáli in cœléstibus in Christo.

Hymnus, Umbrâ sepultis, *pag. 223.*

℣. Benedixisti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertisti captivitátem Jacob. *Ps. 84.*

Ad Magníf. *Ant. 8. g.* Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. *Luc. 2.*

Oratio suprà, ad Laud.

Nulla fit Commemor. nisi die 30. de S. Sylvestro.

AD COMPLET. ut in Die, pag. 224.

DIEBUS

Intra Octavam Nativitatis Domini.

Semiduplex.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria, cum Cantico de Die, sub unica Ant. sequenti:

L. Facta est cum
ultitúdo milí-
s laudántium
c dicéntium :
ltíssimis Deo ,
pax homínibus
intátis : alle-
a.
ymnum , ℣. In
nostra memor
, ℟. Et redé-
b inimícis no-
135.
ed. Ant. 4. A.
Dóminus , &
nptiónem ple-
icut locútus est
ctórum qui à
t Prophetárum
1.
oncéde , p. 224.
HORAS.
i de Feria.
ut in Die , ex-
none ad Pri-
dicitur juxta
sis.
ESPERAS.
& reliqua ut in

PLETORIUM.
de Feria. Cetera
.
XIX. DEC.
OCTAVA
ATIS DOMINI.
iduplex.

DIE XXX. DECEMB.

¶ [*Si Dominica intra Octavam inciderit in diem S. Stephani, aut S. Joannis, aut si nulla fuerit Dominica intra Octavam, tunc ejus Officium ponitur hâc die, & fit* Semiduplex. *Ad Laudes, Psalmi de Feria, cum Cantico de Die sub unica Antiphona* 7. *d.* Pacta est. *Reliqua de Officio ejusdem Dominicæ. Et non fit alia Commemorat. Octavæ neque ad Laudes neque ad Vesper. Ad Horas & ad Complet. Psalm. de Feria.*]

DE OCTAVA.

Semiduplex.

AD VESPERAS.

Fit Commemor. S. Sylvestri Papæ, Ant. Ipsum elégit, ℣. Elégit, *ut in Communi Pontificum, p.* xvij. *Oratio,* Da, quæsumus, *pag.* xix.

DIE XXXI. DEC.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

AD LAUDES.

Pro Commem. S. Sylvestri, Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas. *Oratio.* Da, quæsumus, *p.* xix.

VESPERÆ *de Festo sequenti.*

DIE I. JANUARII.

IN FESTO

CIRCUMCISIOI

DOMINI,

IMPOSITIONIS SS. NOMINIS JI

ET OCTAVA NATIVITATIS EJ

Duplex secunda Classis.

IN PRIMIS VESPERIS.

Ant. & *Ps.* *II. Vesp. Nativ. pag.* 223.

Capitulum. Hebr. 2.

Nusquàm Angelos apprehendit ; sed semen Abrahæ apprehendit ; undè débuit per ómnia frátribus similári, ut miséricors fieret & fidélis Póntifex ad Deum, ut repropitiáret delicta pópuli.

℞. Ingrédiens mundum dicit : * Hóstiam & oblatiónem noluisti ; corpus autem aptasti mihi : ℣. Ecce vénio ut fácerem, Deus, voluntátem tuam. * Hóstiam. Glória Patri. * Hóstiam. *Hebr.* 10. *Ps.* 39.

Hymnus.

CHRISTUS, ui
grémium r
Prímulo fletu, P
quit, adsum
Quas petis vinde
parátus
Sólvere pœna
NON placet fus
hostiárum :
Quod mihi aptas
ter, ecce coi
Agnus implébo 1
figúras
Verus inánes.
DIXIT ; & Patr
rátus iram,
Sústinet vulnus síl
entæ :
Hunc cruor stilla
hæ probávit
Esse nepótem.

ritus súbiit
os,
ras reparáre

ro, próprio
n
placat.
úsi prétium
,
nen Súperis
m;
ellus pavet;
l omnis
orcus.
laus Patri;
ua Nato,
ndum rédi-
óre:
ɔrum, tibi
r omne,
evum.

esses sacrifí-
em útiquè:
is non dele-
50.
at. *Ant.* 3. E.
e quóniam
legem aut
on veni sól-
adimplére.

ad Laudes.
ommemora-
Laudes.
TORIUM.
eria. Cetera
vit. p. 224.
U D E S.
Dominica.

Antiphona, 1. *toni.* f.

Christus Jesus venit in hunc mundum peccatóres salvos fácere. *I. Tim.* 1.

Ant. 5. a. Omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus omnes qui credunt in eum. *Act.* 10.

Ant. 3. a. Nomen ejus, Admirábilis, Consiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri séculi, Princeps pacis. *Isai.* 9.

Ant. 8. c. Qui ambulávit.

Canticum. Isai. 12.

Ecce Deus salvátor meus: * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gaúdio de fóntibus Salvatóris: & dicétis in die illa; * Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * mementóte quóniam excelsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit: * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion : * quia magnus in médio tuî Sanctus Israel.

Ant. Qui ambulávit in ténebris, & non est lumen ei, speret in nómine Dómini, & innitátur super Deum suum. *Isai.* 50.

Ant. 7. a. Non derelinquet Dóminus pópulum suum, propter nomen suum magnum. *I. Reg.* 12.

Capitulum. Coloss. 3.

Omne quodcumque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agentes Deo & Patri per ipsum.

Hymnus.

Felix dies quam próprio
Jesus cruóre cónsecrat!
Felix dies quâ géstiit
Opus salútis ággredi!

Vix natus, ecce lácteum
Profundit infans sánguinem :
Libámen est hoc fúneris,
Amóris hoc prælúdium.

Ingressus orbem ; jam Patris
Mandáta promptus éxequi,
Statum præóccupat diem,
Et, quâ potest, fit víctima.

Amore se facit reum,
Pœnásque solvit innocens.
Sub lege factus Légifer,
A lege nos ut éximat.

Quo Christus ictu læditur,
Lex abrogáta cóncidit;
Et subrogátur sánctior
Mansúra semper cáritas.

Tu, Christe, quod non est tuum,
Nostro recíde péctore :
Inscríbe nomen, íntimis
Inscríbe legem córdibus.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Ipse rédimet Israe
℟. Ex ómnibus iniqui tibus ejus. *Ps.* 129.

Ad Bened. *Ant.* 5. Credátis quia Jesus Christus Fílius Dei, credentes vitam ha tis in nómine ejus. *Jo* 20.

Oratio.

Deus qui, pro homo factus diernâ die circum & Nomen Jesu a voluisti ; concéde tius, ut, carnis tiantes opéribus, æternæ præmium

voc

- sancti tui
sequámur ;

D R. A. S.
Dominica.
I M A M.
E. Christus

R
Qui natus
a... Vírgine.

T I A M.
Omnes Pro-

Ephes. 1.
it nos Deus
to Fílio suo,
mus redem-
sánguinem
onem pecca-
ndùm diví-
us, quæ su-
: in nobis.
olis ortu us-
lum : * Al-
lia. ℣. Lau-
n Dómini. *
lelúia. Gló-
A solis ortu.

bimur tibi,
Confitébimur
mus nomen
4.
X T A M.
Nomen ejus.
II. Tim. 2.
Dóminus qui
.... Discé-
litáte omnis
is. U *

qui nóminat nomen Dómini.

℟. *br.* Afferte Dómino glóriam & honórem: * Allelúia, allelúia. ℣. Afferte Dómino glóriam nómini ejus. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Afferte. *Ps.* 28.

℣. Confiteámur nómini sancto tuo, ℟. Et gloriémur in laude tua. *Ps.* 105.

A D N O N A M.

Ant. 7. a. Non derelinquet.

Capitulum. Tob. 3.

Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrórum : qui, cùm irátus fúeris, misericórdiam fácies; & in témpore tribulatiónis, peccáta dimittis his qui invocant te.

℟. *br.* Sperent in te, Dómine, qui novérunt nomen tuum : * Allelúia, allelúia. ℣. Quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Sperent. *Ps.* 9.

℣. Propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos ; ℟. Et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum. *Ps.* 78.

[redacted]

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi de II. Vesperis Nativit. pag. 223.

Capitulum. I. Joann 5.

Vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio ejus est.

Hymnus, Christus, *ut in I. Vesp. p.* 238.

℣. Protector noster, áspice, Deus; ℟. Et réspice in fáciem Christi tui. *Ps.* 83.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Advocátum habémus apud Patrem, Jesum Christum justum: & ipse est propitiátio pro peccátis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed étiam pro totíus mundi. *I. Joann.* 2.

Oratio, Deus, qui pro nobis, *suprà ad Laudes.*

[*Si sit Sabbatum, fit Commem. Dominicæ inter Circumcision. & Epiph. per Ant.* Ecce Dóminus. *p.* 248. ℣. Vidérunt, *p.* 243. *Oratio*, Deus, qui in Unigénito, *p.*248.]

Commem. S. Basilii, Episc. & Doct. Ant. Sápiens. ℣. Beátus, *p.* xxij. *Orat.* Excita, *p.* xxiv.

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut in die Natalis Domini, p. 224.

SABBATIS

A Circumcisione ad Præsentationem.

(*Nisi priùs occurrat Septuagesima.*)

AD VESPERAS.

Ant. & Pss. de Psalt. nisi aliter notetur.

Capitulum. Isai. 48.

In voce exultatiónis annuntiáte: audítum fácite hoc, & efferte illud ad extréma terræ: Redémit Dóminus servum suum Jacob.

Hymnus.

Verbum, quod ante sécula
Sinu paterno náſceris,
Recèns homo sub témpore
E Vírginis prodis sinu.

Fatale rumpis vínculum
Quo nos Adámus néxuit:
Reddes quod ille pérdidit;
Spes illa tecum náſcitur.

Jam dura discis pérpeti
Quæ ferre par sontes fuit:
Orbis salúti, flétibus
Prælúdis in cunis Puer.

Fis pauper, indigéntiâ
Et nos tuâ ditéſcimus:
Luges, tuis & lácrymis
Totum lavas mundi scelus.

Pannis opertus vílibus,
Lates recumbens in specu:

...s ! & Deum
...us non déde-

...℞ missus ,

...mundi salus,
...ne sinas ,
...is labóribus.
...s de Vírgine,
... glória ,
...& almo Spí-

...a sécula.

...t omnes tér-
...℣. Salutáre
...Ps. 97.
...ficat , *Ant.* &
...*à in quolibet*

...*nemorationes*
...*fit Commem.*
...*per Ant.* Beá-
...℣. Benedixi-
... *Orat.* Beáta
...g. 244.
...PLET. *Pss.*
...*abb. Reliqua*
...*icis.*
...N I C I S
...ione ad Præ-
...onem.
...*cc. Septuag.)*
...*lex.*
...U D E S.
..., 3. *toni. a.*
...enérunt , &
...nt Maríam &
...nfantem pó-
...sépio. *Luc.* 2.
...2

Ant. 8. g. Videntes cognovérunt de verbo quod dictum erat illis de Púero hoc. *Luc.* 2.

Ant. 2. D. Omnes qui audiérunt , miráti sunt ; & de his quæ dicta erant à pastóribus ad ipsos. *Luc.* 2.

Super Canticum Ecce Deus , *de die Circumcisionis* , *pag.* 239.

Ant. 1. a. Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. *Luc.* 2.

Ant. 5. a. Puer crescébat, & confortabátur, plenus sapiéntiâ : & grátia Dei erat in illo. *Luc.* 2.

Capitulum. Judic. 13.

Erit puer Nazaræus Dei ab infántia sua , ex útero matris suæ usque ad diem mortis suæ.

Hymnus.

O TER beáta Názareth ,
Quæ Núminis sis hóspita :
Tuísque sub mapáliis
Celas Tonantis Fílium.

INFANTE de Deo refer
Secréta quanta nóveris :
Hùc , cœca gens mortálium ,
Tantis stupe miráculis.

SATUS Deo volens tegi,
Elégit obscúrum patrem :
Qui fecit æternas domos,
Domo latet sub paupere.

Cœlum manus quæ sústinent,
Fabríle contrectant opus:
Cui pronus orbis súbditur,
Se sponte fabro súbjicit.

Superbientes déprimit
Nostri tumóres péctoris,
Infantiúmque nos docet
Paráre cœlos índole.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Speciósus formâ præ fíliis hóminum: ℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *Ps.* 44.

Ad Benedict. *Ant. & Orat. infrà in qualibet Dominica.*

Deindè, post Commemorationes de Sanctis occurrentibus, A Die II. Januarii usque ad Præsentationem Domini, fit Commemor. de Virgine Deipara, per Ant. ℣. *& Orat. ut sequitur.*

[*Hæc autem Commemoratio quotidiè fit à die II. Januarii ad Præsentationem (etiam si Septuagesima intervenerit) exceptis Festo & Octavâ integrâ Epiphan. aliisve Octavis Patron. si occurrerint, necnon Festis Duplicib. III. Classis & supra, & Sabbatis in quibu[s] fit Officium de Beata.*]

Ant. Péperit María Fílium suum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinávit eum in præsépio. *Luc.* 2.

℣. Homo natus est in ea; ℟. Et ipse fundávi[t] eam Altíssimus. *Ps.* 86.

Oratio.

Beáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tu[i] Nativitátem & partum Maríæ Vírginis consecra[sti]: quæsumus, Dómine, ut ejusdem Dei genitrícis intercessióne, & in illo renasci, & tanti mystérii fructum júgiter in nobis conserváre mereámur: Per eumdem.

AD HORAS.

In fine Hymnorum Doxologia, Qui natus e[s] de Vírgine, &c. *ut suprà in Laudibus.*

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Pastóres venerunt.

Dicitur Symbolum Quicumque, *& in* ℟. *br.* ℣ Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

CANON legitur se[cundum] eandùm diem mensis.

ERTIAM.

g. Videntes.
1. I. Joann. 4.
spíritus, qui
itétur Jesum
in carne ve-
Deo est.
piphaniam, se-
cantatur cum
elúia. in fine;
Sextam & No-

cce cognóvi, *
Deus meus es.
o laudábo ver-
Quóniam Deus
Glória. ℟. Ecce
Ps. 55.
es ipse Rex meus
neus, ℟. Qui
salútes Jacob.

SEXTAM.
. D. Omnes.
um. I. Joann. 5.
quóniam Fílius
venit, & dedit
sum, ut cogno-
verum Deum,
in vero Fílio

Hic est Deus, *
ster in æternum:
reget nos: *
lória. ℟. Hic est
Ps. 47.
se Deus meus,
Salutáris meus.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Puer.
Capitulum. I. Joann. 5.

Deus testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

℟. br. Cantáte Dómino, * Et benedícite nómini ejus. ℣. Annuntiáte de die in diem salutáre ejus: * Et benedícite nómini ejus. Glória. ℟. Cantáte Dómino. Ps. 95.

℣. Exultábit cor meum in salutári tuo; ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. Ps. 12.

AD VESPERAS.

Antiphona, 5. toni C.

Venit Fílius hóminis quærere & salvum fácere quod períerat. Luc. 19.

Ant. 2. D. In própria venit, & sui eum non recepérunt. Joann. 1.

Ant. 1. a. Quotquot recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his qui credunt in nómine ejus. Joann. 1.

Ant. 7. d. Non confúnditur fratres eos vocáre, dicens: Narrábo nomen tuum frátribus meis. Hebr. 2.

Ant. 8. c. Partícipes Christi effécti sumus: si tamen inítium substántiæ

ejus usque ad finem firmum retineámus. *Hebr.* 3.

Capitulum. Act. 10.

Verbum misit Deus fíliis Israel, annúntians pacem per Jesum Christum: hic est ómnium Dóminus.

Hymnus.

INFANS Deus, qui gáudia
Pacis perennis núntias:
Te quanta monstrat óptimum
Mundo parentem cáritas!

MANENS Deus, sis párvulus,
Nobis ut angustam teras
Cœli viam quâ prævium
Te subsequámur párvuli.

OBTUSA sacris vátibus,
Judæa gens te réspuit:
Nobis at alma náſceris,
Orbi docendo, Véritas.

FIANT ab auro dívites,
Quos stultus error décipit.
Doctóre te sit dítior,
Qui vana mundi déspicit.

QUID nos ináni décipit
Fulgóre pompa dívitum?
Dum sponte, Jesu, sis inops,
Opes quis amens æstimet?

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempíterna sæcula.
Amen.

℣. Tu es, Deus, salvátor meus; ℟. Et te sustínui totâ die. *Ps.* 24.

Ad Magníficat, *Ant. & Oratio, infrà in qualibet Dominica.*

Deindè, post Commem. occurr. fit Comm. de Virgine Deipara, ut dictum est in Laudibus, per Ant. ℣. & Orat. sequent.

Ant. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ suxisti. *Luc.* 11.

℣. Benedixisti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertisti captivitátem Jacob. *Ps.* 84.

Orat. Beáta témpora, *ut suprà, pag.* 244.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

MUNDI salus qui náſceris,
Jesu puer, nos réspice.
Tu vita nostra per dien
Sis tuta per noctem qui

CANDOR paterni lúr nis,
Seréna sis lux méntiur
Matris recumbens in f
Nostris quiesce córdi

ENIXA quæ V Deum,
Alísque mater úbere
Amóre quo tu dílig
Fac diligámus Filii

QUI natus es c gine,
Jesu, tibi sit glór

m Patre & almo Spíritu,
sempiterna sécula.
Amen.
Cætera ut in Psalterio.

IN FERIIS
Circumcisione ad Præsentationem.
isi priùs occ. Septuag.)

AD LAUDES.

Pss. & Ant. de Psalt.
Cantico. Ecce Deus, *p.* 239.
Capitul. Hymn. & ℣. suprà in Dominicis, 243.
Ad Bened. *Ant.* 6. F.
:diátor Dei & hómim, homo Christus Je, dedit semetipsum lemptiónem pro ómius. *I. Timoth.* 2.
Orat. Dominicæ præced.
Commemor. de Virg. eip. ut suprà, pag. 244.

AD HORAS.

Psal. & Ant. de Psalt.
Capitul. ℟℟℟. *brev. & ut suprà in Dominici, pag.* 244. *cum Orat. Dominicæ præced.*
CANON ad calcem.

AD VESPERAS.

Psal. & Ant. de Psalt.
pitul. Hymnus & ℣. suprà, in Dominicis, g. 246.
Ad Magníf. *Ant.* 8. G.
nnis qui credit quóım Jesus est Christus, ex Deo natus est. *I. Joann.* 5.
Orat. Dominicæ præced.
Commem. de Virg. Deip. ut suprà, pag. 246.
AD COMPLET. ut in Psalt.

¶ *Post Præsentat. vel, etiam ante Præsentation. si priùs occurrerit Septuagesima; omnia, tàm in Dominicis, quàm in Feriis, ut in Psalterio, præter Commem. de V. D. p.* 244.

DOMINICA
Inter Circumcisionem & Epiphaniam.
(Si quæ occurrerit.).
Duplex.

[*Si hæc Dominica inciderit in diem* 2. *vel* 4. *Januarii, fiet Officium de ea cum Commemoration. SS. occurrentium.*

Quòd si inciderit in diem 3. *fiet de Inventione & Elevatione S. Quintini cum Commemor. Dominicæ in utrisque Vesperis & Laudibus.*

Si verò venerit die 5. *in Vigilia Epiphaniæ, Officium fiet ut eo die notatur, infrà.*

Si nulla occurrat Dominic. omittetur hoc anno Offic. illius Dominicæ].

PRIDIE AD VESPERAS.

Ant. & Psal. de Psalt.
Capitul. Hymn. ℣. ut su-

...ómini in Jerúsalem, & ...non ambulábunt post pra-...vitátem cordis sui péssimi.

℟. br. Vacáte, & vi-dète, * Quóniam ego sum Deus : ℣. Exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra, * Quóniam ego sum Deus. Glória. ℟. Vacáte. Ps. 45.

℣. Confitébor tibi in pópulis, Dómine; ℟. Et psalmum dicam tibi in géntibus. Ps. 56.

DIE VI. JANUARII.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Duplex primæ Classis.

IN PRIMIS VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Antiphona 1. *toni.* 3.

Lauda, stérilis quæ non paris : decanta laudem, quæ non pariébas; quóniam multi fílii desertæ magìs quàm ejus quæ habet virum. *Isai.* 54.

Ant. 2. D. Diláta locum tentórii tui : ad déxteram enim & ad lævam penetrábis; & semen tuum gentes hæreditábit. *Isai.* 54.

Ant. 3. a. Dices in corde tuo : Quis génuit mihi istos? Istos quis enutrívit? & isti ubi erant? *Isai.* 49.

Ant. 4. E. Erunt reges nutrítii tui, & regínæ nutríces tuæ : vultu in te... ram demisso adorábu... te, & púlverem pedu... tuórum lingent. *Isai.*

Ant. 5. a. Vidébunt gentes Justum tuum ... eris coróna glória... manu Dómini, & ... déma regni in man... tui. *Isai.* 62.

Capitulum. Isai.

Ecce gentem qu... sciébas, voc... gentes quæ te nor... vérunt, ad te ... propter Dómini... tuum, & Sancti... quia glorificáv...

℟. Cívitas ... spléndidâ fulg... tiónes ex long...

nt, & múnera defe-
s adorábunt in te Dó-
m. ℣. Deus visitávit
re ex géntibus pópu-
nómini suo.* Natió-
Glória. *Repetitur* ℟.
as, *usque ad* ℣. Deus.
13. *Act.* 15.

Hymnus.

ATUM dicta patent: mortis in umbra
s sopíta, novo lúmine surgit:
qui pópulus fœderis exul,
c ad sancta venit fœdera consors.

'OBIS, ecce, Magi, stella refulget
ans æthéreas ígnibus auras:
festìm mónitis ite vocáti,
ctas Púeri quærere cunas.

URGUNT præcípites: prompta morári
as nescit: próperant sídere jussi:
ces, plácito múnere, totas
se primítiis dúcere gentes.

NEC spes ire citos írrita fallit
parvæ véniunt mœnia Bethlem:
c quem rénuit plebs sua regem

En, stellâ duce, gens éxtera noscit.

Cæcis ergò micat géntibus orta,
O Judæa, tuis, lux nova, damnis:
Sic germen spúrium, fœtus adulter,
Natívæ inséritur ramus olívæ.

NOSTRÆ sæpè, Deus, lux tua menti
Illuxit, nec adhùc súbdita cessit:
Tandem tolle moras, subde rebellem;
Accrescátque tuis victa triumphis.

TE festíva, Pater, cántica laudent,
Qui miro récreas lúmine gentes:
Æquális tibi sit glória, Fili;
Ambórum símilis laus sit Amóri.
Amen.

℣. Annuntiábunt cœli justítiam Dómini, ℟. Pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus. *Ps.* 21.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Surge, illumináre, Jerúsalem; quia venit lumen tuum: super te oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur; & ambulábunt gentes in lúmine tuo: allelúia. *Isai.* 60.

Oratio infrà, ad Laudes.

† *Hiemalis.* V

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Hymnus. Mundi salus, *pag.* 246.

Doxologia.

Qui te revélas géntibus,
Jesu, tibi, sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Et dicitur per Octavam ad omnes Horas, in fine Hymnorum ejusdem metri.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Antiphona, 1. g.

Vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ sacramenti hujus in géntibus, quod est Christus. *Coloss.* 1.

Ant. 2. D. Qui dixit de ténebris lucem splendéscere, ipse illuxit in córdibus nostris ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei. *II. Cor.* 4.

Ant. 3. a. Grátia quæ data est nobis in Christo Jesu ante témpora seculária, manifestáta est nunc per illuminatiónem Salvatóris nostri. *II. Tim.* 1.

Ant. 4. E. Ut osténderet.

Canticum. Isai. 49.

Laudáte, cœli, & exultа, terra; * jubiláte, montes, laudem.

Quia consolátus
minus pópulum su
& paúperum suór
serébitur.

Et dixit Sion:
quit me Dóminu
Dóminus oblítus

Numquid o
potest múlier ir
suum; * ut non
reátur fílio úteri

Et si illa oblíta
ego tamen non ob
tuî.

Ecce in mánib
descripsi te: * mu
ram óculis meis se

Venérunt structó
* destruentes te,
pantes à te exíbun

Leva in circúitu
tuos, & vide: *
isti congregáti su
nérunt tibi.

Vivo ego, dici
nus; * quia ómni
velut ornamento
ris, & circúmda
eos quasi sponsa.

Quia deserta tu
litúdines tuæ, &
ruínæ tuæ, *nunc
erunt præ habitan

Et longè fugab
qui absorbébant te

Adhùc dicent
ribus tuis fílii ste
tuæ: * Angustus e
locus; fac spátium
ut hábitem.

Et dices in corde tuo: *
uis génuit mihi istos?
Ego stérilis & non pá-
ens, transmigráta &
ptíva: * & istos quis
utrívit?
Ego destitúta & sola:*
isti ubi erant?
Ant. Ut osténderet di-
tias glóriæ suæ, vocávit
s non solùm ex Judæis,
d étiam ex géntibus.
om. 9.
Ant. 5. 2. Appáruit ut
ccáta nostra tólleret:
páruit ut dissolvat ópe-
diáboli. *I. Joann.* 3.
Capitulum. I. Petr. 2.
Vos genus eléctum,
regále sacerdótium,
ns sancta, pópulus ac-
uisitiónis; ut virtútes
nuntiétis ejus qui de
nebris vos vocávit in
lmirábile lumen suum.

Hymnus.

n mortis umbris, & sine
fœdere
entes relíctæ, vos Deus
ádvocat:
ellæ diserto nuntiátur
óquio data spes salútis.
Ad te, Redemptor, pás-
sibus æmulis,
quo reguntur, lúmine
pérciti,
agi propinquant, gen-
tiúmque
imítiæ tibi consecran-
tur.

Regem suprémum,
vértice súbdito,
Te confitentes, múnera
déferunt:
Tu fons bonórum, quot
receptis,
Christe, refers potióra
donis!
Hinc orta fulget lux
fídei sacræ:
Hinc casta rerum vota
perénnium
Spe nutriuntur, cari-
tásque
Nostra suo fovet igne
corda.
Fac, Christe, fines
orbis ad últimos
Gentes amandum te cé-
lebrent Deum,
Unâque linguâ te canen-
tes
Mente tibi famulentur
unâ.
Laus summa Patri,
súmmaque Fílio:
Sit, sancte, compar laus
tibi, Spíritus:
Per te fidéles qui creantur,
Da fídei prétium repor-
tent. Amen.

℣. Pátriæ géntium, af-
ferte Dómino glóriam &
honórem; ℟. Afferte
Dómino glóriam nómini
ejus. *Ps.* 95.
Ad Benedict. *Ant.* 6. F.
Visitávit nos Oriens ex
alto, illumináre his qui
in ténebris & in umbra

mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis: allelúia. *Luc.* 1.

Oratio.

Deus, qui hodiernâ die Unigénitum tuum géntibus stellâ duce, revelasti: concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplandam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia.

Qui te revélas géntibus,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula. Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Vóluit Deus.

In ℟. *br.* ℣. Qui te revélas géntibus.

CANON proprius habetur ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Qui dixit.

Capitulum. I. Paral. 16.

Famíliæ populórum, afferte Dómino glóriam & impérium: date Dómino glóriam nómini ejus: leváte sacrifícium, & veníte in conspectu ejus, & adoráte Dóminum in decóre sancto.

℟. *br.* Benedícite, gentes, Deum nostrum: * Allelúia, allelúia. ℣. Et audítam fácite vocem laudis ejus. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Benedícite. *Ps.* 65.

℣. In conspectu géntium revelávit justítiam suam; ℟. Recordátus est misericórdiæ suæ. *Ps.* 97.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Grátia.

Capitulum. I. Joann. 1.

Vita manifestáta est & vídimus & testámur: & annuntiámu vobis vitam æternan quæ erat apud Patrem & appáruit nobis.

℟. *br.* Benedictus qu venit in nómine Dómini: * Allelúia, allelúia ℣. Deus Dóminus, & illuxit nobis; * Allelúia allelúia. Glória. ℟. Benedictus. *Ps.* 117.

℣. Accédite ad eum & illuminámini; ℟. E fácies vestræ non confun dentur. *Ps.* 33.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Appáruit.

Capitulum. Isai. 49.

Dedi te in fœdus pó puli, ut suscitárc terram, & possidére hæreditátes dissipátas; u

díceres his qui vincti sunt: Exíte, & his qui in ténebris: Revelámini.

℟. br. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu: * Allelúia, allelúia. ℣. Póstula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam: * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 2.

℣. Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, ℟. Prósperè procéde, & regna. *Ps.* 44.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Dominica, excepto ultimo, cujus loco dicitur Laudáte Dóminum, omnes gentes, *p.* 164.

Antiphona, 1. G.

Mystérium quod abscónditum fuit à séculis & generatiónibus, nunc manifestátum est. *Coloss.* 1.

Ant. 2. D. Gentes quæ non sectabantur justítiam, apprehendérunt justítiam; justítiam autem quæ ex fide est. *Rom.* 9.

Ant. 3. a. In Christo Jesu, vos qui erátis longè, facti estis propè; ipse enim est pax nostra, qui fecit útraque unum. *Ephes.* 2.

Ant. 4. E. Non est distínctio Judæi & Græci; nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. *Rom.* 10.

Ant. 5. C. Salvátor noster Deus omnes hómines vult salvos fíeri, & ad agnitiónem veritátis veníre. *I. Tim.* 2.

Capitulum. Isai. 57.

Hæc dicit Excelsus & Sublímis, hábitans æternitátem: Creávi pacem ei qui longè est & qui propè, & sanávi eum.

Hymnus.

Prima victrícis fídei coróna,
O Magi! cœlo céleres vocante,
Sancta vos laudent, fideíque primos
Festa triumphos.

Quis dolor, cùm vos (velutì vagantem
Æquoris circùm vada cæca navem)
Occulens vultum dúbios viárum
Stella relíquit.

Sed fides vincit: Sólymis euntes
Sidus assurgens récreat: domóque
Insidet, Regem púerum revélans
Lúmine prono.

Dona dant sacro pretiósa sensu:
Thure dùm Numen celebrátur; auro

Rex ; homo , myrrhâ ;
meliόra donis
Péctora libant.
Ne , Sion, ultrà stérilis
vocáre :
Surget afflictæ tibi multa
proles :
Afflues natis : réfera parentis
Géntibus ulnas.
Separans olìm páries
solútus
Ambo nunc corpus cō-
eunt in unum :
Díssiti pridèm pόpuli revincit
Fœdera Christus.
Summa laus Patri , simul æqua Nato
Ad Fidem gentes hódiè
vocanti :
Omne , non impar , tibi
sit per ævum
Glόria , Flamen.
Amen.

℣. Pόpulus quem non cognόvi , servívit mihi ; ℟. In audítu auris obedívit mihi. *Ps.* 17.

Ad Magníf. *Ant.* 1. A. Manifestè magnum est pietátis sacramentum , quod manifestátum est in carne , prædicátum est géntibus , créditum est in mundo : allelúia. *I. Tim.* 3.

Orat. suprà ad Laudes.

Si sit Sabbatum , non fit Commemoratio Dominicæ intra O
Epiphaniæ.

AD COMPLETO

Psalmi de Do
reliqua ut herì.

¶ De Dominic
Octavam Epiphai
quamcumque diem
inciderit) fit Offi
notatur infrà.

Sabbato præced
Vesp. (nisi sit d
phaniæ) dicuntur
de Sabbato , sub
nis I. Vesperaru
Festi.

Capitulum. Da

Suscitábit Deu
regnum quod
num non dissipáb
regnum ejus álteri
non tradétur :
nuet autem , & co
universa regna h
ipsum stabit in æ

Hymn. Vatum,

℣. Sedes tua, D
séculum séculi : ℟
directiónis , virg
tui. *Ps.* 44.

Ad Magníf. *A*
Hæc dicit Dómin
bíliam thronum
ejus usque in s
num. Ego ero e
trem, & ipse erit
Fílium. *II. Reg.*

Orat. infrà, ad

Non fit Comm
Epiphania.

DOMINICA
intra Octavam
EPIPHANIÆ.
Duplex.

AD LAUDES.

Omnia ut in die Epiphaniæ, p. 254. exceptis quæ sequuntur.

Ad Benedict. *Ant.* 5. C. Descendit (Jesus) cum paréntibus, & venit Názareth: & erat súbditus illis. *Luc.* 2.

Oratio.

Vota, quæsumus, Dómine, supplicantis pópuli cœlesti pietáte proséquere; ut & quæ agenda sunt, vídeant, &, ad implenda quæ víderint, convaléscant; Per.

Non fit alia Commemoratio Epiphaniæ.

AD HORAS.

Omnia ut in die Epiphaniæ, p. 256. exceptâ Oratione cujus loco dicitur Oratio, Vota. *suprà.*

AD PRIMAM non dicitur Symbolum Quicumque.

AD VESPERAS.

(*Nisi hæc Dominica concurrat cum I. Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ.*)

Psalmi de Dominica, Antiphonæ, Capitulum, Hymnus, ℣. *de II. Vesp. diei Epiphaniæ, p.* 257. *& sequenti.*

Ad Magníf. *Ant.* 1. Jesus proficiébat sapiéntiâ, & ætáte, & grátiâ apud Deum & hómines. *Luc.* 2.

Orat. suprà, ad Laudes.

Non fit alia Commemoratio Epiphaniæ.

AD COMPLET. ut in Die, pag. 258.

DIEBUS
intra Octavam
EPIPHANIÆ.
Semiduplex.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD LAUDES.

Canticum, Laudáte, cœli, *p.* 254.

Antiph. sola Ut osténderet, *quæ est quarta de Laudibus Diei.*

Antiph. ad Bened. *infrà pro qualibet die. Oratio ut in Die.*

AD HORAS.

Omnia ut in Die, excepto Canone ad Primam, qui sumitur undè sumpta est Scriptura occurrens.

AD VESPERAS.

Antiphona prima de II. Vesperis Festi, p. 257.

Ant. ad Magníf. *ut infrà pro qualibet die.*

AD COMPLET. ut in Die, pag. 258.

Die VII. Januarii.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Ad Benedict.. *Ant.* 1. D. Parùm est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & fæces Israel convertendas: ecce dedi te in lucem géntium. *Is.* 49.

Fit Comm. S. Thillonis Monachi, Antiph. Mihi mundus. ℣. Cogitávi. *Orat.* Deus, qui nos ádmones. *pag.* xxxiv.

Ad Magníf. *Ant.* 1. a. Pósui te in lucem géntium, ut sis in salútem usque ad extrémum terræ. *Act.* 13.

Fit Commemoratio S. Luciani Presbyteri & Martyris, Ant. Qui vícerit. ℣. Justus. *in Communi unius Mart. p.* vij. *Oratio*, Majestátem. *ut infrà.*

Die VIII. Januarii.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. In die illa suscitábo tabernáculum David, quod cécidit; & reædificábo illud sicut in diébus antíquis, ut possídeant omnes natiónes. *Amos*, 9.

Fit Commem. S. Luciani, Ant. Bonum certámen. ℣. Cantábo. *p.* ix.

Oratio.

Majestátem tuam mine, súpplic precámur ut, sicut tiónem Unigéniti per beáti Mártyri Luciáni prædicatió populórum córdibu fudisti, ita & nos, i opitulántibus mériti dei stabilitáte firmé Per eumdem.

Ad Magníf. *Ant.* Erigam tabernáculu vid, ut requírant hóminum Dóminu omnes gentes super invocátum est n meum. *Act.* 15.

Pro Commem. S. ningi, Ant. Omnis. nómine. *ut in Con Justorum, pag.* x *Oratio*, Præsta, q mus, *p.* xxxix.

Die IX. Janua

DE OCTAV

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* Adorábunt vestígia dum tuórum omne detrahébant tibi. *Isa*

Pro Commem. S. ningi, Ant. Propter. justítia. *p.* xxxviij. *tio.* Præsta. *in Com Justorum*, *pag.* xxxi

Ad Magníf. *Ant.* Invéntus sum à non réntibus me: palàm

tui iis qui me non interrogábant. *Rom.* 10.

Commem. S. Pauli Eremitæ. Antiph. Habitábit. ℣. Pinguescent, *p.* xxxij. *Oratio.* Deus, qui nos ánnuâ, *pag.* xxxiv.

DIE X. JANUARII.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. f. Ait Dóminus: Applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, & erunt mihi in pópulum. *Zach.* 2.

Commemoratio S. Pauli. Ant. Mihi mundus. ℣. Cogitávi. *Orat.* Deus, qui nos ánnuâ, *pag.* xxxiv.

Ad Magníf. *Ant.* 4. d. Géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11.

DIE XI. JANUARII.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Ecce ego declinábo super Jerúsalem quasi flúvium pacis, & quasi torrentem inundantem glóriam géntium. *Isai.* 66.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Scriptum est: Confitĕbor tibi in géntibus, Dómine; & íterùm: Lætámini, gentes, cum plebe ejus. *Rom.* 15.

DIE XII. JANUARII.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

¶ [*Si sit Sabbatum, fiet Officium de Dominica intra Octavam, sub ritu Semiduplici, ut sequitur:*

AD LAUDES.

Psalmi de Sabbato cum Cantico de die Epiph. sub unica Antiph. Ut osténderet. *pag.* 255. *Capitul. Hymn.* ℣. *de die Epiph. Ad* Bened. *Ant.* Descendit. *Orat.* Vota. *p.* 259. *non fit alia Comm. Epiph.*

AD HORAS, *omnia ut in Die: Orat.* Vota.

VESPERÆ *de die Octav. ut infrà, sine Commem. Dominicæ.*]

Ad Benedict. *Ant.* 7. d. Jerúsalem, suges lac géntium, & mamillâ Regum lactáberis; & scies quia ego Dóminus salvans te. *Isai.* 60.

DIE XIII. JANUARII.

OCTAVA EPIPHANIÆ, & Baptismus Domini.

Duplex III. Classis.

Ps. de Feria in toto Offic.

IN I. VESPERIS.

Antiphona, 8. g.

Erit fons patens habitántibus Jerúsalem, in ablutiónem peccatóris. *Zach.* 13.

Ant. 2. D. Effundam

super vos aquam mundam, & mundabímini ab ómnibus inquinamentis vestris. *Ezech.* 36.

Ant. 3. a. Dabo vobis cor novum, & aúferam cor lapídeum de carne vestra, & dabo vobis cor cárneum: & Spíritum meum ponam in médio vestrî. *Ezech.* 36.

Ant. 4. E. Fáciam ut in præceptis meis ambulétis, & judícia mea custodiátis & operémini. *Ezech.* 36.

Ant. 5. a. Eritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum, & salvábo vos. *Ezech.* 36.

Capitulum. Joël. 3.

Erit Jerúsalem sancta, & alieni non transíbunt per eam ámpliùs: & erit in die illa: Stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte; & per omnes rivos Juda ibunt aquæ: & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torrentem spinárum.

Hymnus.

Clamantis ecce vox sonans
Deserta Judææ quatit:
Mox ad Joannem cónfluunt,
Quos críminum moles gravat.

En ipse permistus reis,
Accédit Agnus ínnocens
Agnus, suo qui sánguin[e]
Delébit orbis crímina.

Sub nube carnis [...] suum
Lucerna Solem détegit:
Lymphis nec audet tín[...]gere,
A quo lavári débuit.

Parere sed fas e[...] Deo,
Et quando sese déprimi[t]
Hunc omne virtútum g[...]nus
Implére nempè sic dece[...]

Agnosce, præcurso[r] tibi
Intùs revélat quem Deu[m]
Tu mergis undis córpor[a]
Hic corda mundat Sp[í]ritu.

Mundi scelus qui d[i]luis,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Sp[í]ritu,
In sempiterna sécula. Amen.

℣. Illuxérunt corusca[]tiónes tuæ orbi terræ
℟. Sémitæ tuæ in aqu[is] multis. *Ps.* 76.

Ad Magnif. *Ant.* 7. [...] Erit dies una, quæ no[ta] est Dómino, & exíbu[nt] aquæ vivæ de Jerúsalem & erit Dóminus Rex sup[er] omnem terram. *Zac[h.]* 14.

Orat. infrà, ad Laude[s.]

AD LAUDES.

Antiphona, 7. ç.
Nisi quis renátus fúerit ex aqua & Spíritu sancto, non potest introíre in regnum Dei. Joann. 3.

Ant. 6. F. Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spíritu, spíritus est: opor-tet vos nasci dénuò. Joann. 3.

Ant. 3. a. Novus homo secundùm Deum creátus est in justítia & sanctitáte veritátis. *Ephes.* 4.

Super Canticum, Laudáte, cœli, *pag.* 254.

Ant. 4. d. Quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victória quæ vincit mundùm, fides nostra. *I. Joann.* 5.

Ant. 5. a. Qui credíderit & baptizátus fúerit, salvus erit. *Marc.* 16.

Capitulum. Ephes. 5.

Christus diléxit Ecclésiam, & seipsum trádidit pro ea, ut illam sanctificáret, mundans lavácro aquæ in verbo vitæ, ut exhibéret ipse sibi gloriósam Ecclésiam, non habentem máculam aut rugam, aut áliquid hujúsmodi, sed ut sit sancta & immaculáta.

Hymnus.

Lavacra puri gúrgitis
Cœlestis Agnus áttigit:
Peccáta quæ non détulit,
Nos abluendo, sústulit.

Non ábluunt lymphæ Deum,
Sed ábluit lymphas Deus;
Carnísque contactu sacræ
Vim dat lavandi crímina.

Promissus ecce jam patet
Fons abluendis córdibus;
Res mira! tíngitur caro,
Mentísque labes tóllitur.

His tincta nam canálibus
Regis suprémi púrpura
Tinctos cruentat, &, nivis
Instar, dat esse cándidos.

Fœcunda sancto Spíritu
Virgo Deum nobis parit;
Fœcunda sancto Spíritu
Nunc unda nos parit Deo.

Mundi scelus qui díluis,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Lavábis me, Dómine: ℟. Et super nivem dealbábor. *Ps.* 50.

Ad Benedict. Ant. 7. G. Dedit potestátem fílios Dei fíeri his qui credunt in nómine ejus, qui non ex

sanguínibus, sed ex Deo nati sunt. *Joann.* 1.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit; præsta, quæsumus, ut, per eum quem símilem nobis foris agnóvimus, intùs reformári mereámur; Qui tecum.

AD HORAS.

Infine Hymn. Doxologia.

Mundi scelus qui díluis,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Nisi quis.

In ℟.*br.* ℣. Mundi scelus qui díluis.

CANON ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Quod natum est.

Capitulum. Coloss. 3.

Novus homo renovátur in agnitiónem secundùm imáginem ejus qui creávit illum; ubi non est Gentílis & Judæus, circumcísio & præpútium, bárbarus & Scytha, servus & liber; sed ómnia & in ómnibus Christus.

℟. *br.* Visitasti terram, & inebriasti eam: * Allel. allelúia. ℣. Multiplicasti locupletáre eam. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Visitasti.

℣. Flumen Dei replétum est aquis; ℟. Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus. *Ps.* 64.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Novus homo.

Capitulum. II. Petr. 1.

Per Christum Deus máxima & pretiósa nobis promissa donávit; ut per hæc efficiámini divinæ consortes natúræ, fugientes ejus quæ in mundo est, concupiscéntiæ corruptiónem.

℟. *br.* Beáta gens cujus est Dóminus Deus ejus; * Allelúia, allelúia. ℣. Pópulus quem elégit in hæreditátem sibi. * Allelúia, allel. Glória. ℟. Beáta gens. *Ps.* 32.

℣. Dómini est assúmptio nostra; ℟. Et Sancti Israel Regis nostri. *Ps.* 88.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Qui crediderit.

Capitulum. Hebr. 10.

Aspersi corda à consciéntia mala, & ablúti corpus aquâ mundâ, teneámus spei nostræ confessiónem indeclinábilem; fidélis enim est qui repromísit; & considerémus

mus invicem in provocatiónem caritátis & bonórum óperum.

℟. *br.* Cor mundum crea in me, Deus; * Allelúia, allel. ℣. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. * Allel. allelúia. Glória. ℟. Cor mundum.

℣. Amplius lava me ab iniquitáte mea, ℟. Et à peccáto meo munda me. *Ps.* 50.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. a.

Unus Dóminus, una fides, unum baptísma: unus Deus & Pater ómnium. *Ephes.* 4.

Ant. 2. D. Omnes fílii Dei estis per fidem quæ est in Christo Jesu. *Galat.* 3.

Ant. 3. c. Quicumque in Christo baptizáti estis, Christum induistis. *Gal.* 3.

Ant. 1. a. Non est Judæus neque Græcus: non est servus neque liber; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. *Gal.* 3.

Ant. 8. g. Ablúti estis, sanctificáti estis, justificáti estis in nómine Dómini nostri Jesu Christi, & in Spíritu Dei nostri. *I. Cor.* 6.

Capitulum. Ephes. 1.

Deus, Dómini nostri Jesu Christi Pater glóriæ, det vobis spíritum sapiéntiæ & revelatiónis in agnitióne ejus; ut sciátis quæ sit spes vocatiónis ejus, & quæ divítiæ glóriæ hæreditátis ejus.

Hymnus.

Emergit undis, & Deo
Fundit preces Homo Deus:
Patet polórum Régia;
Adest repentè Spíritus.

Instar columbæ, vértici
Illapsus ínsidet sacro:
Summi Patris vox pérsonat:
Diléctus hic est Fílius.

Christi dicáta córpore
Sic quem lavácra cónsecrant,
Hic náscitur proles Dei;
Cœlum precanti pánditur.

Castis fit ac innóxiis
Columba símplex móribus:
Divínus hanc intùs regit,
Agit fovétque Spíritus.

O Christe, fac ut nos, tuis
Quos abluisti fóntibus,
Tuo cruóre cándidos
Jam nulla labes ínquinet.

Mundi scelus qui dí-
luis,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spí-
ritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Dóminus pars hæreditátis meæ; ℟. Tu es qui restítues hæreditátem meam mihi. *Ps.* 15.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Spíritum sanctum effúdit in nos Deus abundè per Jesum Christum salvatórem nostrum; ut, justificáti grátiâ ipsíus, hærédes simus secundùm spem vitæ æternæ. *Tit.* 3.

Orat. suprà, ad Laudes.

Deindè (si non sit Sabbatum) fit Commemoratio S. Hilarii Episc. & Doct. Antiph. Sápiens. ℣. Beátus, *ut in Communi Doct. pag.* xxij.

Oratio.

Prosit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii festíva solémnitas; ut, sicut consubstantiális tibi Verbi fidem per universas Gállias servávit illæsam, ita nos, ejus intercessióne, in eádem fide immóbiles permanére valeámus; Per eumdem.

Posteà S. Felicis, Presbyteri, Antiph. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébo[r] eum coram Patre [meo qui] in cœlis est. *Ma[tth.]*

℣. Dóminus [ad]jútor; ℟. Non [timebo] quid fáciat mih[i] [homo.] *Ps.* 117.

Oratio.

Excita in Eccl[esia tua,] Dómine, C[l]... spíritum pau[p]... quem sanctus [...] Felix, tui nómi[nis con]fessor, religiósè [...] ut, ejus interc[essione et] méritis, promi[ssa ...] péribus præmia [...] consequámur; [...]

¶ *Ab Octava [Epipha]niæ ad Præse[ntationem] Domini inclusiv[e ...] Septuagésima int[erveniat,] in fine Hymno[rum eo]dem metri dicitu[r Doxo]logia:*

Qui natus es [de Vir]
gine,
Jesu, tibi sit gl[ória,]
Cum Patre & [almo Spí]
ritu,
In sempiterna s[écula.]
Amen.

Ad Laudes

fit Commem. de [...] ut notatur in Pr[oprio] prâ, pag. 244.

Ad Prim[am]

℟. *brev.* ℣. [...]tus es de María [Vírgine.] *Matth.* 1.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus, Mundi salus, pag. 246.]

¶ *Post Octavam Epiphaniæ, quando fiet de Feria, fit Officium ut notatur, pag. 247. & sic in illis Feriis sequentib. ante Præsentationem, non interveniente Septuagesimâ.*

Oratio.

Vota, quæsumus, Dómine, supplicantis pópuli cœlesti pietáte proséquere; ut & quæ ágenda sunt, vídeant, & ad implenda quæ víderint, convaléscant; Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur per Hebdomad. ad omnes Horas.

SABBATO

Ante Dominicam II. post Epiphaniam.

¶ *Hodiè & aliis Sabbatis, usque ad Quadragesimam, fit de B.M.V. nisi occurrat Festum semidupl. ut suprà, vel nisi fieri debeat de Feria, propter Officium alicujus Dominicæ eo die ponendum.*

Quandò Septuagesima inciderit in Dominicam sequentem, tunc hodiè (si nullum occurrat Festum semiduplex aut suprà) fit de Feria, ut in Psalterio, præter Ant. ad Benedictus *quæ sumitur ex Dominica sequenti, sicut & Oratio quæ dicitur ad Laudes, Tertiam, Sextam & Nonam.*

Si autem occurrat Festum IX. Lectionum, fit de Festo; & fit Commemoratio Dominicæ sequentis in Laudibus tantùm per Ant. ad Benedictus. *℣. & Orationem ejusdem Dominicæ, ante Commem. de Virgine Deipara, nisi Festum sit duplex III. Class. aut suprà.*

Si occurrat Festum semiduplex, fiet pariter de Festo, & Commem. Dominicæ sequentis in Laudibus tantùm, ut suprà, ante Commemor. de Virg. Deip.

Et sic de qualibet alia Dominica, cujus Officium non poterit poni post Dominicam XXIV. à Pentecoste. [Post Præsent. non fit Commemoratio de Virgine Deipara.]

AD VESPERAS.

Septuagesimâ non occurrente ante Præsentationem, omnia ut in Sabbatis à Circumcisione ad Præsentationem, p. 242. exceptis quæ sequuntur.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Perfecti estóte, idem sápite, pacem habéte, &

Deus pacis & dilectiónis erit vobíscum. *II. Cor.* 13.

Orat. Omnípotens. *infrà.*

DOMINICA II.

post Epiphaniam.

Duplex.

Omnia ut in Dominicis à Circumcisione ad Præsentationem, pag. 243. *exceptis quæ sequuntur.*

Ad Benedict. *Ant.* 4. E. Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Jesu ibi: vocâtus est autem & Jesus, & discípuli ejus ad núptias. *Joann.* 2.

Oratio.

Omnípotens sempiterne Deus, qui cœléstia simul & terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui clementer exaudi; & pacèm tuam nostris concéde tempóribus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Fecit inítium signórum Jesus in Cana Galilææ, & manifestávit glóriam suam: & credidérunt in eum discípuli ejus. *Joann.* 2.

Orat. Omnípotens. *suprà.*

IN FERIIS.

Omnia ut in Feriis à Circumcisione ad Præsentationem, pag. 247.

SABB

Ante Domi

post Epip

Vesperæ in

Ad Magni

Non justifica

opéribus legi

fidem Jesu

nos in Christ

dimus, ut jus

fide Christi.

Orat. Omnip

DOMINI

post Epip.

Dup

Ad Benedi

Dómine, pue

in domo par

malè torquét

Jesus: Ego

curábo eum.

Orat

Omnípote

ne Deus

tem nostram

réspice; atq

tegendum n

ram tuæ m

tende; Per

Ad Magní

Dixit Jesus

Vade; &,

disti, fiat ti

tus est puer i

Matth. 8.

Orat. Omníp

SABB

Ante Domi

post Epip

Vesperæ,

Si autem incidat post Præsentat. ut in Psalterio; & sic deinceps.

Ad Magníf. *Ant.* 4. D. Cáritas vestra magis ac magis abundet in sciéntia & in omni sensu; ut probétis potióra, repléti fructu justítiæ per Jesum Christum. *Philipp.* 1.

Oratio Deus. *infrà.*

DOMINICA IV.
post Epiphaniam.
Duplex.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Surgens Jesus imperávit ventis & mari, & facta est tranquíllitas magna. *Matth.* 8.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis constitútos pro humána scis fragilitáte non posse subsístere: da nobis salútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvante, vincámus; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Hómines miráti sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obédiunt ei? *Matth.* 8.

Oratio Deus. *suprà.*

SABBATO.
Ante Dominicam V.
post Epiphaniam.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Fidélis sermo, & omni acceptióne dignus: Quòd Christus Jesus venit in hunc mundum peccatóres salvos fácere. *I. Tim.* 1.

Orat. Famíliam. *infrà.*

DOMINICA V.
post Epiphaniam.
Duplex.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Dómine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? undè ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. *Matth.* 13.

Oratio.

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, contínuâ pietáte custódi; ut quæ in sola spe grátiæ cœlestis innítitur, tuâ semper protectióne muniátur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Collígite primùm zizánia, & alligáte ea in fascículos ad comburendum; tríticum autem congregáte in hórreum meum. *Matth.* 13.

Orat. Famíliam. *suprà.*

SABBATO
Ante Dominicam VI.
post Epiphaniam.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Pacem sequímini cum ómnibus, & sanctimóniam, sine qua nemo vidébit Deum. *Hebr.* 12.

Orat. Præsta. *infrà.*

DOMINICA VI.
post Epiphaniam.
Duplex.

Ad Benedict. *Ant.* 7. *d.* Símile est regnum cœlórum grano sinápis, quod mínimum quidem est ómnibus semínibus; cùm autem créverit, majus est ómnibus oléribus. *Matth.* 13.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, semper rationabília meditantes, quæ tibi sunt plácita, & dictis exequámur & factis; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. a. Símile est regnum cœlórum fermento quod acceptum múlier abscondit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum. *Matth.* 13.

Oratio Præsta. *suprà.*

SABBATO
Ante Dominicam
Septuagesimæ.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Psalt. pag. 173. *exceptis quæ sequuntur.*

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Dóminus Deus noster fecit terram in fortitúdine sua: præparávit orbem in sapiéntia sua, & prudéntiâ suâ extendit c
allelúia. *Jerem.* 51

[*Et deinceps usq Sabbatum sanctum dicitur*, Allelúia; *si loco dicitur*, Laus Dómine, Rex a glóriæ, *initio o Horarum.*]

Orat. Preces. *in*

AD COMPLET. *I & Ant. de Sabb. ce in Dominicis.*

DOMINI
Septuagesimæ.
Duplex.

Omnia ut in Psa exceptis quæ sequ Et sic in omni de Tempore usque a riam IV. Cinerum.

Ad Benedict. *An* Nonne ex denário venisti mecum? quod tuum est, & An óculus tuus ne est, quia ego bonus *Matth.* 20.

Oratio.

Preces pópuli tui, sumus, Dómine menter exaudi: u justè pro peccátis stris afflígimur, p nóminis glória n córditer liberémur Dóminum.

Ad Magníf. *Ant* Erunt novíssimi p & primi novíssimi;

enim sunt vocáti, pauci verò electi. *Matth.* 20.

Orat. Preces. *suprà.*

IN FERIIS à Septuagesima ad Quadragesimam omnia ut in Psalterio.

SABBATO

Ante Dominicam Sexagesimæ.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Noë vir justus atque perfectus fuit in generatiónibus suis; cum Deo ambulávit. *Gen.* 6.

Orat. Deus. *infrà.*

DOMINICA

Sexagesimæ.

Duplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Qui supra petram, hi sunt qui, cùm audíerint, cum gaúdio suscípiunt verbum: & hi radíces non habent, quia ad tempus credunt, & in témpore tentatiónis recédunt. *Luc.* 8.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra actióne confídimus, concéde propítius, ut contra advérsa ómnia, grátiæ tuæ protectióne, muniámur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Semen quod in bonam terram cécidit, hi sunt qui in corde bono & óptimo audientes verbum rétinent, & fructum áfferunt in patiéntia. *Luc.* 8.

Orat. Deus. *suprà.*

SABBATO

Ante Dominicam Quinquagesimæ.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Abraham in tentatióne inventus est fidélis: ídeò jurejurando dedit illi Deus glóriam in gente sua. *Eccli.* 44.

Orat. Preces. *infrà.*

DOMINICA

Quinquagesimæ.

Duplex.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Assumpsit Jesus duódecim, & ait illis: Ecce ascéndimus Jerosólymam, & consummabuntur ómnia quæ scripta sunt per Prophétas de Fílio hóminis. *Luc.* 18.

Oratio.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exaudi: atque à peccatórum vínculis absolútos ab omni nos adversitáte custódi; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Fílius hóminis tradétur géntibus & illudétur, & flagellábitur & conspuétur: & postquàm flagelláverint, occídent eum: & tértiâ die resurget. *Luc.* 18.

Orat. Preces. *suprà.*

[*Si Festum S. Matthiæ venerit in Quadragesima, de eo fiet Officium Feriâ tertiâ hujus Hebdomadis per anticipationem.*]

IN FERIIS QUADRAGESIMÆ.

A Feriâ IV. Cinerum usque ad Dom. Passionis.

AD LAUDES.

Antiph. & Psalmi de Psalterio, secundùm Feriam.

Canticum. Baruch. 2.

Peccávimus, ímpiè égimus, iníquè géssimus, Dómine Deus noster, * in ómnibus justítiis tuis.

Avertátur ira tua à nobis: * exaudi, Dómine, preces nostras, & oratiónes nostras:

Ut sciat omnis terra, * quia tu es Dóminus Deus noster;

Et quia nomen tuum invocátum est super Israel, * & super genus ipsíus.

Réspice, Dómine, de domo sanctâ tuâ in nos, * & inclína aurem tuam, & exaudi nos.

Aperi óculos tuos, & vide, quia non mórtui qui sunt in inferno.... * dabunt honórem & justificatiónem Dómino.

Sed ánima quæ tristis est super magnitúdine mali, * & incedit curva & infirma,

Et óculi deficientes, & ánima esúriens * dat tibi glóriam & justítiam Dómino.

Capitulum. Is. 55.

Derelinquat ímpius viam suam, & vir iníquus cogitatiónes suas, & revertátur ad Dóminum, & miserébitur ejus; & ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscendum.

Hymnus.

PROFANA cessent gáudia,
Nos tempus ad luctum vocat.
Plorat sacerdos; flébili
Clamóre templa pérsonant.

LUGUBRIS at frustrà sonus,
Nec flectit iram Núminis;
Ni corde pulsus íntimo
Sensum dolóris índicet.

NIL fróntibus sparsus cinis,
Nil scissa vestis próderit;
Ni fracta scindantur simul
Summo dolóre péctora.

SI nos dolére fac, Deus,
Quos críminum moles gravat.

Ignósce genti quam suo
Christus redémit sángui-
ne.
¶ PRÆSTA, beáta
Trínitas,
Concéde, simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

¶ *Hæc Doxologia*, Præsta, beáta Trínitas, &c. *dicitur ad omnes Hymnos ejusdem metri per Quadragesimam usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis exclusivè, nisi aliter notetur.*

℣. Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; ℟. Quia in te sperávi. *Ps.* 142.

Ad Benedict. *Antiph. ut in qualibet Feria.*

Deindè Preces dicuntur flexis genibus, p. 178.

Oratio propria est cujuslibet Feriæ, post Antiph. ad Benedictus.

Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, fit hoc loco, statim post Orationem diei; sed nullæ fiunt Commemorationes communes, seu Suffragia de SS. per totam Quadragesimam.

Dictâ Oratione diei [*& Oratione Commemorationis si quæ sit*] *repetitur* Dóminus vobíscum, &c. Benedicámus, &c. *Tum, si aliud Offic. non sequatur, secretò dicuntur* Fidélium. Pater. *Deindè Antiphona de Beata, &c. Deniquè* Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Pss. de Feria; & sic ad alias Horas.

Ant. 7. b. Cur, Dómine, iráscitur furor tuus super pópulum tuum? Quiescat ira tua, & esto placábilis super nequítia pópuli tui. *Exod.* 32.

Capitulum. Isai. 33.

Dómine, miserére nostri; te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in mane, & salus nostra in témpore tribulatiónis.

℟. *breve.* Christe Filî Dei vivi, * Miserére nobis. ℣. Qui venisti peccatóres salvos fácere. * Miserére nobis. Glória. ℟. Christe. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *I. Tim.* 1.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43.

Deinde dicuntur Preces flexis genibus, pag. 182.

AD TERTIAM.

Ant. 8. g. Numquid irátus es nobis usque ad consummatiónem? Dómine Deus Israel, ecce co-

ram te sumus in delicto nostro. *I. Esdr.* 9.

Capitulum. Joel. 2.

Nunc dicit Dóminus: Convertímini ad me ex toto corde vestro, in jejúnio, & in fletu, & in planctu; & scíndite corda vestra, & non vestimenta vestra.

℟. *br.* Reminíscere * Miseratiónum tuárum, Dómine; ℣. Et misericordiárum tuárum quæ à século sunt. * Miseratiónum tuárum, Dómine. Glória. ℟. Reminíscere. *Ps.* 24.

℣. Oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, ℟. Donec misereátur nostrî. *Ps.* 122.

Deinde Preces, flexis genibus, pag. 186.

Oratio cujuslibet Feriæ propria est, post Ant. ad Benedict. eaque dicitur ad Sextam & Nonam.

AD SEXTAM.

Ant. 4. d. Humiliémus Deo ánimas nostras, ut fáciat nobiscum misericórdiam suam. *Judith,* 8.

Capitulum. Isai. 1.

Quiéscite ágere perversè, díscite benefácere, quærite judícium, dicit Dóminus: si fúerint peccáta vestra ut cóccinum, quasi nix dealbabuntur.

℟. *breve.* Miserér[e] nostrî, Dómine: * Mis[erére] nostrî. ℣. Quia mu[ltum] repléti sumus desp[ectió]ne. * Miserére. Gl[ória]. ℟. Miserére. *Ps.* 12[2].

℣. Multa flagella [pec]catóris: ℟. Spera[ntem] autem in Dómino m[iseri]córdia circúmdabit. [*Ps.*] 31.

Preces, flexis gen[ibus], pag. 186.

AD NONA[M].

Ant. 2. D. Avertá[tur] Dómine, ira tua à n[obis] exaudi preces nostr[as] oratiónes nostras. *B[aruch]*

Capitulum. Ezech.

Projícite à vobis o[mnes] prævaricatiónes [ve]stras, & fácite vobi[s cor] novum & spíritum [no]vum; quia nolo mo[rtem] moriéntis, dicit D[ómi]nus; revertímini, & [vi]vite.

℟. *breve.* Propter [gló]riam nóminis tui, * [Dó]mine, líbera nos; ℣. propítius esto pec[cátis] nostris propter no[men] tuum. * Dómine. Gl[ória]. ℟. Propter. *Ps.* 78.

℣. Sacrifícium Deo [spí]ritus contribulátus; Cor contrítum & h[umi]liátum, Deus, non [de]spícies. *Ps.* 50.

Preces flexis genib[us], pag. 186.

'ESPERAS.
i. *& Psalmi de*
secundùm Fe-

tm. Judith, 4.
quóniam exaú-
Dóminus preces
si manentes per-
's in jejúniis &
us in conspectu

ymnus.
, benigne Cón-
itor,
reces cum fléti-
s,
cro jejúnio
idragenário.
TATOR alme
rdium,
i scis vírium;
ersis éxhibe
is grátiam.
RUM quidem
ccávimus,
confiténtibus:
is laudem tui,
edélam língui-
:.
pus extrà cón-
i
abstinéntiam,
mens sóbria
rsùs críminum.
A, beáta Trí-
as,
implex Unitas,
sa sint tuis
n múnera
ten.

℣. Opérui in jejúnio ánimam meam: ℟. In multitúdine misericórdiæ tuæ exaudi me. *Ps.* 68.

Ad Magníficat, *Antiph. ut in qualibet Feria.*

Deinde dicuntur Preces, flexis genibus, p. 178.

Oratio ut infrà in qualibet Feria, post Antiphonam ad Magníficat.

Si facienda sit Commemoratio de aliquo Festo occurrente, fit hoc loco, statim post Orationem diei; sed non fiunt Commemorationes communes, seu Suffragia SS. per Quadragesimam.

Dicta Oratione diei [*& Oratione Commemorationis, si quæ sit,*] *repetitur* Dóminus vobíscum *&* Benedicámus Dómino, *&c. Tùm, si Completorium non subjungitur, secretò dicitur,* Fidélium ánimæ *&c. &* Pater.

AD COMPLETORIUM.

Antiph. & Psalmi de Psalterio secùndùm Feriam.

Hymnus.

FUNCTUM labóribus diem
Jam noctis éxcipit quies;
Somni gravat necéssitas;
Fac, Christe, castus sit sopor.

Et somnus & mors quàm brevi
Discriminantur límite!
Hic fortè somnus últimus
Nos sistet ante júdicem.

Ne nos repentínus dies
Incogitantes óccupet;
Seu nocte, seu die venis,
Te præstolémur júgiter.

Præsta, beáta Trínitas;
Concéde, simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Capitulum. I. Petr. 5.

Sóbrii estóte, & vigiláte, quia adversárius vester diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui resístite fortes in fide.

℟. *breve.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum: ℣. Redemísti me, Dómine, Deus veritátis. * Commendo spíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Ps.* 30.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16.

Ant. 3. c. Salva nos.

Canticum Simeon. Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secundùm verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilantes, custódi nos dormientes, ut vigilémus cum Christo, & requiescámus in pace.

Deinde Preces, flexis genibus, pag. 191.

Cetera ut in Psalterio.

FERIA QUARTA CINERUM,

In capite Jejunii.

Omnia ut suprà in Officio Feriárum Quadragesimæ, additis quæ sequuntur.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Numquid tale est jejúnium quod elégi, saccum & cínerem stérnere? nonne hoc est magis jejúnium quod elégi? dissolve colligatiónes impietátis. *Isai.* 58.

Oratio.

Præsta, Dómine, fidélibus tuis, ut jejuniórum veneranda solémnia, & cóngruâ pietáte suscípiant, & secúrâ devotióne percurrant; Per Dóminum nostrum.

Oratio quæ ponitur ad Laud.

audes, dicitur & ad Hoius usque ad Vesperas exusive, in omnibus Feriis uadragesimæ nisi aliter xetur.

¶ *Hodiè, & deinceps sque ad Pascha, tam in estis, quàm in Feriis, 'esperæ dicuntur ante coestionem; diebus verò Dominicis, dicuntur horâ nsuetâ.*

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. ùm jejunátis, nolíte ieri, sicut hypócritæ, ristes. *Matth.* 6.

Oratio.

Inclinantes se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus intende; ut, qui ancta jejúnia contríti uscípiunt, ad festa venúra cœléstibus læti perániant auxíliis; Per Dóminum.

ERIA QUINTA post Cineres.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. xtímuit David Dóminum, dicens: Quómodò ngrediétur ad me arca Dómini? & nóluit divértere eam ad se. *II. Reg.* 6.

Oratio.

Deus, qui jacentes érigis, & misericórliam humíliter postulánibus indulges; præsta ut qui se humiliando de ua pietáte confídunt, íntegram ánimæ sanitátem consequantur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Centúrio ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantùm dic verbo, & sanábitur puer meus. Dixit Jesus Centurióni: Vade, &, sicut credidisti, fiat tibi; & sanátus est puer. *Matth.* 8.

Oratio.

Adesto, Dómine, supplicatiónibus nostris; & concéde ut hoc solemne jejúnium, quod animábus corporibúsque curandis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus: Per Dóminum.

FERIA SEXTA post Cineres.

Ad Benedict. *Ant.* 1. f. Si esúrierit inimícus tuus, ciba illum: si sítierit, da ei aquam bíbere, & Dóminus reddet tibi. *Prov.* 25.

Oratio.

Deus, qui nos jubes, ipsos étiam inimícos diligendo, Patrem tuum imitári; da nobis perfectiónis grátiam, ut tibi obediámus, & à malis ómnibus eruámur; Qui vivis.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Dilígite inimícos vestros, benefácite his qui odérunt vos, & oráte pro persequéntibus & calumniántibus vos, ut sitis fílii Patris vestri, qui in cælis est. *Matth.* 5.

Oratio.

Inchoáta jejúnia, quæsumus, Dómine, benigno favóre proséquere, ut observántiam quam corporáliter exhibémus, méntibus étiam sincéris exercére valeámus; Per Dóminum.

SABBATO post Cineres.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Ut vidérunt discípuli Jesum ambulantem supra mare, conturbáti sunt: & statim locútus est cum eis, & dixit eis: Confídite; ego sum: nolíte timére. *Marc.* 6.

Oratio.

Tuére, Dómine, pópulum tuum inter hujus vitæ varietátes laborantem, & ab ómnibus peccátis clementer emunda; quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas; Per.

AD VESPERAS.

Duplex.

Antiphonæ & Psalmi de Sabbato.

Capitulum. Joel.

Convertímini ad minum Deum strum, quia benig misericors est, p & multæ misericór & præstábilis super lítia.

[IN CATH. *Post* ℟. Ecce nunc te acceptábile, ecce dies salútis: * In bus exhibeámus no ipsos sicut Dei mini in labóribus, in vig in jejúniis, in ca non ficta. ℣. Quia pi Dóminus est, poen mus, & indulgén ejus fusis lácrymis lémus, in spíritu h liáto servientes illi. ómnibus. Glória. ómnibus. *II. Corin Judith*, 8.]

Hymnus. Audi, gne Cónditor. ℣. rui, *p.* 275.

Ad Magníf. *Ant.* Locútus est Dóminu Móysen: Ego sum D nus Deus tuus fortis fáciens misericórdia míllia his qui díli me, & custódiunt cepta mea. *Exod.* 2

Orat. infrà, ad La

AD COMPLETORI

Antiph. & Psaln Sabbato. Hymnus

tum, *pag.* 275. *Reliqua ut in Dominica, pag.* 79.

[*In Cathedrali: In singulis Sabbatis Quadragesimæ usque ad Sabbatum sanctum exclusivè. Ad* Nunc dimittis. *loco Antiph.* Salva nos. *intonatur* 4. E. Dómine Deus. *Dicto* Nunc dimittis. *cantatur* ℟. *sequens :*

℟. Dómine Deus, miserére pópuli tui; ne despícias partem tuam, quam redemísti tibi, & convérte luctum nostrum in gaúdium : * Deus sancte, Deus fortis, Deus misericors, & clemens, ne projícias nos in témpore senectútis; cùm defécerit virtus nostra, ne derelinquas nos. ℣. Redemísti nos, Dómine, in sánguine tuo, ex omni tribu & linguâ & pópulo & natióne * Deus sancte. Glória * Deus sancte. *Esth.* 13. *Habac.* 1. *Exod.* 34. *Ps.* 70. *Apoc.* 5.

Tempore Passionis, non dicitur Glória Patri. *sed, cantatâ Reclamatione* * Deus sancte. *post* ℣. Redemísti. *resumitur* ℟. Dómine Deus. *usque ad* ℣. Redemísti. *Posteà dicitur*, Dóminus vobíscum. *Orat.* Vísita, &c.]

DOMINICA PRIMA Quadragesimæ.

Duplex.

AD LAUDES.

Antiphona, 6. F.

Fili, accédens ad servitútem Dei, sta in justítia & timóre, & præpara ánimam tuam ad tentatiónem. *Eccli.* 2.

Ant. 4. A. Nemo, cùm tentátur, dicat quóniam à Deo tentátur: Deus enim intentátor malórum est. *Jac.* 1.

Ant. 1. a. Deus néminem tentat: unusquisque verò tentátur, à concupiscéntia sua abstractus & illectus. *Jac.* 1.

Super Canticum Peccávimus. *suprà*, *p.* 272.

Ant. 7. c. Rursùm scriptum est: Non tentábis Dóminum Deum tuum. *Matth.* 4.

Ant. 3. a. Fidélis Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potestis, sed fáciet étiam cum tentatióne proventum, ut possítis sustinére. *I. Cor.* 10.

Capitulum. Hebr. 4.

Non habémus Pontíficem, qui non possit cómpati infirmitátibus nostris; tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.

Hymn. Profána, *p.* 272.

℣. Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam ; ℟. Quia in te ſperávi. *Pſalm.* 142.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Ductus eſt Jeſus in deſertum à Spíritu, ut tentarétur à diábolo ; & , cùm jejunaſſet quadraginta diébus & quadraginta nóctibus ; póſteà eſúriit. *Matth.* 4.

Oratio.

Deus, qui Eccléſiam tuam ánnuâ Quadrageſimáli obſervatióne puríficas ; præſta famíliæ tuæ, ut quod à te obtinére abſtinendo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur ; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Quàm magna miſericórdia Dómini, & propitiátio illíus converténtibus ad Te ! *Eccli.* 17.

In ℟. *br.* ℣. Qui veniſti peccatóres ſalvos fácere. *I. Tim.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Quaſi ſervi corrípimur ad emendatiónem, & non ad perditiónem noſtram. *Judith.* 8.

Capitulum. Thren. 3.

Non repellet in ſempiternum Dóminus : quia ſi abjécit, & miſerébitur ſecundùm multitúdinem miſericordiárum ſuárum. Non enim humiliávit ex corde ſuo, & abjécit fílios hóminum.

℟. *breve.* Ipſe eſt miſéricors, * Et propítius fiet peccátis : ℣. Abundávit ut avérteret iram ſuam. * Et propítius fiet peccátis. Glória. ℟. Ipſe eſt miſéricors, * Et propítius fiet peccátis. *Pſ.* 77.

℣. Numquid in æternum projíciet Deus ? ℟. Aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas ? *Pſ.* 76.

AD SEXTAM.

Ant. 7. a. Sanctum nomen ejus in excelſo & in ſancto hábitans, & cum contríto & húmili ſpíritu ; ut vivíficet ſpíritum humílium. *Iſai.* 57.

Capitulum. Iſai. 66.

Hæc dicit Dóminus : Ad quem reſpíciam, niſi ad paupérculum, & contrítum ſpíritu, & trementem ſermónes meos ?

℟. *breve.* Convértere, Dómine, * Et éripe ánimam meam : ℣. Salvum me fac propter miſericórdiam tuam. * Et éripe

ánimam meam. Glória. ℟. Convértere. *Ps.* 6.

℣. Exaudi oratiónem meam, Dómine; ℟. Aúribus pércipe lácrymas meas. *Ps.* 38.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Quis potest fácere mundum de immundo conceptum sémine? nonne tu qui solus es? *Job*, 14.

Capitulum. Jerem. 33.

Hæc dicit Dóminus: Emundábo illos ab omni iniquitáte sua, in qua peccavérunt mihi; & propítius ero cunctis iniquitátibus eórum.

℟. *br.* A peccáto meo * Munda me, Dómine; ℣. Quóniam iniquitátem meam ego cognosco. * Munda me, Dómine; Glória. ℟. A peccáto meo.

℣. Cor mundum crea in me, Deus; ℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. *Ps.* 50.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus. p. 279.

Capitulum. Ephes. 6.

Fratres, confortámini in Dómino & in poténtia virtútis ejus; indúite vos armatúram Dei, ut possítis stare adversùs insídias diáboli.

Hymnus, Audi, benigné Cónditor, *p.* 275.

℣. Sanat Dóminus contrítos corde, ℟. Et álligat contritiónes eórum. *Ps.* 146.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Consummátâ omni tentatióne, diábolus recessit à Jesu usque ad tempus; & ecce Angeli accessérunt & ministrábant ei. *Luc.* 4. *Matth.* 4.

Oratio, Deus, qui, *pag.* 280.

AD COMPLETORIUM,

Hymnus, Functum, *p.* 275. *Reliqua ut in Psalterio, pag.* 79.

FERIA SECUNDA.

Omnia ut in Officio Feriarum Quadragesimæ, & sic in aliis Feriis sequentibus, exceptis quæ propria sunt cujuslibet Feriæ.

Ad Benedict. *Ant.* 4. d. Pax est electis Dei; ímpii autem, secundùm quæ cogitavérunt, correptiónem habébunt. *Sap.* 3.

Oratio.

Exaudi, quæsumus, Dómine, gémitum pópuli tui supplicantis; ut qui de meritórum qualitáte diffídimus, non judícium sed misericórdiam cónsequi mereámur; Per Dóminum nostrum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Dicet Rex his qui à dex-

tris ejus erunt: Veníte, benedícti Patris mei; possidéte parátum vobis regnum. Dicet & his qui à sinistris erunt: Discédite à me, maledícti, in ignem ætérnum. *Matth.* 25.

Oratio.

Omnium nostrûm, Dómine, quæsumus, ad te corda convérte; ut ab his quibus offénderis abstinentes, non iram tuam, sed misericórdiam sentiámus; Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. *Ant.* 3. c. Qui habet in cœlis habitatiónem, visitátor & adjútor est loci illius; & venientes ad malefaciendum pércutit ac perdit. *II. Mach.* 3.

Oratio.

Omnípotens & miséricors Deus, qui templum sanctum tuum voluisti domum oratiónis vocári; præsta ut, qui deprecáti te in eo fúerint, conversi à peccátis, véniam consequantur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Auferte ista hinc, & nolíte fácere domum Patris mei domum negotiatiónis. Recordáti sunt discípuli ejus quia sc[...] est: Zelus domú[...] comédit me. *Joa*[...]

Oratio.

Ascendant ad t[...] mine, preces [...] & ab Ecclésia tu[...] ctam repelle nequ[...] Per Dóminum.

FERIA QUA[...]

Quatuor Tempo[...]

Ad Benedict. *A*[...] Videns regína Sal[...] nem sapiéntiam S[...] nis, dixit ad regen[...] jor est sapiéntia & [...] tua quàm rumor [...] audívi. Beáti ser[...] qui aúdiunt sapi[...] tuam. *III. Reg.*

Oratio.

Súscipe, quæs[...] Dómine, pre[...] stras; & ad aure[...] ricórdiæ tuæ pos[...] nes sacrátæ tibi pl[...] mitte; Per Dómi[...]

Ad Magníf. *An*[...] Regína Austri su[...] judício cum gene[...] ista, & conde[...] eam; quia venit [...] bus terræ audíre [...] tiam Salomónis: [...] plus quàm Salom[...] *Matth.* 12.

Oratio.

Meménto, Dó[...] miseratiónum [...] rum; & præsta ut,

& peccátis abstinentes, grato tibi jejúnio placeámus; Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Non impediáris oráre semper. Ante oratiónem præpara ánimam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. *Eccli.* 18.

Oratio.

Deus, qui in húmili perseverantes oratióne benignus exaudis: da nobis constantem fídei ac devotiónis affectum; ut quæ pro salúte nostra supplíciter expóscimus, hæc, te largiente, consequámur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Jesus ait mulíeri: Non est bonum súmere panem filiórum, & míttere cánibus. At illa dixit: Etiam, Dómine; nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominórum suórum. Tunc Jesus ait illi: O múlier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. *Matth.* 15.

Oratio.

Deprecatiónem nostram, quæsumus, Dómine, benignus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensiónis auxílium; Per Dóminum.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Ad Benedict. *Ant.* 4. f. Fili, peccasti? non adjícias iterùm; sed & de prístinis deprecáre ut tibi dimittantur. *Eccli.* 21.

Oratio.

Propitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, & animárum nostrárum medére languóribus; ut, peccatórum remissióne perceptâ, in tua semper benedictióne lætémur; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. Ecce sanus factus es: jam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contingat. *Joann.* 5.

Oratio.

Auxiliáre, Dómine, quæréntibus misericórdiam tuam, & da véniam confiténtibus: parce supplícibus, ut, qui nostris méritis flagellámur, tuâ miseratióne salvémur; Per Dóminum.

SABBATO

Quatuor Temporum.

Ad Benedict. *Ant.* 7. a. Si vos manséritis in sermóne meo, verè discípuli mei éritis, & cognoscétis veritátem, & véritas liberábit vos. *Joann.* 8.

Oratio.

Protector noſter, áſpice, Deus; ut, qui peccatórum noſtrórum ſervitúte deprímimur, véniâ perceptâ, lîberâ tibi mente ſerviámus; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Pſalmi de Sabbato.

Capitulum. Ezech. 18.

Si ímpius égerit pœniténtiam ab ómnibus peccátis ſuis, quæ operátus eſt, & cuſtodíerit ómnia præcepta mea, & fécerit judícium & juſtítiam, vitâ vivet, & non moriétur: ómnium iniquitátum ejus quas operátus eſt, non recordábor.

[In Cath. ℟. Deſécit gaúdium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter, cécidit coróna cápitis noſtri: * Væ nobis, quia peccávimus. ℣. Emundáte manus, peccatóres: míſeri eſtóte, & lugéte; riſus veſter in luctum convertátur.* Væ nobis. Glória.* Væ nobis. *Thren.* 5. *Jac.*4.]

Hymnus Audi, benigne. ℣. Opérui, *pag.*275.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Tulit Móyſes unctiónis *óleum quo* linívit taber-

náculum; u
& ómnia va
ctificávit óleo
dens ſuper ca
unxit eum &
vit; fílios c
veſtívit ut júſ
nus. *Levit.* 8.
Orat. infrà,
DOMINI
Quadrag
Dupl.
AD LA
Antiphona
Pœniténtia
propinquá
gnum cœlóru
Ant. 7. b. C
ſta porta, &
eſt quæ ducit
Matth. 7.
Ant. 1. G.
per bona óp
veſtram voc
electiónem fa
Petr. 1.
Super Cant
cávimus, *p.*
Ant. 2. D
facta carnis n
ritis, vivétis
Ant. 8. c.
condignæ pa
jus témporis
glóriam quæ
in nobis. *Ron*
Capitulum.
Has haben
ſiónes,
mundémus n

nquinamento carnis & spíritûs, perficientes sanctificatiónem in timóre Dei.

Hymnus, Profána, *p.* 171. ℣. Audítam, *p.* 273.

Ad Benedict. *Ant.* 5. a. Ecce vox de nube dicens: Hic est Fílius meus dilectus, in quo mihi benè complácui: ipsum audíte. *Matth.* 17.

Oratio.

Deus, qui nos inter mundi perícula, cœlestis beatitúdinis expectatióne sustentas; præsta ut, terréna despicientes, quæ sursùm sunt, perpétuò sapiámus; Per Dóminum.

AD HORAS.

Omnia ut in Dominicâ I. Quadragesimæ, pag. 280. *exceptis Canone & Oratione.*

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus. p. 284.

Capitulum. I. Joann. 3.

Caríssimi, nunc fílii Dei sumus; scimus quóniam cùm apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sícuti est.... & omnis qui habet hanc spem in eo, sanctíficat se, sicut & ille sanctus est.

Hymnus, Audi, benigne Cónditor, *pag.* 275.

℣. Sanat Dóminus contrítos corde, ℟. Et álligat contritiónes eórum. *Ps.* 146.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Descendéntibus discípulis de monte, præcépit eis Jesus dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis à mórtuis resurgat. *Matth.* 17.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Extendi manum meam, & non fuit qui aspíceret. Invocábunt me, & non exáudiam; manè consurgent, & non invénient me. *Prov.* 1.

Oratio.

Exaudi nos, miséricors Deus; &, ad expianda peccáta nostra, pœniténtiæ salutáris tempus & fructum nobis largíre propítius; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Si non credidéritis quia ego sum, moriémini in peccáto vestro. *Joann.* 8.

Oratio.

Concéde, miséricors Deus, ut devótus tibi pópulus semper existat, & de tua cleméntia quod ei prosit, indesinenter obtíneat; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. *Ant.*4. E. Legem requírent ex ore sacerdótis, quia Angelus Dómini exercítuum est. *Malach.* 2.

Oratio.

Conserva in nobis, quæsumus, Dómine, misericórdiam tuam; ut, quos ab erróris liberasti calígine, veritátis tuæ fírmiùs inhærére fácias documento; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Super cáthedram Móysi sedérunt Scribæ & Pharisæi: ómnia ergo quæcumque díxerint vobis, serváte & fácite. *Matth.* 23.

Oratio.

Excita, Dómine, tuórum corda fidélium; ut, sacris intenta doctrínis, & intélligant quod sequantur, & sequendo fidéliter apprehendant; Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedict. *Ant.* 1. a. Noli quærere à Dómino ducátum, neque à rege cáthedram honóris: humília valdè spíritum tuum. *Eccli.* 7.

Oratio.

Deus, qui superbis resistis, & grátiam præstas humílibus; concéde nobis veræ h tátis virtútem, cu se formam fidélib híbuit Unigénitus tuus; Qui tecum v

Ad Magníf. *An* Qui volúerit int primus esse, erit servus: sicut Fíli minis non venit strári, sed ministr dare ánimam sua demptiónem pro *Matth.* 20.

Oratio.

Deus innocéntia tútor & amát rige ad te tuórum servórum; ut spíri fervóre concepto, fide inveniantur st & in ópere efficáce Dóminum,..... in ejusdem.

FERIA QUIN

Ad Benedict. *An* Non próderunt div die ultiónis: justi tem liberábit à *Prov.* 11.

Oratio.

Omnípotens sen ne Deus, qui j & eleemósynas r rum posuisti reméd catórum: fac nos mentis & córporis per tibi esse devóto

Ad Magníf. *An* Dixit díviti Abra

illi, recordáre quia recepisti bona in vita tua, & Lázarus simíliter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciáris. Luc. 16.

Oratio.

Adesto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris; ut esse, te largiente, mereámur & inter próspera húmiles, & inter adversa secúri; Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedict. Ant. 8. Dixit ad Joseph Israel: Veni, mittam te ad fratres tuos. Qui, cùm vidíssent eum, mútuò loquebantur: Veníte; occidámus eum. *Genes.* 37.

Oratio.

Deus, qui sperántibus in te miseréri pótiùs éligis, quàm irasci; da nobis dignè flere mala quæ fécimus, ut tuæ consolatiónis grátiam inveníre mereámur; Per.

Ad Magníf. Ant. 1. a. Misit paterfamílias ad agrícolas fílium suum; & apprehensum eum ejecérunt extra víneam, & occidérunt. *Matth.* 21.

Oratio.

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; ut peccáta nostra castigatióne voluntáriâ cohibentes, temporáliter pótiùs macerémur, quàm supplíciis deputémur ætérnis; Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Benedict. Ant. 2. D. Vítulum saginátum occídite, & epulémur; quia hic fílius meus mórtuus erat, & revixit; períerat, & inventus est. *Luc.* 15.

Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus, miséricors Deus, ad te confugientem, paternâ récipe pietáte; ut qui tuæ iracúndiæ flagella formídant, de tua mereantur vénia gratulári; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi de Sabbato.

Capitulum. Jerem. 2.

Scito & vide quia malum & amárum est reliquisse te Dóminum Deum tuum, & non esse timórem meî apud te, dicit Dóminus Deus exercítuum.

[IN CATH. ℟. Si confiteámur peccáta nostra, * Deus fidélis est & justus, ut remittat nobis peccáta nostra, & emundet nos ab omni iniquitáte. ℣. Qui abscondit scélera

ſua, non dirigétur : qui autem confeſſus fúerit, & relíquerit ea, miſericórdiam conſequétur. * Deus. Glória. * Deus. *I. Joann.* 1. *Prov.* 28.]

Hymn. Audi, benigne.
℣. Opérui, *p.* 275.

Ad Magnif. *Ant.* 5. a. Aſcendit Móyſes ſuper montem Nebo, mortuúſque eſt ibi, jubente Dómino : & non ſurrexit ultrà prophéta in Iſrael ſicut Móyſes quem noſſet Dóminus fácie ad fáciem. *Deut.* 34.

Oratio Quæſumus. *ad Laudes.*

DOMINICA III.
Quadrageſimæ.
Duplex.

AD LAUDES.

Antiphona, 2. D.

Non tardes converti ad Dóminum, & ne dífferas de die in diem. *Eccli.* 5.

Ant. 8. g. Ne díxeris : Peccávi, & quid mihi áccidit triſte? Altíſſimus enim eſt pátiens rédditor. *Eccli.* 5.

Ant. 7. d. De propitiáto peccáto noli eſſe ſine metu, neque adjícias peccátum ſuper peccátum. *Eccli.* 5.

Super Canticum, Peccávimus, *pag.* 272.

Ant. 6. F. Qui jejúnat in peccátis ſuis, & iterùm éadem fáciens, quid próficit humiliando ſe? *Eccli.* 34.

Ant. 1. a. Facta ſunt eis poſterióra deterióra prióribus : mélius erat illis non cognóſcere viam juſtítiæ, quàm, poſt agnitiónem, retrorsùm converti. *II. Petr.* 2.

Capitulum. Jerem. 2.

Dicit Dóminus : Ecce ego judício conténdam tecum, eò quòd díxeris : Non peccávi. Quàm vilis facta es nimis íterans vias tuas!

Hymnus. Profána, 272.
℣. Audíram, 273.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Erat Jeſus ejíciens dæmónium, & illud erat mutum. Et, cùm ejeciſſet dæmónium, locútus eſt mutus, & admirátæ ſunt turbæ. *Luc.* 11.

Oratio.

Quæſumus, omnípotens Deus, vota humílium réſpice, atque ad defenſiónem noſtram déxteram tuæ majeſtátis extende; Per.

AD HORAS.

Omnia ut in Dominica I. Quadrageſimæ, pag. 280. *exceptis Canone & Oratione.*

AD

AD VESPERAS.
Antiphonæ de Laudibus.
Capitulum. Hebr. 6.

Terra sæpè venientem super se bibens imbrem; próferens autem spinas ac tríbulos, réproba est & maledicto próxima; cujus consummátio in combustiónem. Confídimus autem de vobis, dilectíssimi, melióra & viciniòra salúti.

Hymnus, Audi, benigne Cónditor, *p.* 275.

℣. Sanat Dóminus contritos corde, ℟. Et álligat contritiónes eórum. *Ps.* 146.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Extollens vocem quædam múlier de turba dixit: Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ suxisti. At Jesus dixit: Quin imò, beáti qui aúdiunt verbum Dei, & custódiunt illud. *Luc.* 11.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedict. *Ant.* 7. c. Misit ad Náaman Elisæus nuntium, dicens: Vade, & laváre sépties in Jordáne, & recípiet sanitátem caro tua. *IV. Reg.* 5.

Oratio.

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; ut, sicut ab escis carnálibus abstinémus, ita sensus quoque nostros à nóxiis retrahámus excéssibus; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Multi lepróſi erant in Israel sub Elisæo Prophéta, & nemo eórum mundátus est, nisi Náaman Syrus. *Luc.* 4.

Oratio.

Réspice, Dómine, famíliam tuam, & præsta ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castigat; Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. *Ant.* 1. a. Argue fratrem tuum, ne hábeas super illo peccátum: non quæras ultiónem, nec memor eris injúriæ cívium tuórum. *Levit.* 19.

Oratio.

Grátiæ tuæ nobis, Dómine, præsens auxílium impende, ut, sacro nos purificante jejúnio, toto simus tibi corde subjecti, & in tua caritáte concordes; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. Si peccáverit in te frater tuus, vade, & córripe eum inter te & ipsum solum: si te audíerit, lucrátus eris fratrem tuum. *Matth.* 18.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam sponsam tuam, matrem nobis & magistram providisti, da fidélibus tuis in ipsíus doctrína & præceptis vocem tuam agnóscere; ut eórum infirmitas custodiátur ab omni circumventióne erróris, dum Ecclésiam Dei viventis aúdiunt, columnam & firmamentum veritátis; Qui cum eódem Deo Patre vivis & regnas, &c.

FERIA QUARTA.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Appropinquat pópulus iste ore suo, & lábiis suis gloríficat me; cor autem ejus longè est à me, & timuérunt me mandáto hóminum & doctrínis. *Isai.* 29.

Oratio.

Pérfice, quæsumus, Dómine, benignus in nobis obsservántiæ sanctæ subsídium; ut, quæ te auctóre facienda cognóvimus, te operante, impleámus; Per.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Quare transgredímini mandátum Dei propter traditiónem vestram? Hypócritæ, benè prophetávit de vobis Isaías dicens: Pópulus hic lábiis me honórat; tem eórum long me. *Matth.* 15.

Oratio.

Devotiónem tui, quæsum mine, benignus i ut, qui per absti macerantur in có per fructum boni reficiantur in men Dóminum.

FERIA QUIN

Ad Benedict. *A* Dómine Pater vitæ meæ, omn dérium averte à ánimæ irreverent frunítæ ne trad *Eccli.* 23.

Oratio.

Concéde, quæ omnípotens D jejuniórum sancta tio, & purifica nobis tríbuat, & n tuæ nos reddat ac Per Dóminum.

Ad Magníf. *A* Socrus Simónis te magnis fébribus imperávit febri, mísit illam; & c surgens ministráb *Luc.* 4.

Oratio.

Deus, qui c omni nos destítui, intériu riúsque custódi;

s adversitátibus
iur in córpore,
avis cogitatióni-
idémur in mente;
ninum.
IA SEXTA.
nedict. *Ant.* 4. f.
s aquas in gaú-
fóntibus Salva-
sai. 12.
Oratio.
a tua nos, quæ-
nus, Dómine,
elinquat; quæ &
os déditos fáciat
, & tuam nobis
mper acquírat;
minum.
agnif. *Ant.* 2. D.
donum Dei, &
qui dicit tibi;
bibere, tu fórsi-
tes ab eo, & de-
bi aquam vivam.
Oratio.
ntes áspice, mi-
rs Deus, & hu-
placátus ignosce;
orationis & jeju-
observántia spi-
, misericórdiam
n inveniámus æ-
; Per Dóminum.
B B A T O.
nedict. *Ant.* 8. g.
te condemnávit
Nemo, Dómi-
c ego te con-
o; vade, & jam

ámplius noli peccáre. *Joann.* 8.

Oratio.

Bonitátem tuam, Dómine, súpplices exorámus; ut, qui mala nostra semper prævenis miserando, reddas nos & piis áctibus tibi plácitos, & jejúniis salutáribus expiátos; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi de Sabbato.

Capitulum. II. Paral. 7.

Si conversus pópulus meus, super quos invocátum est nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquisíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis suis péssimis; & ego exaúdiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum.

[In Cath. ℟. Qui obtúrat aurem suam ad clamórem paúperis, & ipse * Clamábit, & non exaudiétur. † Qui séquitur misericórdiam, invéniet vitam. ℣. Dives, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lázarum in sinu ejus: & clamans dixit: Pater Abraham, miserére meî, crúcior in hac flamma. * Clamábit. Glória. † Qui

séquitur. *Prov.* 21. *Luc.* 16.]

Hymnus, Audi, benígne Cónditor. ℣. Opérui, *pag.* 275.

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Fortis in bello Jesus Nave succéssor Móysi in prophétis, qui fuit magnus secundùm nomen suum, máximus in salútem electórum Dei, expugnáre insurgentes hostes, ut consequerétur hæreditátem Israel. *Eccli.* 46.

Orat. infrà, ad Laudes.

DOMINICA IV.
Quadragesimæ.
Duplex.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. D.

Declína paúperi sine tristítia aurem tuam, & redde débitum tuum, & responde illi pacífica in mansuetúdine. *Eccli.* 4.

Ant. 4. d. Conclúde eleemósynam in corde paúperis; & hæc pro te exorábit ab omni malo. *Eccli.* 29.

Ant. 6. F. Panem tuum cum esuriéntibus & egénis cómede, & de vestimentis tuis nudos tege. *Tob.* 4.

Super Canticum, Peccávimus, *pag.* 272.

Ant. 8. g. Ante mortem secundùm vires tuas expórrigens da paúperi, & ante óbitum tuum operáre justítiam. *Eccli.* 14.

Ant. 5. a. Fidúcia magna erit coram summo Deo eleemósyna ómnibus faciéntibus eam. *Tob.* 4.

Capitulum. Isai. 58.

Frange esurienti panem tuum, & egénos vagósque induc in domum tuam; cùm víderis nudum, óperi eum, & carnem tuam ne despéxeris.

Hymnus, Profána cessent gaúdia. ℣. Audítam, *pag.* 272. & 273.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Accéptis Jesus quinque pánibus & duóbus píscibus, respexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & distríbuit discípulis suis ut pónerent ante turbas. *Luc.* 19.

Oratio.

Deus, qui in deserti regióne multitúdinem pópuli tuâ virtúte satiasti; in hujus quoque séculi transeuntis excursu, victum nobis spiritálem, ne deficiámus, impende; Qui vivis & regnas.

AD HORAS.

Omnia ut in Dominicâ I. Quadragesimæ, *p.* 280. *exceptis Canone & Oratione.*

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Capitulum. II. Cor. 9.

Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstábit; & multiplicábit semen vestrum, & augébit incrementa frugum justítiæ vestræ.

Hymnus, Audi, benigne Cónditor, *p.* 275.

℣. Sanat Dóminus contrítos corde; ℟. Et álligat contritiónes eórum. *Ps.* 146.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Illi ergo hómines cùm vidissent quod Jesus fécerat signum, dicébant; Quia hic est verè Prophéta qui ventúrus est in mundum. *Joann.* 6.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedict. *Ant.* 4. f. Magnus consílio Dóminus & incomprehensíbilis cogitátu; cujus óculi aperti sunt super omnes vias filiórum Adam. *Jer.* 32.

Oratio.

Omnípotens sempiterne Deus, apud quem nihil obscúrum est, nihil tenebrósum, emitte lucem tuam córdibus nostris; ut, in via mandatórum tuórum ambulantes, nihil patiámur erróris; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Multi credidérunt in nómine ejus. Ipse autem Jesus non credébat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes: ipse enim sciébat quid esset in hómine. *Joann.* 2.

Oratio.

Précibus nostris, quæsumus, Dómine, aures tuæ pietátis accómmoda; & oratiónes súpplicum, occultórum cógnitor, benignus exaudi; ut, te largiente, ad vitam pervéniant sempitérnam; Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. *Ant.* 4. E. Quod justum est judicáte; nec accipiétis cujusquam persónam, quia Dei judícium est. *Deut.* 1.

Oratio.

Quæsumus clementiam tuam, omnípotens Deus, ut ubi nulla fidúcia súppetit actiónum, grátia tua copiósa respléndeat; & cùm delícta remittit indignis, & cùm benefícia præstat imméritis; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Nolíte judicáre secundùm fáciem, sed justum judícium judicáte. *Joann.* 7.

Oratio.

Adesto, Dómine, supplicatiónibus nostris, & nihil de consciéntia præsuméntibus, ineffábili miseratióne succurre; ut quod non habet fidúcia meritórum, tua cónferat lárgitas immensa donórum; Per Dóminum nostrum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Dedi te in lucem géntium, ut aperíres óculos cæcórum, & edúceres de domo cárceris sedentes in ténebris. *Isai.* 42.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, lúmine tuæ claritátis illustra; ut vidére possímus quæ agenda sunt, & quæ recta sunt, ágere valeámus; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. A século non est audítum quia quis apéruit óculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non póterat fácere quidquam. *Joann.* 9.

Oratio.

Conserva in nobis, quæsumus, Dómine, misericórdiam tuam; ut quos ab erróris liberasti calígine, veritátis tuæ firmiùs inhærére fácias documento; Per.

FERIA QUINTA.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Clamávit ad Dóminum Elías, & reversa est ánima púeri intra eum: & revixit, & Elías púerum trádidit matri suæ. *III. Reg.* 17.

Oratio.

Prótegat, Dómine, quæsumus, tua déxtera pópulum supplicantem; ut præsentem vitam sub tua gubernatióne transcurrens, mereátur inveníre perpétuam; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Tétigit lóculum Jesus, & ait: Adolescens, tibi dico: Surge; & resédit qui erat mórtuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. *Luc.* 7.

Oratio.

Móveant pietátem tuam, miséricors Deus, afflíctæ Ecclésiæ tuæ preces & lácrymæ; & ejus fílios in morte peccáti jacentes, ad vitam tuâ virtúte revocáre dignéris; Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Dóminus mortíficat & vivíficat, dedúcit ad ínferos & redúcit. *I. Reg.* 2.

Oratio.

Deus, humílium consolátor, & fidélium

opítius ad-
supplicán-
nána fragí-
r se proclí-
ndum, per
unlátur ad
quæ per se
offénsam,
r reparétur
Per.
Ant. 1. a.
lamávit Je-
veni foràs.
liit qui fúe-
Joann. 11.
io.
, Dómine,
nua jejúnia
órdiam de-
voce tuâ in-
ur; à pecca-
is liberémur;
n.
A T O.
t. Ant. 1. a.
estimónium
ne ipso: &
pérhibet de
t me Pater.

io.
nostris, quæ-
Dómine, grá-
en benignus
t mandató-
lege percé-
imur, & ad
æ vitæ per-
ámur; Qui
nas.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi de Sabbato.

Capitulum. Levit. 23.

Hæ sunt Fériæ Dómini sanctæ, quas celebráre debétis tempóribus suis. Mense primo, quartâ-décimâ die mensis, ad vésperum Phase Dómini est: &, quintâ-décimâ die mensis hujus, solémnitas azymórum Dómini est.

[In Cath. ℟. Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdótum, & damnábunt eum morte, & tradent eum géntibus; * Illúdent ei, & conspuent eum, & interfícient eum. ℣. Ad occisiónem ducétur, & non apériet os suum. * Illúdent. *Marc. 10. Isai. 53.*

Loco Glória Patri, *repetitur* ℟. Fílius, *usque ad* ℣.

¶ *Sic deinceps usque ad Pascha, in Officio de Tempore, omittitur* Glória Patri *in Responsoriis, & repetitur* ℟. *ab initio usque ad* ℣.]

Hymnus. Vexilla Regis pródeunt, *infrà*, p. 300.

℣. Captábunt in ánimam Justi: ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps. 93.*

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Ostendísti mihi, Dómine, stúdia eórum; & ego quasi agnus mansuétus, qui portátur ad víctimam. *Jerem.* 11.

Oratio infrà ad Laudes.

Ad Complet. *Hymnus*, Functum, *p.* 275. *cum Doxologia* Qui nos creávit, *pag.* 299. *In* ℟. *br.* In manus, *non dicitur*, Glória Patri.

DOMINICA Passiónis.

Duplex.

AD LAUDES.

Antiphona, 8. g.

Quem contestábor ut áudiat? ecce incircumcísæ aures eórum, & audíre non possunt. *Jer.* 6.

Ant. 2. D. Ecce verbum Dómini factum est eis in opprobrium; idcircò laborávi sústinens. *Jér.* 6.

Ant. 6. F. Nonne verba mea bona sunt cum eo qui rectè gráditur? Et è contrário pópulus meus in adversárium consurrexit. *Mich.* 2.

Super Cant. Non est spécies ei. *infrà*, *p.* 298.

Ant. 7. b. Pópulus ad iracúndiam provocans est, & filii mendáces qui dicunt: Cesset à fácie nostra Sanctus Israel. *Is.* 30.

Ant. 4. A. Dixérunt: Venite, & percutiámus

eum linguâ, & non
dámus ad univers
mónes ejus. *Jer.* 18
Capitulum. Jerem.
Audívi contu
multórum, &
rem in circúitu:
químini, & persequ
eum; si quo modò
piátur, & præval
advérsus eum, &
quámur ultiónem
Dóminus autem m
est quasi bellátor f
Hymnus Crucis,
℣. Inténde ánimæ
& líbera eam: ℟. P
inimícos meos ér
Ps. 68.
Ad Benedict. *An*
Ego non quæro gl
meam; est qui qua
júdicet. *Joann.* 8.
Oratio.
Omnípotens sem
ne Deus, qui C
tui beátâ passióne n
paras: consérva in
ópera misericórdiæ
ut, in hujus celeb
mystérii, perpétuâ
tióne vivámus; Per
dem.
AD HORA
Doxologia Qui
creávit, &c. *infrà*,
AD PRIMA
Ant. 8. g. Quem
stábor.
In ℟. *br.* ℣. Qui pa
pro nobis, *sine* Gló

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Ecce.

Capitulum. Job. 30.

Nunc in eórum cánticum versus sum, & factus sum eis in provérbium. Abominantur me, & longè fúgiunt à me.

℟. *br.* Exurge, Deus, * Júdica causam tuam. ℣. Memor esto impropeтiórum tuórum. * Júdica causam tuam. *Resumitur* ℟. Exurge. *Ps.* 73.

℣. Exprobravérunt inimíci tui, Dómine; ℟. Exprobravérunt commutatiónem Christi tui. *Ps.* 88.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Nonne.

Capitulum. Jerem. 18.

Attende, Dómine, ad me, & audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum? quia fodérunt fóveam ánimæ meæ.

℟. *br.* Deus meus, * Eripe me de manu peccatóris. ℣. Et de manu contra legem agentis & iníqui. * Eripe me de manu peccatóris. *Resumitur* ℟. Deus meus. *Ps.* 70.

℣. Odio iníquo odérunt me; ℟. Custódi ánimam meam, & érue me. *Ps.* 24.

AD NONAM.

Ant. 4. A. Dixérunt.

Capitulum. Sap. 2.

Dixérunt: Gloriátur patrem se habére Deum. Videámus ergo si sermónes illíus veri sint, & tentémus quæ ventúra sunt illi; & sciémus quæ erunt novíssima illíus.

℟. *breve.* Inimíci mei * Dixérunt mala mihi. ℣. Quandò moriétur, & períbit nomen ejus? * Dixérunt mala mihi. *Resumitur* ℟. Inimíci mei. *Ps.* 40.

℣. Deus, discerne causam meam de gente non sancta; ℟. Ab hómine iníquo & dolóso érue me. *Ps.* 42.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. Jerem. 17.

Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? véniat. Et ego non sum turbátus, te pastórem sequens: & diem hóminis non desiderávi, tu scis. Quod egressum est de lábiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

Hymn. Vexilla, *p.* 300.

℣. Captábunt, *p.* 301.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Est Pater meus qui gloríficat me, quem vos dícitis quia Deus vester est. Scio

eum, & sermónem ejus servo. *Joann.* 8.

AD COMPLETORIUM, *Hymnus*, Functum, p. 275. *cum Doxologia* Qui nos creávit, *pag.* 299. ℟. *br.* In manus, *sine*, Glória Patri. *Cetera ut in Psalterio*, *pag.* 77.

IN FERIIS

Per Hebdomad. Passionis, & usque ad Feriam V. in Cœna Domini.

AD LAUDES.

Ps. & Antiph. Feriales.

Capitulum. Isai. 53.

Non est spécies ei, neque decor: * & vídimus eum, & non erat aspectus; & desiderávimus eum:

Despectum, & novíssimum virórum, * virum dolórum, & scientem infirmitátem.

Et quasi abscónditus vultus ejus & despectus, * undè nec reputávimus eum.

Verè languóres nostros ipse tulit, * & dolóres nostros ipse portávit.

Et nos putávimus eum quasi leprósum, * & percussum à Deo & humiliátum.

Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, * attrítus est propter scélera nostra.

Disciplína pacis no super eum, * & li ejus sanáti sumus.

Omnes nos quasi errávimus: * unusq que in viam suam d návit.

Et pósuit Dóminu eo* iniquitátem ómn nostrûm.

Oblátus est quia vóluit, * & non ap os suum.

Sicut ovis ad occisió ducétur, * & quasi a coram tondente se ol tescet...

Dóminus vóluit c rere eum in infirmit * & cum sccelerátis r tátus est.

Et ipse peccáta m rum tulit, * & pro t gressóribus rogávit.

Capitulum. Jerem.

Fodérunt fóveam cáperent me, & queos abscondérun dibus meis: tu au Dómine, scis omne sílium eórum adve me in mortem.

Hymnus.

Crucis tremen póndere,
Gressus labantes vi hit:
Quem stipat aula tum,
Datur comes latr

anus, clavis
ret stípiti :
tenáciùs
t vínculis !
ontes élicit,
nsúmitur :
ébat sitis,
ndi salus.
olórum pars
rtulit,
præságâ vi-
præmium.
ste, ne sint
iæ perpessus
contemptâ
víndicem.
reávit, laus
mit, Fílio :
nptos grátiâ,
us, Spíritus.
nimæ meæ,
; ℟.Propter
os éripe me.
t. *Antiphona*
eriæ cujusti-
intur Preces,
, *ut haben-*
3.
t in qualibet

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia.

Qui nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit, Fílio :
Fovens redemptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 8. g. Verè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit. *Isai.* 53.

Capitulum, Dómine, miserére nostrî, *p.* 182.

In ℟. *br. usque ad Feriam V. in Cœna Domini*, ℣. Qui passus es pro nobis. *non dicitur*, Glória Patri ; *sed, ejus loco, post Reclamationem repetitur* Christe.

Preces, flexis genibus, & reliqua, pag. 182.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Disciplína pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanáti sumus. *Isai.* 53.

Capitulum. Isai. 53.

Omnes nos quasi oves errávimus: unusquisque in viam suam declinávit, & pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrûm.

℟. *breve.* Propter te, Dómine, * Sustínui oppróbrium. ℣. Opéruit confúsio fáciem meam.

eum, & sermónem ejus servo. *Joann.* 8.

AD COMPLETORIUM, *Hymnus*, Functum, *p.* 275. *cum Doxologia* Qui nos creávit, *pag.* 299. ℟. *br.* In manus, *sine*, Glória Patri. *Cetera ut in Psalterio*, *pag.* 77.

IN FERIIS
Per Hebdomad. Passionis, & usque ad Feriam V. in Cœna Domini.

AD LAUDES.
Ps. & Antiph. Feriales.
Capitulum. Isai. 53.

Non est spécies ei, neque decor: * & vídimus eum, & non erat aspectus; & desiderávimus eum:

Despectum, & novíssimum virórum, * virum dolórum, & scientem infirmitátem.

Et quasi abscónditus vultus ejus & despectus, * undè nec reputávimus eum.

Verè languóres nostros ipse tulit, * & dolóres nostros ipse portávit.

Et nos putávimus eum quasi leprósum, * & percussum à Deo & humiliátum.

Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, * attrítus est propter scélera nostra.

Disciplína pacis nostræ super eum, * & livóre ejus sanáti sumus.

Omnes nos quasi oves errávimus: * unusquisque in viam suam declinávit.

Et pósuit Dóminus in eo* iniquitátem ómnium nostrûm.

Oblátus est quia ipse vóluit, * & non apériet os suum.

Sicut ovis ad occisiónem ducétur, * & quasi agnus coram tondente se obmutescet...

Dóminus vóluit contérere eum in infirmitáte... * & cum sceleràtis reputátus est.

Et ipse peccáta multórum tulit, * & pro transgressóribus rogávit.

Capitulum. Jerem. 18.

Fodérunt fóveam ut cáperent me, & láqueos abscondérunt pédibus meis: tu autem, Dómine, scis omne consílium eórum adversùm me in mortem.

Hymnus.

CRUCIS tremens sub póndere,
Gressus labantes vix trahit:
Quem stipat aula Cœlitum,
Datur comes latrónibus,

Clavis manus, clavis pedes
Confossus hæret stipiti:
Sed quàm sui tenáciùs
Amóris hæret vínculis!

Qui rupe fontes élicit,
Ardens siti consúmitur:
Sed major urébat sitis,
Erat sitis mundi salus.

Sed hæc dolórum pars levis;
Acerbióra pértulit,
Dum mente præságâ videt
Inâne mortis præmium.

Fac, Christe, ne sint írrita
Tormenta quæ perpessus es;
Ne, morte contemptâ Dei,
Te sentiámus víndicem.

Qui nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit, Fílio:
Fovens redemptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Intende ánimæ meæ, & líbera eam; ℟. Propter inimícos meos éripe me. *Ps.* 68.

Ad Benedict. *Antiphona propria est Feriæ cujuslibet.*

Deinde dicuntur Preces, flexis genibus, ut habentur, pag. 178.

Oratio, ut in qualibet Feria.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia.

Qui nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit, Fílio:
Fovens redemptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 8. g. Verè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit. *Isai.* 53.

Capitulum, Dómine, miserére nostrî, *p.* 182.

In ℟. *br. usque ad Feriam V. in Cœna Domini*, ℣. Qui passus es pro nobis. *non dicitur*, Glória Patri; *sed, ejus loco, post Reclamationem repetitur* Christe.

Preces, flexis genibus, & reliqua, pag. 182.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Disciplína pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanáti sumus. *Isai.* 53.

Capitulum. Isai. 53.

Omnes nos quasi oves errávimus: unusquisque in viam suam declinávit, & pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrûm.

℟. *breve.* Propter te, Dómine, * Sustínui oppróbrium. ℣. Opéruit confúsio fáciem meam.

* Sustínui oppróbrium. *Repetitur* ℟. Propter te. *Ps.* 68.

℣. Obmútui & non apérui os meum; ℟. Quóniam tu fecisti. *Ps.* 38.

Preces, flexis genibus, *p.* 186.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f. Quasi abscónditus vultus ejus & despéctus, unde nec reputávimus eum. *Isai.* 53.

Capitulum. Isai. 53.

Nos putávimus eum quasi leprósum, & percussum à Deo, & humiliátum; ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras; attrítus est propter scélera nostra.

℟. *br.* Ego sum vermis, * Et non homo: ℣. Oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis. * Et non homo. *Rep.* ℟. Ego sum. *Ps.* 21.

℣. Tu scis, Dómine, impropérium meum, ℟. Et confusiónem meam. *Ps.* 68.

Preces, flexis genibus, *p.* 186.

AD NONAM.

Ant. 4. d. Ipse vestítus erat veste aspersâ sánguine, & vocátur nomen ejus Verbum Dei. *Apoc.* 19.

Capitulum. Isai. 63.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & vestimenta tua sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus: & aspersus est sanguis eórum super vestimenta mea, & ómnia indumenta mea inquinávi.

℟. *br.* Dum convenírent simul * Adversùm me; ℣. Accípere ánimam meam consiliáti sunt. * Adversùm me. *Repetitur* ℟. Dum. *Ps.* 30.

℣. Quem tu percussisti, persecúti sunt; ℟. Et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt. *Ps.* 68.

Preces, flexis genibus, *p.* 186.

AD VESPERAS.

Psalm. & Ant. de Psalt.

Capitulum. Jerem. 18.

Recordáre, Dómine, quòd stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

Hymnus.

Vexilla Regis pródeunt,
Fulget crucis mystérium,
Quo carne carnis cónditor
Suspensus est patíbulo.

Quo

átus ínſu-

lánceæ,
crímine,
& sán-

ſunt quæ

ármine,
tiónibus
no Deus.
ra & fúl-

úrpurâ,
ſpite
embra tán-

s bráchiis
prétium!
rporis,
lit Tártari.
ave, ſpes

témpore,
tiam,
véniam.
a Deus Trí-

is ſpíritus.
cis myſté-

er ſécula.

nt in áni-
. Et ſán-
entem con-
ſ. 93.
Ant. & Ora-
ibet Feria.
enib. p. 178.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus, Functum, *pag.* 275. *cum Doxologiâ* Qui nos creâvit, *p.* 299. *Ad* ℟. *brev.* In manus, *omiſſo* Glória Patri, *poſt reclamationem*, *repetitur* ℟. In manus.

Preces, *flexis genibus*, *pag.* 191.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Omnes ſitientes, veníte ad aquas. Et qui non habétis argentum, properáte, émite abſque ulla commutatióne; veníte ad me, & vivet ánima veſtra. *Iſai.* 55.

Oratio.

Implorámus in jejúnio, Dómine, miſericórdiam tuam; ut te, qui fons es miſericórdiæ, toto deſidério ſitientes, caritátis tuæ abundántiâ repleámur; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 4. d. Clamábat Jeſus dicens: Si quis ſitit, véniat ad me, & bibat; qui credit in me, flúmina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Joann.* 7.

Oratio.

Effunde ſuper nos, Dómine, aquas grátiæ tuæ ſalutáres; ut per ſidem & bona ópera, Paſ-

siónis tuæ múnera consequámur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs sancti Deus, Per.

FERIA TERTIA.

Ad Benedict. *Ant.* 4. E. Odio habuérunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominári sunt. *Amos*, 5.

Oratio.

Prótege, Dómine, pópulum tuum; ut, superátis hujus mundi tentatiónibus, te solum Deum, & sincéro corde & líberâ voce palàm confiteátur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Judæi quærébant Jesum in die festo, & murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicébant: Quia bonus est; álii autem dicébant: Non, sed sedúcit turbas. *Joann.* 7.

Oratio.

Víncula, Dómine, quæsumus, humánæ pravitátis abrumpe; ut ad confitendum nomen tuum líberâ mente currámus; Per.

FERIA QUARTA.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Salvábo gregem meum: vos autem greges mei, greges páscuæ meæ, [ho]mines estis, & ego D[o]minus Deus vester. [Eze]chiel, 34.

Oratio.

Gregi tuo, Pastor b[o]ne, placátus in[ten]de; & oves, quas p[re]tióso Sánguine redem[i]sti, diabólicâ non s[inas] incursióne lacerári; Q[ui] vivis.

Ad Magníf. *Ant.* 4. Oves meæ vocem me[am] aúdiunt: & ego cogno[sco] eas, & sequuntur m[e]: & ego vitam ætern[am] do eis. *Joann.* 10.

Oratio.

Líbera, quæsumus, [Do]mine, à peccátis [et] hóstibus pópulum [tuum] supplicantem; ut, sa[ncta] vivens conversatióne, [nihil] péreat, & grátiæ tuæ p[ræ]sídio semper muniá[tur]. Per Dóminum nost[rum] Jesum Christum.

FERIA QUINT[A].

Ad Benedict. *Ant.* 1 Confusiónis adolescé[ntiæ] tuæ oblivíscéris; in [mi]sericórdia sempit[erna] misertus sum tuî, [dicit] Redemptor tuus Dó[mi]nus. *Isai.* 54.

Oratio.

Deus, qui multíu[m di]ligéntibus multa [pec]cáta remittis; insi

ſtris tui amó-
t, ut ab óm-
tis noſtris tuâ
â liberémur;
um.
℟ *de ſequenti.*
SEXTA.
Officium
SSIONE B. M.
GINIS.
III. Claſſis.
ia in toto Offic.
VESPERIS.
ona 2. D.
puli mei, lu-
nigéniti fac ti-
um amárum.

a. Lácrymæ
maxillis ejus:
ui conſolétur
omnibus caris
1. 1.
. Tórcular cal-
inus vírgini fí-
quóniam inva-
us. *Thren.* 1.
. Fília Sion op-
maritúdine, &c
: omnis decor
1. 1.
f. Ipſa gemens
eſt retrorsùm:
t vehementer,
as conſolató-
n. 1.
m. Ruth, 1.
tis me Noémi,
pulchram, ſed
Mara, id eſt

amáram, quia amaritúdine valdè replévit me Omnípotens.

Hymnus.

Dum ſpargit aram ſánguine
Jeſus ſalútis hóſtia,
Præſens dolóris æmulum
María pectus ímmolat.

Caput cruentum Fílii,
Matris corónat vérticem;
Clavis iiſdem fígitur
Chriſtus cruci, Chriſto parens.

O passiónis mútuæ,
Jeſu, María, cónſcii;
Alterna vobis vúlnera
Inferre tandem párcite.

Quem vos dolétis, noſter eſt
Error furórque críminum;
Totum ſcelus faténtibus
Partem dolóris rédditc.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

℣. Anima mea turbáta eſt valdè; ℟. Sed tu, Dómine, úſquequò? *Pſ.* 6.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Cui comparábo te, fília Jerúſalem? cui exæquábo te, virgo fília Sion? Magna eſt enim velut

mare contrítio tua : quis medébitur tuî ? *Thren.* 2.

Orat. infrà, ad Laudes.

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Remittuntur ei peccáta multa, quóniam dilexit multùm. *Luc.* 7.

℣. Captábunt in ánimam Justi ; ℟. Et sánguinem innocentem condemnàbunt. *Ps.* 93.

Oratio.

Adesto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus ; & quibus fidúciam sperandæ salútis indulges, consuétæ misericórdiæ tríbue benignus effectum ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

AD COMPLETORIUM.

Capitulum. Omnes vos. *pag.* 190. *Hymnus.* Virgo, Dei génitrix, *p.* liij. *in Officio B. M. in Sabbato.*

AD LAUDES.

Antiphona, 5. C.

O vos omnes qui transítis per viam, atténdite, & vidéte si est dolor sicut dolor meus. *Thren.* 1.

Ant. 1. f. Defecérunt præ lácrymis óculi mei : conturbáta sunt víscera mea. *Thren.* 2.

Ant. 8. c. Attenuáti sunt óculi mei, suspi- Dómine, vim pátior. *Isai.* 38.

Ant. 2. D. Obtexit.

Canticum. Thren. 2.

Quómodò obtexit calígine in furóre suo Dóminus * fíliam Sion :

Projécit de cœlo in terram * ínclytam Israel :

Et non est recordátus scabelli pedum suórum,* in die furóris sui ?

Præcipitávit Dóminus, nec pepercit, * ómnia speciósa Jacob :

Destruxit in furóre suo munitiónes vírginis Juda,* & dejécit in terram.

Pólluit regnum & príncipes ejus, * confrégit in ira furóris sui omne cornu Israel.

Avertit retrorsùm déxteram suam * à facie inimíci :

Et succendit in Jacob quasi ignem flammæ * devorantis in gyro.

Tetendit arcum suum quasi inimícus,* firmávit déxteram suam quasi hostis :

Et occídit omne quod pulchrum erat visu, * in tabernáculo fíliæ Sion.

Ant. Obtexit calígine in furóre suo Dóminus fíliam Sion. *Thren.* 2.

Ant. 4. D. Angústia

ſtiæ parturientis : córrui, cùm audírem, cùm vidérem : ténebræ ſtupefecérunt me. *Iſai.* 21.

Capitulum. Thren. 1.

Vide, Dómine, quóniam tríbulor : conturbátus eſt venter meus, ſubverſum eſt cor meum in memetipſa, quóniam amaritúdine plena ſum.

Hymnus.

Illæsa te puérpera,
Non fécerat matrem dolor :
Naſcente quem neſcíveras:
Orbáta ſentis Fílio.

Dum te ſalútat últimùm,
Natóque tradit álteri,
Natúmque tradit álterum,
In morte Chriſtum párturis.

Non ejulantem cérnimus;
Non ungue vellentem comas;
Silénſque plus novit pati
Virtus dolóre fórtior.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Dum turbábitur terra, ℟. Deus in médio ejus; non commovébitur. *Pſ.* 45.

Ad Benedict. Ant. 7. G. Fortis eſt ut mors dilétio: Aquæ multæ non potuérunt exſtínguere caritátem, nec flúmina óbruent illam. *Cantic.* 8.

Oratio.

Da, quæſumus, Dómine, córdibus noſtris íntimum veræ pietátis affectum; ut in tui Fílii paſſióne ſanctíſſimæ matri ejus dignè compatientes, ſalutáris myſtérii fructum percípere mereámur; Per eumdem Dóminum.

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Juſtificábit ipſe Juſtus ſervus meus multos, & iniquitátes eórum ipſe portábit. *Iſai.* 53.

℣. Intende ánimæ meæ, & líbera eam; ℟. Propter inimícos meos éripe me. *Pſ.* 68.

Oratio.

Deus, humáni géneris cónditor & Redemptor; da, quæſumus, ut per reparatiónis noſtræ colláta ſubſídia, te júgiter auxiliánte, ſalvémur; Per Dóminum.

AD HORAS.

In fine Hymnorum dicitur, Qui natus es de Vírgine, &c. *ut ſuprà.*

AD PRIMAM.

Ant. 5. C. O vos omnes.

Capit. Regi sæculórum. *pag.* 182.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine: & *non dicitur* Glória Patri.

CANON proprius habetur ad calcem.

AD TERTIAM.

Ant. 3. E. Defecérunt.

Capitulum. Job. 30.

Interióra mea efferbuérunt absque ulla réquie: prævenérunt me dies afflictiónis: mœrens incedébam.

℟. *brev.* Tribulatiónem * Et dolórem invéni. ℣. Circumdedérunt me * dolóres mortis. * Et dolórem invéni. *Repetitur* ℟. Tribulatiónem. *Ps.* 114.

℣. Sustínui qui simul contristarétur, & non fuit: ℟. Et qui consolarétur, & non invéni. *Ps.* 60.

AD SEXTAM.

Ant. 8. C. Attenuáti sunt.

Capitulum. Thren. 3.

Inundavérunt aquæ super caput meum; dixi: Périi. Invocávi nomen tuum, Dómine, de lacu novíssimo.

℟. *breve.* Usquequò, Deus, * Improperábit inimícus? ℣. Irrítat adversárius * nomen tuum in finem? * Improperábit inimícus. ℟. Usquequò. *Ps.* 73.

℣. Da impérium tuum púero tuo, ℟. Et salvum fac fílium ancíllæ tuæ. *Ps.* 85.

AD NONAM.

Ant. 4. D. Angústiæ.

Capitulum. Jerem. 4.

Vocem quasi parturientis audívi, angústias ut puérperæ: vox fíliæ Sion intermorientis expandentísque manus suas: Væ mihi, quia defécit ánima mea.

℟. *br.* Cor meum conturbátum est: * Derelíquit me virtus mea. ℣. Lumen oculórum meórum, * & ipsum non est mecum. * Derelíquit me virtus mea. ℟. Cor meum. *Ps.* 37.

℣. Tribulatiónem meam ante Dóminum pronuntio, ℟. In deficiéndo ex me spíritum meum. *Ps.* 141.

AD II. VESPERAS.

Antiphona 1. D.

Fecit Dóminus quæ cogitávit: complévit sermónem suum, & non pepércit, & lætificávit super te inimícum. *Thren.* 2.

Ant. 2. D. Plausérunt super te mánibus omnes

tes per viam : si-
it & movérunt
hren. 2.
r. d. Consurge ,
a ; effunde sicut
cor tuum ante
um Dómini : le-
um manus tuas.
..
.c. Perfectus est
cus tuus ; sed ci-
ois perditiónem
X super cervíces
cendes, *Baruch*, 4.
6. F. Nocentes
, qui te vexavé-
t exultátio mul-
s erit in luctum.
, 4.
lum. Jerem. 15.
Dóminus: Si non
íquiæ tuæ in bo-
non occurri tibi
ore afflictiónis,&
oré tribulatiónis
s inimícum.
nus, Dum spargit.
3.
uando consolábe-
Dómina? ℟. Quan-
s de persequénti-
udícium? *Ps.* 118.
lagníf. *Ant.* 4. E.
uior esto : exhor-
im te , qui te no-
; & qui gratulári
. ua . ruína , pu-
Baruch. 4.
ut suprà ad Lau-

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Cáiphas , cùm esset póntifex anni illíus, prophetávit quòd Jesus moritúrus erat pro gente ; & non tantùm pro gente , sed ut fílios Dei qui erant dispersi congregáret in unum. *Joann.* 11.

℣. Captábunt in ánimam Justi ; ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps.* 93.

Oratio.

Miserére , Dómine , deprecántis Ecclésiæ tuæ , & inclinántibus tibi sua corda propitiátus inténde : ut quos unigéniti Fílii tui morte redemísti , nec peccátis fieri permittas obnóxios , nec ópprimi patiáris advérsis ; Per eúmdem.

AD COMPLETORIUM, *ut heri.*

[*Si Officium Compassionis occurrat die* 24. *Martii* , *terminatur ad Nonam : si die* 25. *nulla fit de eo Memoria* , *illo anno*].

SABBATO.
Ante Dominicam Palmarum.

Ad Benedict. Ant. 7. a. Dum lucem habétis , crédite in lucem, ut fílii lucis sitis. *Joann.* xii.

Oratio.

Omnípotens sempiterne Deus, cleméntiam tuam supplíciter exorámus; ut, salutáribus jejúniis castigáti, & bonórum óperum exercitatióne mundáti, ad ventúram festivitátem dignè perveniámus; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Ant. & Psalm. de Psalt.

Capitulum. Jerem. 26.

Cùm complesset Jeremías, loquens ómnia quæ præcéperat ei Dóminus ut loquerétur ad univérsum pópulum, apprehendérunt eum sacerdótes, & prophétæ & omnis pópulus dicens: Morte moriátur. Quare prophetávit in nómine Dómini?

[In Cath. ℟. Post hebdómades sexaginta duas * Occidétur Christus, & in dimídio hebdómadis defíciet hóstia & sacrifícium. ℣. Nihil ad perfectum adduxit lex: melióris testamenti sponsor factus est Jesus. * Occidétur. *Repetitur* ℟. Post hebdómades. *Dan.* 9. *Hebr.* 7.]

Hymnus, Vexilla Regis, 300. ℣. Captábunt, *pag.* 301.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Dico vobis quia non vidébitis me, donec véniat cùm dicétis: Benedictus qui venit in nómine Dómini. *Luc.* 13.

Oratio infrà ad Laudes, pag. 309.

¶ *A Dominica Palmarum usquè ad Dominicam in Albis inclusivè, non fit de ullo Festo novem Lectionum, sed ejus Officium transfertur post Hebdomadam Paschæ.*

De Semiduplici & Simplici occurrente, fit Commemoratio in Laudibus & Vesperis usque ad Vesperas Feriæ IV. exclusivè.

DOMINICA
Palmarum.
Duplex.

AD LAUDES.

Antiphona, 7. d.

Videntes Príncipes sacerdótum, & scribæ mirabília quæ fecit Jesus, & púeros clamantes: Hosanna Fílio David, indignáti sunt. *Matth.* 21.

Ant. 4. f. Dixérunt ad semetipsos: Vidétis quià nihil profícimus? ecce mundus totus post eum ábiit. *Joann.* 12.

Ant. 3. a. Quæréntes Jesum tenére, timuérunt turbas; quóniam sicut

ı eum habé-
ıth. 21.
anticum, Non
ei. *pag.* 298.
:. F. Déderant
n ut, si quis
it ubi sit, ín-
t apprehendant
nn. 11.
g. Conspiráve-
i quis eum con-
esse Christum,
agógam fíeret.

m. Hebr. 12.

táte eum qui ta-
sustínuit à pec-
adversùm se-
ı contradictió-
: ne fatigémini
estris deficien-
iùm enim usque
inem restitistis,
peccátum repu-

us. Crucis tre-
'. Intende, *pag.*
299.
edict. *Ant.* 3. a.
ropinquáret Je-
scensum montis
cœpérunt om-
æ discipulórum
s laudáre Deum
gnâ super ómni-
is víderant, vir-
dicentes: Bene-
ui venit Rex in
Dómini; pax in
cœlo, & glória in excel-
sis. *Luc.* 19.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitandum humilitátis exemplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, & crucem subíre fecisti; concéde propítius, ut & patiéntiæ ipsíus habére documenta, & resurrectiónis consórtia mereámur; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS.

Antiphonæ de Laudibus. Cetera ut in Dominica Passionis, exceptis Canone & Oratione.

AD VESPERAS.

Antiphona, 1. a.

Dícite fíliæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam & pullum fílium subjugális. *Matth.* 21.

Ant. 2. D. Multi vestiménta sua stravérunt in via: álii autem frondes cædébant de arbóribus, & sternébant in via. *Marc.* 11.

Ant. 5. c. Turbæ quæ præcedébant & quæ sequebantur, clamábant, dicentes: Hosanna Fílio David. *Matth.* 21.

Ant. 4. E. Benedictum

qui venit in nómine Dómini. *Matth.* 21.

Ant. 6. *C.* Dico vobis: Quia si hi tacúerint, lápides clamábunt. *Luc.* 19.

Capitulum. Hebr. 5.

Cùm esset Fílius Dei, dídicit ex iis quæ passus est, obediéntiam: & consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi causa salútis ætérnæ.

Hymnus. Vexilla, *p.* 300. ℣. Captábunt, *p.* 301.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Cùm intrasset Jesus Jerosólymam, commóta est universa cívitas dicens: Quis est hic? Pópuli autem dicébant: Hic est Jesus prophéta à Názareth Galilææ. *Matth.* 21.

FERIA SECUNDA.

¶ *Hâc Feriâ, & duabus sequentibus, omnia ut in Feriis Hebdomadæ præcedentis, exceptis his quæ propria hîc habentur.*

AD LAUDES,

Psalmi de Feria.

Antiphona, 8. *toni*, g.

Dixérunt ímpii: Circumveniámus Justum, quóniam contrárius est opéribus nostris, & impróperat nobis peccáta legis. *Sap.* 2.

Ant. 4. d. Tanquam nugáces æstimáti sumus ab illo, & ábstinet se à viis nostris, tanquam ab immundítiis. *Sap.* 2.

Ant. 7. d. Gravis est nobis étiam ad vidéndum, quóniam dissímilis est áliis vita illíus. *Sap.* 2.

Super Canticum Non est, *pag.* 298.

Ant. 1. a. Probémus patiéntiam illíus: morte turpíssimâ condemnémus eum. *Sap.* 2.

Ant. 2. D. Hæc cogitavérunt, & erravérunt: excæcávit enim illos malítia eórum. *Sap.* 2.

Capitulum, Fodérunt. *Hymn.* Crucis, 298. ℣. Intende, *pag.* 299.

Ad Benedict. *Ant.* 3. a. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. *Cant.* 1.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, te supplíciter exorámus; ut sic nostra sanctificentur jejúnia, quátenùs, appropinquante Unigéniti Fílii tui Passióne, bonórum óperum exhibitióne tibi placére valeámus; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS.

Antiph. de Laudibus, quartâ prætermissâ.

D VESPERAS.
'falmi de Feria, & An-
onæ de Laudibus; sic
ras.
'apitulum, Recordáre,
mnus Vexilla. & ℣.
tábunt, pag. 300. &
..
ld Magníf. Ant. 6. F.
ría accépit libram un-
nti nardi písltici pre-
i, & unxit pedes Je-
& domus impléta
ex odóre unguenti.
nt. 12.

Oratio.

argíre nobis, Dómi-
ne, appropinquante
i tui Paffióne, grátiæ
abundántius auxí-
i; ut, per ópera ca-
is, Christi bonum
em ubíque diffundá-
; Per eumdem Dó-
m.

COMPLETORIUM,
rà, pag. 301.

IA TERTIA.
LAUDES.

tiphona, 1. a.
, Dómine, affli-
ónem meam, quó-
rectus est inimí-
ren. 1.
7. b. Collégit fu-
ium in me, &
ns mihi infré-
tra me hostis
, 16.
d. Deus Salvá-
tor meus, de iníquitáte
liberábis me, quia cir-
cumdedérunt me contri-
tiónes mortis. II. Reg. 22.

Super Canticum Non
est spécies, pag. 298.

Ant. 6. F. Dómine,
recordáre meî, & tuére
me ab his qui persequun-
tur me. Jerem. 15.

Ant. 2. D. Vidisti, Dó-
mine, iniquitátem illó-
rum adversùm me: jú-
dica judícium meum.
Thren. 3.

Ad Benedict. Ant. 1. f.
Dedi dilectam ánimam
meam in manu inimicó-
rum ejus. Jerem. 12.

Oratio.

Deus, in cujus præcí-
puis mirabílibus est
humána reparátio, solve
ópera diáboli, & mortí-
fera peccáti víncula dis-
rumpe: ut, destructâ
malignitáte quæ nócuit,
vincat misericórdia quæ
redémit; Per Dóminum.

AD HORAS.

Antiph. de Laudibus,
quartâ prætermissâ.

AD VESPERAS.

Psalmi de Feria, &
Antiphonæ de Laudibus.

Ad Magníf. Ant. 3. c.
Nemo tollit ánimam
meam à me; sed ego
pono eam à meipso, &
potestátem hábeo ponen-

di eam, & potestátem hábeo íterùm sumendi eam. *Joann.* 10.

Oratio.

Concéde nobis, quæsumus, Dómine; ut, nosmetipsos abnegando, crucémque gestando, ita in præsentis vitæ stádio Redemptórem nostrum sequámur, ut ei mereámur adscisci; Per eumdem.

FERIA QUARTA.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. D.

Ecce appropinquávit hora, & Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. *Matth.* 26.

Ant. 2. D. Despiciébant me, & detrahébant mihi: & quem máximè diligébam, adversátus est me. *Job*, 19.

Ant. 3. a. In ore suo pacem cum amíco suo lóquitur, & occultè ponit ei insídias. *Jerem.* 9.

Super Canticum Non est spécies ei, *p.* 298.

Ant. 4. f. Fílius hóminis, secundùm quod definítum est, vadit: verúmtamen væ hómini illi per quem tradétur. *Luc.* 22.

Ant. 8. g. Quod scriptum est, oportet impléri in me: étenim ea quæ sunt de me, finem habent. *Luc.* 22.

Ad Benedict. *Ant.* 8. a. Homo apóstata gráditur ore perverso, ánnuit óculis, pravo corde machinátur malum. *Prov.* 6.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui pro nostris excéssibus incessánter afflígimur, per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur; Qui tecum vivit & regnat.

AD HORAS.

Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermissâ.

Hodiè Vesperæ inchoantur absolutè ab impositione primæ Antiphonæ.

¶ *Officium, deinceps usque ad Pascha, dicitur sine* Deus, in adjutórium, *sine* Glória Patri, *sine* Dóminus vobiscum, *sine* Orémus, *& sine* Benedicámus.

Nec etiàm dicuntur Capitula, ℟℟. *brev. nec Hymni: neque accinitur jubilus in fine Antiphonarum, usque ad Vesp. Sabbati in Albis*].

AD VESPERAS.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 8. g.

Scitis quia post bíduum Pascha fiet, & Fílius hóminis tradétur ut crucifigátur. *Matth.* 26.

Ant.

Ant. 3. b. Tempus
um propè est : euntes
tâte nobis Pascha, ut
nducémus. *Matth.* 26.
c. 22.

Ant. 7. d. Ubi est re-
tio mea, ubi Pascha
n discípulis meis man-
cem ? *Marc.* 16.

Ant. 6. F. Desidério de-
erávi hoc Pascha man-
cáre vobíscum, ánte-
am pátiar. *Luc.* 22.

Ant. 1. G. Dico vobis
ia ex hoc non man-
cábo illud, donec im-
átur in regno Dei.
c. 22.

ontinuò imponitur Ant.
Canticum.

Ad Magníf. *Ant.* 7. d.
i mandúcat mecum
em, levábit contra
alcáneum suum. Di-
obis priusquàm fiat ;
cùm factum fúerit,
itis quia ego sum.
. 13.

itâ Antiph. sine Dó-
vobíscum, *& sine*
is, *dicitur sequens*
Oratio.

ice, quæsumus,
mine, super hanc
n tuam, pro qua
is noster Jesus
non dubitávit
tradi nocén-
& crucis subíre
m ; *sub silentio*
nalis. Bb

dicitur, Qui tecum vivit
& regnat in unitáte Spí-
ritûs sancti Deus, per
ómnia sǽcula seculórum.
Amen.

Et nihil additur : sicque terminantur Horæ usque ad Vesp. Sabbati sancti.

AD COMPLETORIUM.

Incipitur absolutè à Psalmo, Cùm invocá-
rem, *ut in Completor. Dominicæ ; & continuò dicitur Canticum* Nunc
dimittis ; *deindè Oratio* Réspice, *ut suprà.*

¶ *Tribus sequentibus diebus, dictis de more* Pater, Ave, *& ad Primam* Credo. *secretò, Officium incipitur absolutè ab impositione Antiphonæ in primum Psalmum.*

FERIA QUINTA,

In Cœna Domini.

AD LAUDES.

Ps. Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *p.* 95.

Antiphona. 1. G.

Conclúsit me Deus apud iníquum, & mánibus impiórum me trádidit. *Job*, 16.

Psalmus Exaudi, Dómine, justítiam meam, *pag.* cxxx.

Ant. 2. D. Insidiáti sunt mihi, & prævaluérunt ; quasi rupto muro, irruérunt super me. *Job*, 30.

Psalmus Deus, in adjutórium meum intende, *pag.* 143.

Ant. 3. a. Dixérunt: Devorábimus; en ista est dies quam expectabámus: invénimus, vídimus. *Thren.* 2.

Ant. 4. d. Noti mei.

Canticum. II. Reg. 22.

Dóminus petra mea, & robur meum, * & salvátor meus.

Deus fortis meus; sperábo in eum: * scutum meum, & cornu salútis meæ.

Elevátor meus, & refúgium meum: * salvátor meus, de iniquitáte liberábis me.

Laudábilem invocábo Dóminum; * & ab inimícis meis salvus ero.

Quia circumdedérunt me contritiónes mortis: * torrentes Bélial terruérunt me.

Funes inferni circumdedérunt me: * prævenérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocábo Dóminum, * & ad Deum meum clamábo;

Et exaúdiet de templo suo vocem meam, * & clamor meus véniet ad aures ejus.

Ant. Noti mei quasi alièni recessérunt à me; & qui me nóverant, obliti sunt meî. *Job*, 19.

Psalmus Laudáte Dóminum, de cœlis, *p.* 83.

Ant. 5. a. Nunc in memetipso marcescit ánima mea, & póssident me dies afflictiónis. *Job*, 30.

Ad Benedict. *Ant.* 7. d. Manus injecérunt in Jesum, & tenuérunt eum. Tunc discípuli ejus relinquentes eum, omnes fugérunt. *Marc.* 14.

Dum cantatur Canticum Benedictus, *extinguuntur cerei Altaris & lampades per Ecclesiam; ita ut in ultimo versu extinguatur ultimus cereus. Cùm autem dicitur Antiphona, cereus in summitate candelabri triangularis positus aufertur, & absconditur retrò Altare in cornu Epistolæ.*

Deindè à duobus Clericis (retro Altare, vel simili loco remotis) & à Choro alternatìm cantantur sequentes Preces. (Et sic ad Laudes Feriæ VI. & Sabbati sancti.)

PRECES.

Clerici. Kyrie, eléison.
Chorus. Kyrie, eléison.
Cl. Dómine, miserére; parce fámulis. Christus

us factus est obé-
sque ad mortem.
, 2.
us. Kyrie, eléison.
ui dedisti redemp-
, teipsum pro óm-
I. Tim. 2.
us. Christe, eléison.
ui à Juda ósculo
s, sicut ovis ad oc-
n ductus es. Luc.
i. 53.
us. Christe, eléison.
ui exaltátus à ter-
nia traxisti ad te.
Joann. 12.
us. Christe, eléison.
ui per Prophétam
: Ero mors tua, ô
Os. 13.
us. Kyrie, eléison.
Auctor vitæ per
a destruxit eum
bébat mortis im-
, Act. 3. Hebr. 2.
us. Kyrie, eléison.
forti prædam ábs-
x, expólians po-
, palàm trium-
. Is. 49. Coloss. 2.
us. Kyrie, eléison.
te, miserére, parce
s: Christus Dómi-
ctus est obédiens
ad mortem. Phi-

Mortem autem cru-
ilipp. 2.
ndè dicitur Pater
, &c. integrè, &

secretò; posteà, mediocri voce, Psalmus Miserére, *p. 176. quem omnes, alternis Choris, & flexis génibus prosequuntur: quo finito, Celebrans, flexis génibus, dicit simili voce sequentem Orationem, sine* Orémus.

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & Crucis subíre torméntum: *secretò;* Qui tecum vivit.

Finitâ Oratione, fit à solo Celebrante trina percussio super librum vel cathedram, in signum discedéndi à Choro. Mox profertur cereus accensus, & omnes cum silentio discedunt.

AD HORAS.

Dictis secretò Pater, Ave. *& ad Primam* Credo. *absolutè inchoantur à Psalmis de Dominica, qui hodie recitantur in Choro in tono Psalmodiæ; excepto quòd ad Primam, loco Psalmi,* Confitémini, *dicitur Psalmus,* Deus, in nómine tuo salvum me fac, *pag.* 104. *Omittitur Symbolum* Quicumque, *Psalmis finitis*

dicitur, flexis genibus, ℣. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deinde dicitur integrè & secretò Pater noster; *posteà, mediocri voce, Psalmus* Miserére, *pag.* 176. *quo finito, dicitur simili voce Orat.* Réspice, *suprà*.

Omittitur Officium Capituli.

AD VESPERAS.

Factâ Communione in Missa, Vesperæ inchoantur absolutè à prima Ant.

Psalmus Dilexi; quóniam exaúdiet Dóminus, *pag.* 173.

Antiphona. 8. g.

Spíritus oris nostri Christus Dóminus captus est in peccátis nostris. *Thren.* 4.

Ps. Crédidi, propter quod locútus sum, *p.*139.

Ant. 2. D. Occidétur Christus, & non erit ejus pópulus qui eum negatúrus est. *Dan.* 9.

Ps. Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, *pag.* 109.

Ant. 4. d. Sicut ovis ad occisiónem ducétur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. *Isai.* 53.

Ps. Levávi óculos meos in montes, *pag.* 109.

Ant. 3. a. Dabit percutienti se maxillam, saturábitur oppróbriis. *Thren.* 3.

Ps. Beáti omnes qui tíment Dóminum, *pag.* 123.

Ant. 7. b. Oblátus est quia ipse vóluit, & non apéruit os suum. *Is.* 53.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Christus unâ oblatióne consummávit in sempiternum sanctificátos. *Hebr.* 10.

Finitâ Antiphonâ, Celebrans, conversus ad populum, dicit Dóminus vobiscum, *deindè Postcommunionem, ut in Missali; & sic Missa & Vesperæ simul terminantur.*

¶ *Extra Chorum, dictis* Pater. Ave. *Vesperæ dicuntur ut suprà; &, post Antiphonam ad* Magníf. *dicitur, flexis genibus*, ℣. Christus factus est, *deindè* Pater. *Ps.* Miserére, &c. *ut suprà, p.* 176.

Completorium *incipitur absolutè à Psalmis Dominicæ: quibus finitis, continuò subjungitur Canticum* Nunc dimittis. ℣. Christus factus est, *deindè* Pater. *Ps.* Miserére, &c. *ut suprà, pag.* 176.

Complet. hodiè non di-

ur in Choro, sed pri-
itim.

ERIA SEXTA,
In Parasceve.
AD LAUDES.
Ps. Verba mea auribus
recipe, Domine, p. 116.
Antiphona. 1. D.
Deus quæ prænuntiá-
vit per os ómnium
rophetárum pati Chri-
sum suum, sic implévit
ff. 3.
Ps. Quemádmodum
desíderat, cum sua divi-
sione, pag. 133.
Ant. 2. F. Vidimus
eum, & non erat aspe-
tus; & desiderávimus
um, despéctum & no-
íssimum virórum; vi-
m dolórum, & scien-
m infirmitátem. Is. 53.
Ps. Miserére meî,
us, miserére meî, p.
1.
Ant. 3. a. Verè, lan-
res nostros ipse tulit,
dolóres nostros ipse
rvit. Isai. 53.
t. 2. D. Nos putávi-

ticum. Thren. 3.
cávi nomen tuum,
mine, * de lacu no-

m meam audi-
ne avertas aurem
singultu meo, &
bus.

Appropinquasti in die,
quando invocávi te: *
dixisti: Ne tímeas.
Judicasti, Dómine,
causam ánimæ meæ: *
Redemptor vitæ meæ.
Vidisti, Dómine, ini-
quitátem illórum adver-
sùm me: * júdica judí-
cium meum.
Vidisti omnem furó-
rem, * univérsas cogi-
tatiónes eórum adver-
sùm me.
Audisti opprobrium
eórum, Dómine, * om-
nes cogitatiónes eórum
adversùm me.
Lábia insurgéntium
mihi; * & meditatió-
nes eórum advérsùm me
totâ die.
Sessiónem eórum, &
resurrectiónem eórum
vide; * ego sum psal-
mus eórum.
Reddes eis vicem, Dó-
mine, * juxta ópera má-
nuum suárum.
Ant. Nos putávimus
eum quasi leprósum,
& percussum à Deo &
humiliátum: ipse autem
attritus est propter scé-
lera nostra. Isai. 53.
Ps. Cantáte Dómino
cánticum novum; laus
ejus, pag. 167.
Ant. 4. d. Tanquàm
ovis, ad occisiónem du-

ctus est; &, sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non apéruit os suum. *Act.* 8.

Ad Benedict. *Ant.* 8. c. Imposuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judæórum. *Matth.* 27.

Kyrie, *ut suprà, p.* 314.

AD HORAS.

Post Psalmos dicitur: Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Philipp.* 2.

Cetera ut heri.

AD VESPERAS.

Dicuntur sine cantu Psalmi & Ant. sequentes; Celebrans autem, cum Ministris, recitat Vesperas ad Altare.

Ps. Nisi quia Dóminus erat in nobis, *pag.* 109.

Antiphona.

Próprio Fílio suo non pepercit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum. *Rom.* 8.

Ps. Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea, *pag.* 155.

Ant. Eum qui non nóverat peccátum, pro nobis peccátum fecit, ut nos efficerémur justítia Dei in ipso. *II. Cor.* 5.

Ps. Eripe me, Dómine, ab hómine malo, cum sua divisione, *p.* 155.

Ant. In Christo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum. *Coloss.* 1.

Ps. Dómine, clamávi ad te, exaudi me, *p.* 175.

Ant. Trádidit semetipsum pro nobis oblatiónem & hóstiam Deo in odórem suavitátis. *Ephes.* 5.

Ps. Voce meâ ad Dóminum clamávi, *p.* 156.

Ant. In fide vivo Filii Dei qui diléxit me, & trádidit semetipsum pro me. *Galat.* 2.

Ad Magníficat, *Ant.* Sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit: Sítio. Cùm ergo accepisset acétum, dixit: Consummátum est. Et, clamans voce magnâ, ait: Pater, in manus tuas commendo spíritum meum. Et, hæc dicens, expirávit. *Joann.* 19. *Luc.* 23.

Oratio, Réspice quæsumus, Dómine, *pag.* 315.

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut in Feria V. in Cœna Domini, p. 316.

SABBATO SANCTO.

AD LAUDES.

Ps. Júdica me, Deus, & discerne, *pag.* 134.

℟. *Antiphona* 1. D.

In pace factus est locus ejus... [Lamentations text]

Projecta est in lacum vita mea, & posuérunt lápidem super me. *Thren.* 3.

Ps. Deus ultiónum Dóminus, *cum sua divisione, pag.* 106.

Ant. 3. a. Ne lætéris, inimíca mea, super me: consúrgam, cùm sédero in ténebris. *Mich.* 7.

Ps. Dómine, exaudi oratiónem meam: áuribus pércipe, *p.* lxxiv.

Ant. 4. E. Ero mors tua, ô mors: morsus tuus ero, inferne! *Os.* 13.

Ant. 1. D. Terræ vectes.

Canticum. Jon. 2.

Clamávi de tribulatióne mea ad Dóminum, * & exaudívit me.

De ventre ínferi clamávi, * & exaudísti vocem meam.

Et projecísti me in profúndum in corde maris, * & flumen circúmdedit me.

Omnes gúrgites tui & fluctus tui, * super me transiérunt.

Et ego dixi: Abjectus sum à conspectu oculórum tuórum: * verúmtamen rursùs vidébo templum sanctum tuum.

Circumdedérunt me aquæ * usque ad ánimam.

Abyssus vallávit me: * pélagus opéruit caput meum.

Ad extréma móntium descéndi, * terræ vectes conclusérunt me in ætérnum.

Et sublevábis de corruptióne vitam meam, * Dómine Deus meus.

Cùm angustiarétur in me ánima mea, * Dómini recordátus sum:

Ut véniat ad te orátio mea, * ad templum sanctum tuum.

Qui custódiunt vanitátes frustrà, * misericórdiam suam derelínquunt.

Ego autem in voce laudis immolábo tibi, * quæcúmque vovi, reddam pro salúte Dómino.

Ant. Terræ vectes conclusérunt me: & sublevábis de corruptióne vitam meam, Dómine Deus meus. *Jon.* 2.

Ps. Laudáte Dóminum in sanctis ejus, *p.* 56.

Ant. 8. g. Penetrábo omnes inferiores partes terræ, & inspíciam omnes dormientes, & illuminábo omnes sperantes in Dómino. *Eccli.* 24.

Ad Benedict. Ant. 7. d. Mulíeres vidérunt monuméntum, & quemádmo-

dùm pósitum erat corpus Jesu, & revertentes paravérunt arómata. *Luc.* 23.

Kyrie, *ut suprà, p.* 314.

AD HORAS.

Post Psalmos dicitur :

Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: própter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen quod est super omne nomen. *Philipp.* 2.

Cetera ut suprà, p. 315. *&* 316.

AD VESPERAS.

Factâ Communione in Missa, Vesperæ cantantur in Choro, & absolutè incipiuntur ab Antiphona sequenti.

Ant. 5. C. Allelúia.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, &c.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum, Hymnus & ℣. non dicuntur.

¶ *Antiph. duplicatur.*

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Cùm transísset Sábbatum, María Magdaléne, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, ut venientes úngerent Jesum, allelúia. *Marc.* 16.

Finitâ Antiphonâ, Celebrans, conversus ad populum, dicit Dóminus vobíscum; *deindè Postcommunionem.*

Oratio.

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infunde, ut quos sacraméntis Paschálibus satiásti, tuâ fácias pietáte concórdes; Per Dóminum.... in unitáte ejúsdem Spíritûs.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Diaconus dicit : Ite, Missa est. ℟. Deo grátias.

[*Extra Chorum, dictis* Pater. *&* Ave. *Vesperæ dicuntur ut suprà, sine impositione Antiphonæ ante Psalmum* Laudáte, &c.

Post Orationem dicitur:

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.]

AD COMPLETORIUM.

Pater. Ave.

Converte nos.

Allelúia. [*Nec ampliùs dicitur* Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ].

Psalmi de Dominica.

nt. 2. b. Allelúia.
ymnus, Capitulum & reve non dicuntur.
ld Nunc dimittis.
8. g. Véspere Sábba- uæ lucescit in prima iati, venit María gdaléne, & áltera Ma- vidére sepulchrum; úia. Matth. 28.
.Dóminus vobiscum.
Et cum spíritu tuo.
ratio. Vísita.
.Dóminus vobiscum.
Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè, submissâ voce, dicitur:

Grátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei & communicátio sancti Spíritûs sit cum ómnibus nobis. ℟. Amen. II. Cor. 13.

℣. Fidélium ánimæ, &c.

Deniquè dicitur Antiph. Regína cœli, ut habetur suprà, post Completorium Sabbati, pag. 194.

N DIE SANCTO PASCHÆ.

Annuale.

D LAUDES.
Psalmi de Dominica.
Antiphona. 8. G.
erbum misit Deus, annúntians pacem Jesum: hunc Deus itávit tértiâ die: alle-. Act. 10.
Ant. 1. D. Dedit eum is manifestum fieri, i omni pópulo, sed ibus præordinátis à : allelúia. Act. 10.
Ant. 2. D. Surgens Jesus manè primâ Sábbati appáruit primò Maríæ Magdalénæ: allelúia. Marc. 16.

Antiph. 5. a. Occurrit muliéribus.

Canticum. Isai. 63.

Quis est iste qui venit de Edom? * tinctis véstibus de Bosra?

Iste formósus in stola sua, * grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ?

Ego qui loquor justí-

tiam, * & propugnátor sum ad salvandum.

Quare ergo rubrum est induméntum tuum? * & vestiménta tua sicut calcántium in torculári?

Tórcular calcávi solus, * & de géntibus non est vir mecum.

Calcávi eos in furóre meo, * & conculcávi eos in ira mea.

Et aspersus est sanguis eórum super vestiménta mea, * & ómnia induménta mea inquinávi.

Dies enim ultiónis in corde meo, * annus redemptiónis meæ venit.

Circumspexi, & non erat auxiliátor: * quæsívi, & non fuit qui adjuváret.

Et salvávit mihi bráchium meum, * & indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.

Ant. Occurrit muliéribus dicens: Avéte: illæ autem accessérunt, & tenuérunt pedes ejus, & adoravérunt eum: allelúia. *Matth.* 28.

Ant. 3. a. Surrexit Dóminus vere, & appáruit Simóni: allelúia. *Luc.* 24.

Loco Capituli, Hymni & ℣. dicitur Hæc dies quam fecit Dóminus, exultémus & lætémur in ea. *Ps.* 117.

[*Antiphonæ ad* Bened. *& ad* Magníf. *sive in I. sive in II. Vesp. duplicantur in Annualibus & in Duplicibus I. & II. Classis*].

Ad Benedíct. *Ant.* 6. F. Surrexit Jesus: recordámini quáliter locútus est dicens: Quia oportet Fílium hóminis tradi in manus hóminum peccatórum, & crucifígi, & die tértiâ resúrgere: allelúia. *Luc.* 24.

Oratio.

Deus, qui hodiérnâ die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devictâ morte, reserásti; vota nostra quæ præveniendo aspíras, étiam adjuvando proséquere; Per eumdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD HORAS.

Psalmi de Dominica.

[*Ad Primam non dicitur Symb.* Quicumque].

Dicto Deus, in adjutórium, *non dicitur Hymnus, sed absolutè inchoatur Psalm. de* 2. *in* b. *& loco Ant. Cap.* ℟℟. ℣℣. *brev.*

dicitur Allelúia. *Deindè*, Hæc dies. *rà ; & statim dici-* óminus vobiscum. *atio quæ, ad Pri- est Oratio solita ; equitur Lectio Mar- jii, & reliquum Ca- Officium, ad cujus tionem legitur Ca- li habetur ad cal-*

VESPERAS.

lmi de Dominica.

tiphona, 1. D. orpta est mors in ictória. Ubi est, , victória tua ? ubi ors, stímulus tuus ? a. *I. Cor.* 15.

t. 6. C. Salvátor Jesus Christus de- quidem mortem ; ávit autem vitam, ruptiónem, alle- . *Tim.* 1.

7. G. Suscitávit ùm à mórtuis, jam non rever- corruptiónem : *Act.* 13.

F. In hoc Chri- tus est & re- it & mortuó- vórum domi- úia. *Rom.* 14.

L. Per resur- ius ex mór- ivit nos Pa- ditátem in- corruptíbilem & incontaminátam : allelúia. *I. Petri* 1.

Loco Capituli, Hymni & ℣. dicitur Hæc dies, &c.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Cùm esset serò die illo, & fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti, venit Jesus, & stetit in médio, & dixit eis : Pax vobis ; & osténdit eis manus & latus. Gavísi sunt discípuli viso Dómino : allelúia. *Joann.* 20.

Orat. Deus, *ad Laudes.*

Dicto Benedicámus Dómino, &c. *fit Processio ad Fontes.*

Eundo cantatur :

℟. Consepulti sumus cum Christo per baptísmum in mortem ; * Ut † Quómodò Christus surrexit à mórtuis per glóriam Patris, ita & nos in novitáte vitæ ambulémus : allelúia. ℣. Quicumque baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ipsíus baptizáti sumus : * Ut quómodò. Glória Patri. † Quómodò. *Rom.* 6.

℣. Beáta gens cujus est Dóminus Deus ejus ; ℟. Pópulus quem elégit in hæreditátem sibi. *Ps.* 32.

Dicitur & per Octavam sequens

Oratio.

Deus, qui ad ætérnam vitam in Christi resurrectióne nos réparas; imple pietátis tuæ ineffábile sacramentum: ut, cùm in majestáte sua Salvátor noster advénerit, quos fecisti Baptísmo regenerári, fácias beátâ immortalitáte vestíri; Per eumdem Christum.

In Ecclesiis in quibus non sunt Fontes, cantatur in Choro Responsorium ut suprà.

Eundo ad Stationem ante Crucifixum, cantatur:

℟. Ego sum primus & novíssimus; & vivus, & fui mórtuus: * Et † Ecce sum vivens in sécula seculórum; & hábeo claves mortis & inferni: allelúia, allelúia. ℣. Dómine, eduxisti ab inferno ánimam meam; salvasti me à descendéntibus in lacum. * Et ecce. Glória. † Ecce. *Apoc.* 1. *Ps.* 29.

℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, ℟. Hic factus est in caput ánguli. *Ps.* 117.

Oratio.

Deus, cujus Fílius pro nobis crucifixus mundum redímere dignátus est: præsta ut, qui de nostra redemptióne lætámur, æternis gaúdiis, te donante, perfruámur; Per eumdem Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè Celebrans incipit Completorium. Converte nos, Deus.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica.

Ant. 2. b. Allelúia.

Hymnus, Capitulum & ℟. breve non dicuntur.

Ad Nunc dim. *Ant.* 2. A. Hæc dies quam fecit Dóminus: exultémus & lætémur in ea. *Ps.* 117.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio. Vísita.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè Grátia Dómini, &c. Fidélium, &c. *Denique Antiph.* Regína cœli, *suprà post Completorium Sabbati, p.* 194.

DIEBUS INTRA OCTAVAM Paschæ.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

A D LAUDES.
Ant. Psalmi & Canti-
, per totam Octavam,
n ipsa Die, p. 321.
Ad Benedict. Antipho-
& Orat. propriæ, ut in-
, in qualibet die.
Non duplic. autem An-
tona ad Benedict. ne-
ad Magníf.
A D HORAS.
Psalmi & reliqua ut in
Paschæ, præter Orat.
CANON unicuique
i assignatur, & habetur
calcem.
AD VESPERAS.
Dicuntur Psalmi &
tiph. ut in die Paschæ.
Ad Magníf. Antiphona
Orat. propriæ, ut infrà,
ualibet die.
n Processione ad Fon-
te. & Oratio, & Sta-
nte Crucifixum, ut
e Paschæ.
COMPLETORIUM,
ord, pag. 324.
IA SECUNDA.
lex III. Classis.
Benedict. Ant. 3. a.
ns Jesus à Móyse
nibus prophétis,
tabátur illis in
s scriptúris quæ
erant: allelúia.

Oratio.
qui solemnitáte
háli mundo re-
lis. Cc *

média contulisti; pópulum tuum, quæsumus, cœlesti dono prosequere, ut & perfectam libertátem consequi mereátur, & ad vitam profíciat sempiternam; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Evánuit Jesus ex óculis eórum, & dixérunt ad ínvicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via? Et regressi sunt in Jerúsalem, & invenérunt congregátos úndecim, & narrábant quómodò cognovérunt eum in fractióne panis: allelúia. *Luc.* 24.

FERIA TERTIA.
Duplex III. Classis.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G. Dixit eis: Vidéte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpáte, & vidéte quia spíritus carnem & ossa non habet, sicut me vidétis habére: & ostendit eis manus & pedes: allelúia. *Luc.* 24.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multiplícas; concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivendo téneant, quod fide percepérunt; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Sic oportébat Christum pati, & resúrgere à mórtuis tértiâ die; & prædicári in nómine ejus pœniténtiam & remissiónem peccatórum in omnes gentes: allelúia. *Luc.* 24.

FERIA QUARTA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Dicit eis Jesus: Veníte, prandéte: & nemo audébat discumbéntium interrogáre eum: Tu quis es? sciéntes quia Dóminus est: allelúia. *Joann.* 21.

Oratio.

Deus, qui nos Resurrectiónis Domínicæ ánnuâ solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut, per temporália festa quæ ágimus, perveníre ad gaúdia æterna mereámur; Per eumdem Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Accipit Jesus panem; & dat discípulis suis, & piscem simíliter. Hoc jam tértiò manifestátus est Jesus discípulis suis, cùm resurrexisset à mórtuis: allelúia. *Joann.* 21.

FERIA QUINTA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Dicit Jesus: María. Convérsa illa dicit ei: Rabbóni, quod dícitur magister: allelúia. *Joann.* 20.

Oratio.

Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunasti; da ut renátis fonte baptísmatis, una sit fides méntium & píetas actiónum; Per Dóminum.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Venit María Magdaléne annúntians discípulis, quia, Vidi Dóminum: allelúia. *Joann.* 20.

FERIA SEXTA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. f. Euntes docéte omnes gentes serváre ómnia quæcumque mandávi vobis: allelúia. *Matth.* 28.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paschále sacramentum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulisti; da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, imitémur efféctu; Per.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus usque ad consummatiónem séculi: allelúia. *Matth.* 28.

SABBATO

In Albis.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 8. G.

troívit in monu-
, & vidit linteá-
ita, & sudárium
:rat super caput
unc introívit &
ulus qui vénerat
& vidit & crédi-
úia. *Joann.* 20.
Oratio.
le, quæsumus,
potens Deus, ut
urrectiónis Do-
solémnia cóli-
nnovatióne tui
l morte ánimæ
us; Per eumdem
n..... in unitáte

MINICA
n Albis.
e *III. Classis.*
VESPERIS.
: *de Sabbato.*
hona. 1. D.
:távit nos Deus
spem vivam,
rrectiónem Jesu
: mórtuis in hæ-
n incorruptíbi-
lúia. *I. Petr.* 1.
D. Christus trá-
propter delícta
resurrexit prop-
icatiónem nos-
elúia. *Rom.* 4.
. a. Pro ómni-
ius est Christus,
i vivunt, jam
vivant; sed ei
ssis mórtuus est,

& resurrexit: allelúia. *II. Cor.* 5.

Ant. 4. A. Salvos nos fecit Deus per lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritûs sancti, quem effúdit in nos abundè per Jesum Christum: allelúia. *Tit.* 3.

Ant. 5. a. Nunc solúti sumus à lege mortis, ut serviámus in novitáte Spíritûs, & non in vetustáte litteræ: allel. *Rom.* 7.

Capitulum. I. Cor. 5.

Pascha nostrum immolátus est Christus: itaque epulémur, non in fermento véteri, neque in fermento malítiæ & nequítiæ, sed in ázymis sinceritátis & veritátis.

Hymnus.

HERÓUM táceat glória fútilis:
Quid vicêre viri cœdibus ínclyti?
Cui quondàm lícuit súrgere mórtuis?
Morti jura quis ímperet?
VIVIS, Christe, necis victor & ínferi:
Devicisse necem non datur álteri:
Non unquàm túmuli pándere límina:
Tu vis; & patet óstium.

Ut quid thura Deo,
pérfida gens, negas?
Miro nunc óperi cédite
súbditi:
En se, quem penès est
sponte resúrgere,
Quàm vitæ Dóminum
probat!

Non ultrà récidet
victima fúneris:
Hic lethi-ne cadet vúlnere
sáucius,
Per quem fractus hebet
mortis acúleus,
Cui mors flectit & inferi?

Christi gratuito
múnere réddita
Vitâ quisque sibi vívere
próvidens,
Invictus máneat: nec fidei
datam
Ausit fállere déxteram.

Sit laus summa Patri
súmmaque Fílio
Qui victor, dómitâ morte,
renáscitur:
Nec sit, Sancte, tibi, nexus
amábilis,
Impar glória, Spíritus.
Amen.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt. *Ps.* 88.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Per Resurrectiónem Iesus deglútiit mortem, ut vitæ ætérnæ hærédes efficerémur: allelúia. *I. Petr.* 3.

Oratio, Præsta, quæsumus. *infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Sabbato.

Reliqua in Proprio Temporis Paschalis, pag. 336.

A D L A U D E S.

Psalmi de Domin. cum Cantico Quis est. *infrà in Proprio Temporis Paschalis, p.* 331. *sub Antiphonis sequentibus.*

Antiphona, 1. G.

Deus suscitávit Christum à mórtuis, & dedit ei glóriam, ut fides vestra & spes esset in Deo: allelúia. *I. Petr.* 1.

Ant. 8. c. Quem Deus suscitávit à mórtuis, per hunc remíssio peccatórum annuntiátur: in hoc omnis qui credit, justificátur: allelúia. *Act.* 13.

Ant. 3. a. Deus propter nímiam caritátem suam quâ dilexit nos, & cùm essémus mórtui peccátis, convivificávit nos in Christo: all. *Ephes.* 2.

Super Cantic. Quis est.

Ant. 5. a. Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte, & mundáret sibi pópulum acceptábilem: allelúia. *Tit.* 2.

Ant. 2. D. Si complantáti facti sumus similitú-

ini mortis ejus, simul : Resurrectiónis érimus: lelúia. *Rom. 6.*

Capitulum. Act. 2.

Providens David, locútus est de Resurrectióne Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus idit corruptiónem. Hunc esum resuscitávit Deus.

Hymn. Auróra. ℣. Dóminus regnavit. *infrà in Proprio, pag.* 352.

Ad Benedict. Ant. 7. G. Dicit Jesus Thomæ: Infer dígitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli esse incrédulus, sed fidélis. Respondit Thomas: Dóminus meus, & Deus meus: allel. *Joann.* 20.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus; ut qui Paschália festa peregimus, hæc, te largiente, móribus & vitâ teneámus; Per Dóminum.

AD HORAS.

Dicuntur Hymni cum Strophe Da, Christe. & *Doxologia* Sit laus Patri. *ut infrà, pag.* 332.

Psalmi de Dominic. sub Antiphonis de Laudibus, ut suprà.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Deus suscitávit.

Dicitur Symbol. Quicumque. *Capitul.* Regi seculórum. ℟. *brev. cum duplic.* Allelúia. ℣. Qui surrexisti, &c. *ut infrà, pag.* 333.

Cætera ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Quem Deus.

Capitulum. Act. 10.

Jesum Deus suscitávit tértiâ die. Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum.

℟. *br.* Vivit Dóminus, & benedictus Deus meus: * Allelúia, allelúia. ℣. Et exaltétur Deus salútis meæ: * Allel. allel. Glória. ℟. Vivit. *Ps.* 17.

℣. Audítam fácite vocem laudis ejus, ℟. Qui pósuit ánimam meam ad vitam. *Ps.* 65.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Deus.

Capitulum. II. Tim. 1.

Grátia quæ data est nobis in Christo Jesu ante témpora seculária, manifestáta est nunc per illuminatiónem Salvatóris nostri, qui destruxit mortem.

℟. br. Reddam, Dómine, laudatiónes tibi ; * Allelúia, allel. ℣. Quóniam eripuísti ánimam meam de morte. * Allel. allelúia. Glória Patri. ℟. Reddam. Ps. 55.

℣. Notas mihi fecisti vias vitæ ; ℟. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo. Ps. 15.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Si complantáti.

Capitulum. II. Tim. 2.

Fidélis sermo : Si commórtui sumus, & convivémus ; si sustinébimus, & conregnábimus.

℟. br. Non discédimus à te, Dómine ; * Allel. allel. ℣. Vivificábis nos. * Allelúia, allel. Glória. ℟. Non. Ps. 79.

℣. Apud te est fons vitæ, ℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen. Ps. 35.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Dominicâ.

Antiphona. 1. D.

Allelúia, quóniam regnávit Dóminus Deus noster omnípotens : allelúia. Apoc. 19.

Ant. 2. D. Gaudeámus & exultémus, & demus glóriam ei : allelúia. Apoc. 19.

Ant. 3. a. Beáti qui lavant stolas suas in sanguine Agni : allelúia. Apoc. 22.

Ant. 4. A. Sedenti in throno, & Agno, benedíctio & honor in sǽcula sæculórum : allel. Apoc. 5.

Ant. 5. a. Laudem dícite Deo nostro, omnes servi ejus, & qui timétis eum : allelúia, allel. Apoc. 19.

Capitulum. I. Thess. 1.

Conversi estis ad Deum, servíre Deo vivo & vero, & expectáre Fílium ejus de cœlis, quem suscitávit ex mórtuis, Jesum.

Hymn. Exurge, p. 335.

℣. Redémit nos ab inimícis nostris ; ℟. Quóniam in æternum misericórdia ejus. Ps. 135.

Ad Magníf. Ant. 8. g. Dixit Jesus Thomæ : Quia vidisti me, Thoma, credidisti ; beáti qui non vidérunt & credidérunt : allelúia. Joann. 20.

Oratio, suprà ad Laudes.

AD COMPLET. ut in Prop. Temp. Pasch. p. 336.

PROPRIUM TEMPORIS PASCHALIS.

IN DOMINICIS TEMPORIS PASCHALIS.

Duplex.

Omnia ut in Dominicâ in Albis, exceptis quæ sequuntur.

In I. Vesp. Psalmi de Sabbato cum quinque Ant. I. Vesper. Dominicæ in Albis, p. 327. Capitulum, Antiphon. ad Magn. & Orat. propria sunt. Hymn. Herόum, *pag.* 327.

Ad Laudes & ad Vesperas, omnia ut in Dominica in Albis, præter Capitula, Antiph. ad Benedict. *& ad* Magníficat *& Orationem.*

AD HORAS.

Omnia ut in eadem Dominica præter Can. ad Primam, & Orat. ad ceteras Horas.

Ad Completorium, *ut infrà, pag. 336.*

IN FERIIS
Temporis Paschalis,
usque ad Ascensionem Domini.

AD LAUDES.

Psalmi Feriales cum Cantico, ut infrà sub unica Antiph. 2. D. Deus.

Canticum. Isai. 63.

Quis est iste qui venit de Edom? * tinctis véstibus de Bosra?

Iste formósus in stola sua, * grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ?

Ego qui loquor justítiam, * & propugnátor sum ad salvandum.

Quare ergò rubrum est indumentum tuum? * & vestimenta tua sicut calcántium in torculári?

Tórcular calcávi solus, * & de géntibus non est vir mecum.

Calcávi eos in furóre meo, * & conculcávi eos in ira mea.

Et aspersus est sanguis eórum super vestimenta mea, * & ómnia indumenta mea inquinávi.

Dies enim ultiónis in corde meo, * annus redemptiónis meæ venit.

Circumspexi, & non erat auxiliátor: * quæsívi, & non fuit qui adjuváret.

Et salvávit mihi bráchium meum, * & indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.

Glória Patri.

Ant. Deus suscitávit Christum à mórtuis, & dedit ei glóriam, ut fides vestra & spes esset in Deo: allel. *I. Petr.* 1.

Capitulum. I. Petr. 1.

Benedictus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi qui, secundùm misericórdiam suam magnam, regenerávit nos in spem vivam, per Resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem.

Hymnus.

AURORA lucis dum novæ
Spargit polum fulgóribus;
Victóris Agni júbilans
Orbis triumphos pérsonet.

FUSO Redemptor sánguine
Piávit orbis crímina;
Scissóque sanctuárium
Patére dat velámine.

GRANUM solo recónditum
Iners manére non potest;
Vix mórtuum jam gérminat:
Hinc quanta púllulat seges!

NON destruuntur fúnere,
Sed seminantur córpora:
Fecit resurgendi viam
Surgens ab inferis Deus.

AFFIXA cum Christo cruci,
Christo caro commórtua,
Et ipsa surget spléndidis
Christi decóra dótibus.

¶ DA, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere;
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.

¶ *Ad omnes Hymnos ejusdem metri, dicitur strophe*, Da, Christe, & *Doxologia* Sit laus Patri, *ut supra, usque ad Ascensionem, nisi aliter notetur.*

℣. Dóminus regnávit, decórem indútus est; ℟. Indútus est Dóminus fortitúdinem. *Ps.* 92.

Ad Benedict. *Dicuntur Ant. sequentes, secundum Feriam, ut infra, cum Oratione Dominicæ præcedentis.*

Feriâ II. ad Benedic

Ant. 1. a. Deus nos co resuscitávit in Christo ut osténderet abundar divítias grátiæ suæ bonitáte super nos Christo Jesu: allel *Ephes.* 2.

Feriâ III. ad Bene

Ant. 8. g. Prædesti nos Deus in adopti filiórum per Jesum stum, in quo hal redemptiónem per guinem ejus: al *Ephes.* 1.

Feriâ IV. ad Be

Ant. 5. C. Supera vit grátia Christi bis; in quo forn

;, in laudem glóriæ
allelúia. *Ephes.* 1.
id V. ad Benedict.
;. a. Si mórtui su-
cum Christo ; cré-
s' quia simul étiam
ius cum Christo :
ia. *Rom.* 6.
id VI. ad Benedict.
8. c. Sicut portávi-
imáginem hóminis
.i, portémus & imá-
i cœlestis : allelúia.
r. 15.
In Sabbatis fit de
t M. V. nisi occur-
Festum semiduplex
tprà].
Orationem fit Com-
ratio Festi simplicis,
d occurrit.
on fiunt Suffragia
orum, toto Tempore
tali ; sed, post Com-
r. occurrentes, sola
ommemoratio de S.
in Feriis tantùm,
quitur :
t. Christus crucifixus
infirmitáte ; sed vi-
t virtúte Dei : allel.
r. 13.
Dícite in natióni-
℟. Quia Dóminus
ivit (à ligno). *Ps.*

Oratio.

eus, qui pro nobis
Fílium tuum Crucis
ulum subíre voluísti,
ut inimíci à nobis ex-
pélleres potestátem ; con-
céde nobis fámulis tuis,
ut Resurrectiónis grátiam
consequámur ; Per eum-
dem Dóminum.

AD PRIMAM.

Psalmi de Feria, & sic ad alias Horas.

Ant. 8. g. Cùm mórtui
essétis in delíctis, convi-
vificávit vos cum Christo
Deus, donans vobis óm-
nia delícta : allelúia. *Co-
loss.* 2.

Capitulum. Ephes. 5.

Erátis aliquando té-
nebræ, nunc autem
lux in Dómino. Ut fílii
lucis, ambuláte ; fru-
ctus enim lucis est in
omni bonitáte, & justí-
tia, & veritáte : pro-
bantes quid sit benepla-
citum Deo.

℟. *breve.* Christe Fili
Dei vivi, miserére no-
bis : * Allelúia, allelúia.
℣. Qui surrexísti à mór-
tuis. * Allelúia, allelúia.
Glória Patri. ℟. Chri-
ste. *Matth.* 16. *Tob.* 8.
I. Tim. 1.

℣. Exurge, Dómine,
ádjuva nos ; ℟. Et rédi-
me nos propter nomen
tuum. *Ps.* 43.

In Feriis tantùm dicuntur Preces, quæ habentur post Psalterium.

AD TERTIAM.

Ant. 1. G. Deus & Dóminum suscitávit, & nos suscitábit per virtútem suam : allelúia. *I. Cor.* 6.

Capitulum. I. Cor. 5.

Christus resurrexit à mórtuis, primítiæ dormiéntium ; quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

℟. *breve.* Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus : * Allelúia, allelúia. ℣. Et exaltétur Deus salútis meæ : Allelúia, allel. Glória. ℟. Vivit. *Ps.* 17.

℣. Audítam fácite vocem laudis ejus, ℟. Qui pósuit ánimam meam ad vitam. *Ps.* 65.

Oratio Dominicæ præcedentis, & sic in aliis Horis.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Deus pacis eduxit de mórtuis Pastórem magnum óvium in sánguine testamenti ætérni, Dóminum nostrum Jesum Christum : allel. *Hebr.* 13.

Capitulum. I. Petr. 3.

Christus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo ; mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.

℟. *br.* Reddam, Dómine, laudatiónes tibi ; * Allelúia, allel. ℣. Quóniam eripuísti ánimam meam de morte : * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Reddam. *Ps.* 55.

℣. Notas mihi fecísti vias vitæ ; ℟. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo. *Ps.* 15.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Deus suscitávit ex mórtuis Jesum qui erípuit nos ab ira ventúra : allel. *I. Thess.* 1.

Capitulum. Coloss. 1.

In Christo habémus redemptiónem per sánguinem ejus (remissiónem peccatórum) qui est imágo Dei invisíbilis, primogénitus omnis creatúræ.

℟. *br.* Non discédimus à te, Dómine : * Allel. allel. ℣. Vivificábis nos. * Allelúia, allel. Glória. ℟. Non. *Ps.* 79.

℣. Apud te est fons vitæ, ℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen. *Ps.* 35.

;PERAS.
Feria ſub ſo-
ſequenti :
ſicut regnávit
mortem, ità
net per juſtí-
m æternam :
m. 5.
:. *Rom.* 8.
. Dei : ſi fílii,
:s ; hærédes
, cohærédes
ſti ; ſi tamen
ut & con-
.
mus.
: terris pér-
última
laus tua cán-
:
e, nobis eſt
nphus,
nito rediví-
rco.
Chriſto, quæ
is ſalus?
ſepultis ? ô
! An tua
iti prædicá-

lido cíneres
cro ?
idò ſurgens
tus ab ínferis
nphat prínci-
rtior :
nbris : ac
:i
bens movet
voce.

SINT noſtra morti débita córpora :
Vilíſque tantùm nos máneat cinis ;
Quo ſacra Chriſti membra fulgent
Induet id caro noſtra lumen.

VIVIT Redemptor victor ab hóſtibus :
Hinc ſpes eâdem carne reſúrgere :
His vive votis : hæc & alto
Corde fides máneat repoſta.

LAUS ſumma Patri, ſúmmaque Fílio
Qui ſancta terris gáudia réddidit
Surgendo ; ſacri fons amóris,
Par quoque ſit tibi laus in ævum. Amen.

℣. Redémit nos ab inimícis noſtris, ℟. Quóniam in æternum miſericórdia ejus. *Pſ.* 135.

Ad Magníf. *Dicuntur Antiph. ſequentes ſecundùm Feriam, ut infrà, cum Oratione Dominicæ præcedentis.*

Feriâ II. Ad Magníﬁc. *Ant.* 7. d. Si crédimus quòd Jeſus mórtuus eſt & reſurrexit ; ità & Deus eos qui dormiérunt per Jeſum, addúcet cum eo ; allelúia. *I. Theſſ.* 4.

Feriâ III. Ad Magníf. *Ant.* 4. d. Si Spíritus ejus, qui suscitávit Jesum à mórtuis, hábitat in vobis; qui suscitávit Jesum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora vestra: allelúia. *Rom.* 8.

Feriâ IV. Ad Magníf. *Ant.* 1. a. Per Christum fidéles estis in Deo qui suscitávit eum à mórtuis: allelúia. *I. Petr.* 4.

Feriâ V. Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Consepulti Christo in baptismo, resurrexistis per fidem operatiónis Dei qui suscitávit illum à mórtuis: allelúia. *Coloss.* 2.

[*Feriâ VI. Vesperæ sunt de Beata, nisi occurrat Festum semid. aut suprà*].

Dictâ Oratione conveniente, fit Commemoratio de Festo simplici, si quod occurrit; tùm de S. Cruce per Ant. Christus, propósito sibi gaúdio, sustínuit crucem, confusióne contemptâ; atque in déxtera sedis Dei sedet: allelúia. *Hebr.* 12.

℣. Apud Dóminum misericórdia; ℟. Et copiósa apud eum redémptio. *Ps.* 129.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluisti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem; concéde nobis fámulis tuis, ut Resurrectiónis grátiam consequámur; Per eumdem Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 7. d. Erípuit nos Deus de potestáte tenebrárum, & tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ: allelúia. *Coloss.* 1.

Hymnus.

Hæc nox recurrat méntibus,
Quâ Christus ad vitam redit:
Nox ô beáta! quâ suum
Jam lumen orbi rédditur.

Ab ínferis victor Deus:
Absorpta mors victóriâ:
Redempta fit captívitas,
Aperta vitæ jánua.

Tu morte cujus vívimus,
Tutor tui sis múneris:
Tu robur adde méntibus,
Gressúsque nostros dírige.

Pejore letho, ne sinas,
Labendo nos occúmbere.
Sis, Christe, vita, lux, via;
Duc éxules in pátriam.

Quem suscitátum crédimus,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempiterna sǽcula.
Amen.

Capitulum.

lum. I. Thess. 5.
ıes vos fílii lucis
is, & fílii diéi:
nus noctis neque
um; ígitur non
nus sicut & céte-
vigilémus & só-
ıus.
. In manus tuas,
, commendo spí-
neum: * Alle-
lelúia. ℣. Redde-
e, Dómine Deus
s. * Allelúia, alle-
.ória. ℟. In ma-
s. *Ps.* 30.
ıstódi me, Dómi-
pupillam óculi:
ımbra alárum tuá-
otege me. *Ps.* 16.
lunc dim. *Ant.* 5. a.
ı: qui suscitávit
allelúia; & nos
su suscitábit; alle-
llelúia. *II. Cor.* 4.
eriis tantùm di-
Preces, quæ ha-
post Psalterium.
IA VI. *Vesperæ*
Maria in Sabbato,
, nisi occurrat Fe-
miduplex aut si-
, sic in tribus Sab-
quentibus.

BBATO.

VESPERAS,
sunt I. Vesp. de
ca, & in toto Of-
ominicæ, omnia
Hiemalis. Dd *

ut in Dominicis Temp. Paschalis, pag. 331. exceptis quæ sequuntur: & sic in ceteris Dominicis Temporis Paschalis.

Capitulum. Jerem. 31.

Audíte verbum Dómini, gentes; & annuntiáte in ínsulis quæ procùl sunt, & dícite: Qui dispersit Israel, congregábit eum, & custódiet eum sicut pastor gregem suum; redémit enim Dóminus Jacob, & liberávit eum de manu potentióris.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Ego veni ut oves vitam hábeant, & abundántiùs hábeant: allelúia. *Joann.* 10.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA II.
Post Pascha.
Duplex.

AD LAUDES.

Capitulum. I. Petr. 2.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequámini vestígia ejus: qui peccátum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Ad Benedict. *Ant.* 8. g. Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor ánimam suam dat pro óvibus suis: allelúia. *Joann.* 10.

Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen ostendis; da cunctis qui christiánâ professióne censentur, & illa respúere quæ huic inimíca sunt nómini, & ea quæ sunt apta, sectári; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum. I. Petr. 2.

Christus peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum, ut peccátis mórtui justítiæ vivámus: cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad Pastórem & Epíscopum animárum vestrárum.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Alias oves hábeo quæ non sunt ex hoc ovíli: & illas oportet me addúcere, & vocem meam áudient, & fiet unum ovíle & unus Pastor: allelúia. *Joann.* 10.

Oratio suprà ad Laudes.

Feria VI. *Vesperæ de Beata in Sabbato &c. ut suprà.* 336.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Omnia ut suprà, pag. 331. *exceptis quæ sequuntur.*

Capitulum. I. Petr. 1.

Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatióne paternæ traditiónis; sed pretióso sánguine quasi Agni immaculáti Christi & incontamináti: qui per ipsum fidéles estis in Deo qui suscitávit eum à mórtuis.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Adhuc módicum, & mundus me jam non videt. Vos autem vidétis me, quia ego vivo, & vos vivétis: allelúia. *Joann.* 14.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA III. post Pascha.

Duplex.

AD LAUDES.

Capitulum. II. Cor. 4.

Habentes eumdem spíritum fídei, sicut scriptum est: Crédidi; propter quod locútus sum: & nos crédimus; propter quod & lóquimur, sciéntes quóniam qui suscitávit Jesum, & nos cum Jesu suscitábit.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Módicum, & jàm non vidébitis me: & íterum módicum, & vidébitis me; quia vado ad Patrem: allelúia. *Joann.* 16.

Oratio.
, qui in Filii tui
ailitáte jacentem
ı erexisti ; fidéli-
perpétuam con-
itiam , ut quos
: mortis eripuisti
, gaúdiis fácias
sempiternis ; Per
l.

'ESPERAS.

ılum. Ephes. 4.
vámini spíritu
itis vestræ, & in-
iovum hóminem
ıdùm Deum creá-
n justítia & san-
eritátis.
lagníf. *Ant.* 8. g.
vidébo vos , &
t cor vestrum ; &
ı vestrum nemo
vobis : allelúia.
16.
, suprà ad Laudes.
ıA VI. *Vesperæ*
ı *in Sabbato, &c.*
ì, 336.
BBATO.
VESPERAS.
ut suprà, p. 331.
quæ sequuntur.
ılum. Rom. 10.
fiteáris in ore tuo
inum Jesum , &
e tuo credíderis
eus illum susci-
mórtuis , salvus

Ad Magníf. *Ant.* 8. g.
Nunc vado ad eum qui
misit me ; & nemo ex
vobis intérrogat me, Quò
vadis ? Expedit vobis ut
ego vadam : allelúia.
Joann. 16.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA IV.
post Pascha.
Duplex.

AD LAUDES.

Capitulum. Coloss. 1.

Christus est caput cór-
poris Ecclésiæ, qui
est princípium , primo-
génitus ex mórtuis : ut
sit in ómnibus ipse pri-
mátum tenens ; quia in
ipso complácuit, omnem
plenitúdinem inhabitáre,
& per eum reconciliáre
ómnia in ipsum.

Ad Benedict. *Ant.* 2. D.
Cùm vénerit Paraclétus ,
árguet mundum de pec-
cáto , & de justítia ,
& de judício : allelúia.
Joann. 16.

Oratio.

Deus , qui fidélium
mentes unius éfficis
voluntátis , da pópulis
tuis id amáre quod præ-
cipis , id desideráre quod
promittis ; ut, inter mun-
dánas varietátes , ibi no-
stra fixa sint corda , ubi
vera sunt gaúdia ; Per
Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum. Apoc. 1.

Grátia vobis & pax à Jesu Christo qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, & princeps regum terræ : qui diléxit nos & lavit nos à peccátis nostris in sánguine suo.

Ad Magníf. *Ant.* 7. G. Spíritus veritátis docébit vos omnem veritátem. Non loquétur à semetipso; sed quæcumque aúdiet loquétur, & quæ ventúra sunt annuntiábit vobis : allelúia. *Joann.* 16.

Oratio, suprà ad Laudes.

Feria VI. *Vespera de Beata in Sabbato, &c. ut suprà, pag.* 336.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Omnia ut suprà, p. 331. *exceptis quæ sequuntur :*

Capitulum. Rom. 7.

Fratres mei, mortificáti estis legi per corpus Christi, ut sitis altérius qui ex mórtuis resurrexit, ut fructificémus Deo.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Amen, amen dico vobis : Si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis : allelúia. *Joann.* 16.

Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA V. post Pascha.

Duplex.

AD LAUDES.

Capitulum. I. Petr. 2.

Ad Dóminum accedentes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem electum & honorificátum, & ipsi tamquam lápides vivi superædificámini, domus spirituális, Sacerdótium sanctum, offerre spirituáles hóstias, acceptábiles Deo.

Ad Benedict. *Ant.* 5. a. Venit hora cùm jam non in provérbiis loquar vobis, sed palàm de Patre annuntiábo vobis : allelúia. *Joann.* 16.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis; ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt, &, te gubernante, eádem faciámus; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Capitulum. I. Cor. 15.

Christus visus est Cephæ, & post hoc úndecim : deindè visus est plus quàm quingentis frátribus simul; ex quibus multi manent usque adhùc, quidam autem

dormiérunt : deindè visus est Jacóbo ; deindè Apóstolis ómnibus.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. In nómine meo petétis, & non dico vobis quia ego rogábo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos : quia vos me amastis : allelúia. *Joann.* 16.

Oratio, suprà ad Laudes.

Fit Commem. S. Mamerti Viennensis Episc. *Ant.* Ipsum elégit. ℣. Elégit. *ut in Communi Pontificum*, *pag.* xvij.

Oratio.

Clamantes ad te, quæsumus, Dómine, dignanter exaudi, ut sicut ad preces beáti Pontíficis tui Mamerti pópulo tuo in afflictióne pósito pepercisti ; ità & nobis, ejus intercessióne, in omni tribulatióne succurras ; Per Dóminum.

FERIA SECUNDA Rogationum.

¶ [*Hodiè & duabus Feriis seq. si occurrat Festum Semiduplex aut suprà, de eo fiet Officium cum Commemoratione Feriæ in Laudibus ; de Simplici autem occurrente fit tantùm Commemoratio pridiè ad Vesperas & in Laudibus diei.*

Reliqua ut in Feriis Temporis Pasch. suprà, pag. 331. *exceptis quæ sequuntur.*]

Ad Benedict. *Ant.* 2. D. Quis vestrûm ibit ad amícum médiâ nocte, & dicet illi : Amíce, cómmoda mihi tres panes : & ille dicat : Non possum dare tibi ; & si ille perseveráverit pulsans, dabit illi quotquot habet necessários : allelúia. *Luc.* 11.

Oratio.

Præsta ; quæsumus, omnípotens Deus, ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra adversa ómnia, tuâ semper protectióne muniámur ; Per Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad Tertiam, Sextam & Nonam.

Pro Commem. S. Mamerti, Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas, *ut in Communi Pontificum*, *pag.* xix. *Oratio*, Clamantes ad te, *ut suprà.*

¶ *His tribus diebus, qui non intersunt Processionibus Rogationum, privatim post Laudes dicant Litanias cum suis Precibus & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus*, p. lxxxvj. & seq.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Quis ex vobis patrem petit panem? numquid lápidem dabit illi? Si ergò vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare fíliis vestris; quantò magìs Pater vester de cœlo dabit Spíritum bonum peténtibus se: allel. *Luc.* 11.

Oratio, Deus, à quo, *ut in Dom. præced. p.* 340.

FERIA TERTIA Rogationum.

Ad Benedict. *Ant.* 4. d. Omnia quæcumque orantes pétitis, crédite quia accipiétis, & evénient vobis: allel. *Marc.* 11.

Oratio.

Conserva, quæsumus, Dómine, pópulum tuum, & ab ómnibus quas merétur, adversitátibus redde secúrum; ut, tranquillitáte perceptâ, devótâ tibi mente desérviat; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritûs sancti Deus: Per omnia sécula seculórum.

Hæc Oratio dicitur ad Tertiam, Sextam & Nonam.

Ad Magníf. *Ant.* 7. d. Quodcumque petiéritis Patrem in nómine meo, hoc fáciam, ut glorificétur Pater in Fílio: allel. *Joann.* 14.

Oratio Deus, à quo, *ut in Dominicæ præced. pag.* 340.

FERIA QUARTA Rogationum. In Vigilia. ASCENSIONIS.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Pater, manifestávi nomen tuum homínibus quos dedisti mihi de mundo, & sermónem tuum servavérunt: ego pro eis rogo: hi in mundo sunt, & ego ad te vénio: allel. *Joann.* 17.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut quò ventúræ solemnitátis gloriósus Auctor ingressus est, eódem semper nostræ mentis dirigátur inténtio; & quò fide pérgimus, eò conversatióne perveniámus; Per eumdem Dóminum.

Hæc Oratio dicitur ad Tertiam, Sextam & Nonam.



IN ASCENSIONE DOMINI.

Duplex I. Classis.

AD I. VESPERAS.
Psalmi de Feria Quarta.
Antiphona, 6. F.

Exaltábitur Dóminus, & elevábitur, & sublímis erit valdè: allel. *Isai.* 52.

Ant. 4. D. Stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivárum, qui est contra Jerúsalem ad Orientem: all. *Zach.* 14.

Ant. 8. G. Qui redempti sunt à Dómino: vénient in Sion laudantes: citò véniet grádiens ad aperiendum: all. *Isai.* 51.

Ant. 3. a. Ascendet pandens iter ante eos, & transíbit Rex eórum coram eis, & Dóminus in cápite eórum: all. *Mich.* 2.

Ant. 5. C. Ipse portábit glóriam, & sedébit, & dominábitur super sólio suo: all. *Zach.* 6.

Capitulum. Act. 3.

Prædicátus est vobis Jesus Christus, quem oportet quidem cœlum suscípere, usque in témpora restitutiónis ómnium quæ locútus est Deus per os sanctórum suórum à sǽculo Prophetárum.

℟. Attóllite portas, Príncipes, vestras; & * Elevámini, portæ æternáles, & introíbit Rex glóriæ: † Allelúia, allel. ℣. Venit hora ut clarificétur Fílius hóminis. * Elevámini. Glória. ℟. Attóllite. *usque ad* ℣. Venit. *Ps.* 23. *Joann.* 12.

Hymnus.

Mens Deo laudes cane; redde lætas
Mens Deo grates; tibi non in ævum
Sævit offensæ memor, aut perennes
Ardet in iras.

Ocyor venti celerante pennâ,
En suos Christus jaculâtur ignes;
Montibus ruptis, subit, & supernas
Tránsvolat arces.

Certa spes mundo sédeat jacenti;
Clausa tot sæclis patet aula cœli.

Vera per fusum Mediátor intrat
Sancta cruórem.
Si Deo filtit; Pater, ecce Natus
In tuo victor grémio repóuit,
Plúrimo partas, & adhùc rubentes
Sánguine, lauros.
Ergo, quò nostrum caput anteívit,
Crede, nos ipsâ dábitur manére
Sede; mens facro modò jungat una
Fœdere membra.
Cum domos scandis pátrias paráre,
Quæ mihi vano sápiunt in orbe?
Christe, tu totos ábiens tulisti
Cordis amóres.
Summa laus Patri, Genitóque summa,
Qui super cœli radiantis orbes
Victor ascendit; tibi par in ævum
Glória, Flamen. Amen.

℣. Iter fácite ei qui ascendit super occasum: ℟. Dóminus nomen illi. *Ps.* 67.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Non turbétur cor vestrum: vado paráre vobis locum: íterùm vénio, & accípiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis: all. *Joann.* 14.

Orat. infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi Feriales.

Ant. 7. b. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum: allel. *Joann.* 20.

Ad Hymnum Hæc nox. *post Strophen*, Da, Christe. *Doxologia:*

Qui victor in cœlum redis,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Ad Nunc dim. *Ant.* 5. a. Allelúia: Iterùm vidébo vos; allel. & gaudébit cor vestrum; allelúia. *Joann.* 16.

Reliq. ut in Propr. Temp. Pasch. p. 336. *&* 337.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Antiphona, 1. D.

Deus Patrum nostrórum glorificávit Fílium suum Jesum quem suscitávit à mórtuis: allelúia *Act.* 3.

Ant. 5. a. Profectus est in cœlum, subjectis sibi Angelis, & Potestátibus, & Virtútibus. *I. Petr.* 3.

Ant. 6. F. Per próprium

prium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérnâ redemptióne inventâ: allelúia. *Hebr.* 9.

Ant. 2. D. Initiávit nobis.

Canticum. Apoc. 5. 11.

Audívi vocem Angelórum multórum * in circúitu throni, & animálium, & seniórum;

Et erat número eórum míllia míllium, * dicéntium voce magnâ:

Dignus est Agnus qui occísus est, * accípere virtútem, & divinitátem,

Et sapiéntiam, & fortitúdinem, & honórem, * & glóriam, & benedictiónem.

Et omnem creatúram quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, * & quæ sunt in mari, & quæ in eo:

Omnes audívi dicentes: * Sedenti in throno & Agno benedíctio,

Et honor, & glória, & potestas, * in sécula seculórum.

Et quátuor animália dicébant: * Amen.

Et viginti quátuor senióres cecidérunt in fácies suas, * & adoravérunt viventem in sécula seculórum.

Glória Patri.

Ant. Initiávit nobis viam novam & viventem per velámen, id est, carnem suam: allelúia. *Hebr.* 10.

Ant. 7. d. Ascendens in altum, captívam duxit captivitátem, dedit dona homínibus: al. *Ephes.* 4.

Capitulum. Ephes. 4.

Quòd ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferióres partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut impléret ómnia.

Hymnus.

Felix dies mortálibus,
Quâ per profúsum sánguinem,
Homo Deus clausas diù
Intrávit æternas domos!

Nos membra, quò nostrum caput,
Quò dux præivit, íbimus:
Si jungat una mens simul,
Nos una junget glória.

Discessit, & suis adest
Præsente semper Spíritu:
Miscens suo se córpori,
Omnes in artus ínfluit.

Nobis, olympo rédditus,
Qui, Christe, sedes præparas;
Nos exules in pátriam
Trahas amóris néxibus.

Si quos amas, non déſeris,
Noſtræ ſalútis óbſidem
Mittas ab altis sédibus,
Qui nos adoptet, Spíritum.

¶ Qui victor in cœlum redis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Hæc Doxologia, Qui victor in cœlum redis, *dicetur in fine Hymnorum ejuſdem metri, uſque ad Feriam VI. poſt Oct. Aſcenſ. excluſivè, niſi propria aſſignetur.*

℣. Dóminus in templo ſancto ſuo, ℟. Dóminus in cœlo ſedes ejus. *Pſ.* 10.

Ad Benedict. *Ant.* 1. J. Chriſtus Jeſus mórtuus eſt & reſurrexit, qui eſt ad déxteram Deï, qui étiam interpellat pro nobis: allelúia. *Rom.* 8.

Oratio.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui hodiernâ die Unigénitum tuum redemptórem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe crédimus, ipſi quoque mente in cœléſtibus habitémus. Per eumdem.

A D H
In fine
Doxologia
Pſſ. de D
A D P
Ant. 1.
trum noſtr
In ℟. *br.*
diſti ſuper
Et ſic per
A D TE
Ant. 5. a.
Capitulum
Deus C
ſtítuit
ſuam in cœ
omnem pri
poteſtátem
& dominat
ne nomen
tur non ſol
culo, ſed ét
℟. *br.*
ſuper Chéru
lúia, allelú
vit ſuper
rum.* Alle
Glória. ℟. A
Pſ. 17.
℣. Dómin
rávit ſedem
regnum ip
dominábitu
A D SE
Ant. 6.
prium ſáng
Capitulum
Eum qui
Angeli m
vidímus Je

ıortis, glóriâ
oronátum.
Minuisti eum
ìs ab Ange-
lúia, allelúia.
& honóre co-
.. * Allelúia,
ória Patri. ℟.

tuisti eum su-
nánuum tuá-
Omnia sub-
pédibus ejus.

O N A M.
. Ascendens.
ı. *Hebr.* 9.
anufacta San-
ùs introívit,
verórum: sed
:lum, ut ap-
: vúltui Dei

cendisti in al-
ti captivitá-
lúia, allelúia.
i dona in ho-
' Allelúia,
Glória Patri.
sti.
unt ingressus
, ℟. Ingressus
Regis mei qui
). *Ps.* 67.
ESPERAS.
le Dominica,
to, cujus loco
37. Confitébor
ine, ... qué-
. 91.

Antiphona, 1. f.

Ad quem Angelórum dixit Deus aliquandò: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimícos tuos scabellum pedum tuórum: allelúia. *Hebr.* 1.

Ant. 7. c. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Fílius hóminis qui est in cœlo: allelúia. *Joann.* 3.

Ant. 8. c. Consédit in déxtera sedis Magnitúdinis in cœlis, sanctórum minister, & tabernáculi veri quod fixit Dóminus, & non homo: allelúia. *Hebr.* 8.

Ant. 4. A. Talis decébat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus à peccatóribus, & excélsior cœlis factus: allelúia. *Hebr.* 7.

Ant. 3. a. Habentes fidúciam in intróitu sanctórum in sánguine Christi, & Sacerdótem magnum super domum Dei, teneámus spei nostræ confessiónem: allelúia. *Hebr.* 10.

Capitulum. Ephes. 2.

Deus nos consedére fecit in cœléstibus in Christo Jesu, ut osténderet in sǽculis superve-

niéntibus abundantes di-
vítias grátiæ suæ in bo-
nitáte super nos in Chri-
sto Jesu.

Hymnus.

PROMISSA, Tellus,
cóncipe gaúdia:
Te fausta cœlo concíliat
dies:
Deus minácesponit iras;
Sancta tuus Mediátor
intrat.
TU, Christe, victor
mortis & ínferi,
Cruóre partam súscipe
glóriam:
Procéde, regna, sume
sceptrum;
Subjícitur tibi totus or-
bis.
QUID obstupentes su-
spícitis polo,
O vos, euntem Discípu-
li, Deum?
Ut nunc redemptor
scandit astra,
Sic véniet metuendus
ultor.
O CHRISTE, dextræ
qui Patris ássides,
Fac nos triumphi partíci-
pes tui:
Certámen urget, mili-
témus;
Et, duce te, superémus
hostem.
LAUS summa Patri,
qui Génitum polo
Pacis perennis súscipit
óbsidem:

Laus, qui tri
summa Na
Par tibi laus,
Nexus.
Amen.
℣. Excelsus s
nes gentes Dómi
Et super cœlo
ejus. *Ps.* 112.
Ad Magníf.
Habentes Pont
gnum qui penetr
los, Jesum Fíli
adeámus cum f
thronum grátiæ
ricórdiam cons
allelúia. *Hebr.*
Oratio, suprà a
AD COMPLET
Psalmi de D
¶ [*Si Festum*
suprà, occurrit in
vam Ascensionis
de eo fiet Offi
Commemoration
in utrisque Ve
Laudibus. Si ver
Festum Semidu
eo fiet Commen
utrisque Vesper
dibus. De Simpl
fit tantùm Com
in I. Vesperis
dibus].
DIEB
INTRA OC
ASCENSI
Semidupl
Omnia ut in
ceptis quæ sequ

AUDES.
Feria ; Can-
sub sola An-
D. Initiávit
. 345.
ORAS.
Feria : cete-
Ascensionis,
one.
SPERAS.
nica. 1. f. Ad
347.
: Feria : cete-
e.
LETORIUM.
Feriâ. Cetera

BATO
. Ascensionis.
duplex.
SPERAS.
: Sabbato, sub
. Vesperarum
, pag. 343.
1. Coloss. 3.
im sunt quæ-
bi Christus est
Dei sedens ;
sunt sápite,
uper terram :
n estis, & vita
scóndita cum
Deo.
Mens Deo.
g. 343. & 344.
nif. Ant. 5. a.
sedi cum Pa-
throno ejus :
poc. 3.
malis. Ee *

Oratio, infrà ad Laudes.
Nec alia fit Commemoratio Ascensionis Domini.

DOMINICA
Intra Octavam
ASCENSIONIS.
Duplex.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

AD LAUDES.

Pss. Antiphonæ & Canticum Festi, pag. 344.

Capitulum. Ephes. 1.

Omnia subjécit Deus sub pédibus ejus : & ipsum dedit caput supra omnem Ecclésiam quæ est corpus ipsíus, & plenitúdo ejus, qui ómnia in ómnibus adimplétur.

Hymn. Felix. ℣. Dóminus, *pag.* 345. & 346.

Ad Benedict. *Ant.* 1. d. Ego mittam vobis à Patre Spíritum veritátis : allelúia. *Joann.* 15.

Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, illùc súbsequi tuórum membra fidélium, quò caput nostrum principiúmque præcessit Jesus Christus Dóminus noster ; Qui tecum vivit.

Nec sit alia Commemoratio Ascensionis Domini.

AD PRIM. *non dicitur Symbolum* Quicumque.

AD VESPERAS.

Ps. de Domin. sub Ant. II. Vesper. Ascensionis.

Capitulum. I. Petr. 3.

Jesus Christus est in déxtera Dei, deglútiens mortem, ut vitæ æternæ hærédes efficerémur.

Hymn. Promissa. ℣. Excelsus, *pag.* 348.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Hæc locútus sum vobis, ut, cùm vénerit hora eórum, reminiscámini quia ego dixi vobis: allelúia. *Joann.* 16.

Oratio, suprà ad Laudes.

Nulla fit Commemoratio Ascensionis Domini.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica, cætera ut suprà, pag. 344.

FERIA QUINTA.

Octava Ascensionis, & Ultimus Domini Adventus.

Duplex III. Classis.

IN I. VESPERIS.

Pss. de Feria in toto Offic.

Antiphona, 1. a.

Jesus qui assumptus est in cœlum, sic véniet, quemádmodùm vidistis eum euntem in cœlum; allelúia. *Act.* 1.

Ant. 2. D. Fílius hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: allelúia. *Matth.* 16.

Ant. 4. f. Potestátem dedit ei judícium fácere, quia Fílius hóminis est: allelúia. *Joann.* 5.

Ant. 3. a. Sedébit super sedem majestátis suæ, & tunc congregabúntur ante eum omnes gentes: allelúia. *Matth.* 25.

Ant. 6. F. Tunc reddet unicuíque secundùm ópera ejus: allelúia. *Matth.* 16.

Capitulum. Is. 66.

Cognoscétur manus Dómini servis ejus, & indignábitur inimícis suis; quia ecce Dóminus in igne véniet.

Hymnus.

Felix dies mortálibus,
Quâ per profúsum sánguinem,
Homo Deus clausas diù
Intrávit æternas domos!

Nos membra, quò nostrum caput,
Quò dux præívit, íbimus;
Si jungat una mens simul,
Nos una junget glória.

At illa quæ! qualis dies!
Dies tremenda sóntibus,
Dùm sede descendens suâ
Redíbit ultor críminum.

Damnatus insons à reis
Partes resúmet júdicis,
Ad cujus ora cóntrement
Dijudicandi júdices.

ırte dignos sól-
,
:ns ſe ſúbdidit:
Dei non pród-

ualis ímminet!
re Judex ſéculi,
ſit glória:
, cúmque Spí-

rna ſécula.
ı.
Doxologia di-
& cras in fine
ſdem metri].
manifeſtè vé-
Deus noſter, &
. *Pſ.* 49.
níf. *Ant.* 1. D.
débitis Fílium
dentem à dex-
is Dei, & ve-
núbibus cœli,
Matth. 26.
ıfrà ad Laudes.
AUDES.
ona, 7. c.
princípium &
dicit Dóminus
.i eſt, & qui
ıi ventúrus eſt:
Apoc. 1.
). Congregábo
ıtes, & dedú-
ı vallem Jóſa-
úia. *Joël*, 3.
A. Ibi ſedébo
eas: allelúia.

Omnes gentes.
:e 2.

Canticum. Apoc. 15.

Magna & mirabília ſunt ópera tua, * Dómine Deus omnípotens.

Juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, * Rex ſeculórum.

Quis non timébit te, Dómine, * & magnificábit nomen tuum?

Quia ſolus pius es: * quóniam omnes gentes vénient,

Et adorábunt in conſpectu tuo, * quóniam judícia tua manifeſta ſunt.

Glória Patri.

Ant. Omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo, quóniam judícia tua manifeſta ſunt: allelúia. *Apoc.* 15.

Ant. 3. a. Mea eſt últio, & ego retríbuam in témpore: allelúia. *Deut.* 32.

Capitulum. Hebr. 9.

Quemádmodùm ſtatútum eſt homínibus ſemel mori, poſt hoc autem judícium; ſic & Chriſtus ſemel oblátus eſt ad multórum exhauriénda peccáta: ſecundò ſine peccáto apparébit expectántibus ſe in ſalútem.

Hymn. Felix. *in I. Veſp.*

℣. Jubiláte in conſpectu Regis Dómini; ℟. Quóniam venit judicáre terram. *Pſ.* 97.

Ad Benedict. *Ant.* 5. C. Judicábit Dóminus pópulum suum, & in servis suis miserébitur; allelúia. *Deut.* 32.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitum in infirmitáte carnis venisse crédimus Salvatórem, & in glória majestátis Júdicem expectámus: fac nos eídem in déxtera tua regnanti casto timóre subjectos; ut in conspectu judicantis stare cum fidúcia mereámur; Per eumdem.

AD PRIMAM.

Ant. 7. c. Ego sum.

In ℟. *br.* ℣. Qui judicatúrus es orbem in æquitáte, * Allelúia, allelúia. *Act.* 17.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Congregábo.

Capitulum. I. Thess. 4.

Ipse Dóminus in jussu & in voce Archángeli, & in tuba Dei descendet de cœlo.

℟. *br.* Advocábit cœlum desursùm: * Allelúia, allelúia. ℣. Et terram discérnere pópulum suum, * Allel. allelúia. Glória. Advocábit.

℣. Annuntiábunt cœli justítiam ejus: ℟. Quóniam Deus Judex est. *Ps.* 49.

AD SEXT

Ant. 4. A. Ibi

Capitulum. II.

Omnes nos m ri oportet tribúnal Christi: u unusquisque pró poris, proùt ges bonum, sive m

℟. *br.* Sedi thronum, * A allelúia. ℣. Qui justítiam, * All Glória. Sedisti.

℣. Reddes uni ℟. Juxta ópera 61.

AD NON

Ant. 3. a.

últio.

Capitulum. I. T

Fratres, non ténebris ut illa tanquam fu prehendat.

℟. *br.* Judicá minus pópulum * Allelúia, alle Et in servis suis bitur * Allelúia lúia. Glória. ℟. Ju *Ps.* 134.

℣. Lætentur qui sperant in te ætérnum exultáb 5.

AD II. VESP

Antiphona, 4

Advénit temp tuórum judi

réddere mercédem servis tuis, & Sanctis: allelúia. *Apoc.* 11.

Ant. 8. c. Illuminábit abscóndita tenebrárum & manifestábit consília córdium: allelúia. *I. Cor.* 5.

Ant. 6. F. Corónam justítiæ reddet in illa die justus Judex, iis qui díligunt adventum ejus: allelúia. *II. Timoth.* 4.

Ant. 1. G. Tunc laus erit unicuíque à Deo: allel. *I. Cor.* 4.

Ant. 8. g. Omnes vivificabuntur qui sunt Christi; deindè finis, cùm tradíderit regnum Deo & Patri: allelúia. *I. Cor.* 15.

Capitulum. I. Joann. 2.

Filíoli, manéte in Dómino, ut, cùm apparúerit, habeámus fidúciam, & non confundámur ab eo in adventu ejus.

Hymnus.

NOBIS, olympo rédditus,
Qui, Christe, sedes præparas,
Nos éxules in pátriam
Trahas amóris néxibus.

BONIS abundans ómnibus,
Ingens eris merces, Deus:
Quàm longa pro pœna brevi
Tuos manébunt gáudia!

TUNC ore nudo qualis es,
Quanuísque, te vidébimus;
Amábimus te júgiter,
Te júgiter laudábimus.

SI quos amas, non déseris,
Nostræ salútis óbsidem
Mittas ab altis sédibus,
Qui nos adoptet Spíritum.

VENTURE Judex sæculi,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cúmque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Non intres in judícium, ℟. Cum servo tuo, Dómine. *Ps.* 142.

Ad Magníf. Ant. 5. a. Beáti servi illi quos, cùm véneris Dóminus, invénerit vigilantes: allelúia. *Luc.* 12.

Oratio, suprà ad Laudes.

FERIA SEXTA post Octav. Ascensionis.

Simplex.

¶ *Si hodiè occurrat Festum Semiduplex aut suprà, fiet de eo, cum Commemoratione hujus Feriæ in Laudibus & Vesperis.*

De Festo autem Sim-

plici occurrente, fiet tantùm Commemoratio.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria, cum Cantico Audívi . *pag.* 345. *sub sequenti*

Ant. 1. G. Hic Jesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic véniet, quemádmodùm vidistis eum euntem in cœlum; allelúia. *Act.* 1.

Capitulum. Ephes. 1.

Omnia subjécit Deus sub pédibus ejus: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclésiam, quæ est corpus ipsíus, & plenitúdo ejus, qui ómnia in ómnibus adimplétur.

Hymnus Felix dies, *pag.* 350. *cum Doxologia sequenti quæ hujus diei propria est.*

Qui Patris ad dextram
sedes,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Dóminus in templo sancto suo; ℟. Dóminus in cœlo sedes ejus. *Ps.* 10.

Ad Benedict. Ant. 3. a. Ego mittam vobis à Patre Spíritum veritátis: allelúia. *Joann.* 15.

Oratio.

Deus, qui nos Resurrectiónis Domínicæ & Ascensiónis ejus solémnia celebráre fecisti, da nobis fámulis tuis; ut adveniéntis Spíritus sancti grátiam, purificátis méntibus, suscípere mereámur; Per eumdem Dóminum.... in unitáte ejusdem.

AD HORAS.

Psalmi de Feria; cætera ut in die Ascensionis Domini, exceptis Capitulo & Oratione.

AD PRIMAM.

℣. Qui sedes ad déxteram Patris: * Allelúia, allelúia. *Hebr.* 1.

Non dicuntur Preces.

AD VESPERAS.

Psalmi de Feria sextâ, sub Antiph. 2. D. Apóstoli reversi sunt Jerosólymam, à monte Olivéti; &, cùm introissent in cœnáculum, erant perseverantes in oratióne cum muliéribus & María matre Jesu, & frátribus ejus: allelúia. *Act.* 1.

Capitulum, Hymn. ℣. *& Antiphona ad* Magníficat, *ut in Dominica, p.* 350.

Oratio, suprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Non dicuntur Preces.

A T O.
;ilia
O S T E S.
Vigilia ad
initatis in-
it Officium
que, neque
ratio. Du-
suprà, si
, anticipan-
runtur post
initatis. De
utem, vel
urrente in
Commem.
& in Lau-
lei tantùm.
J D E S.
x.
Sabbato.
1. f.
tizávit a-
em bapti-
u sancto :
.
Accipiétis
rvenientis
in vos :
.
ritus veri-
manébit,
t : allel.

e vos do-

f. 59.
i ab occi-
m Dómi-

ni : * & qui ab ortu solis glóriam ejus :

Cùm vénerit quasi flúvius violentus * quem Spíritus Dómini cogit :

Et vénerit Sion Redemptor, * & eis qui rédeunt ab iniquitáte in Jacob, dicit Dóminus.

Hoc fœdus meum cum eis, * dicit Dóminus :

Spíritus meus qui est in te, & verba mea quæ pósui in ore tuo, * non recédent de ore tuo.

Et de ore séminis tui, & de ore séminis séminis tui, dicit Dóminus, * ámodò, & usque in sempiternum.

Glória Patri.

Ant. Ille vos docébit ómnia, & súggeret vobis ómnia quæcumque díxero vobis : allelúia. *Joann.* 14.

Ant. 8. g. Ille me clarificábit, quia de meo accípiet, & annuntiábit vobis : allel. *Joann.* 16.

Capitulum. Sap. 9.

Sensum tuum, Dómine, quis sciet? nisi tu déderis sapiéntiam, & míseris Spíritum sanctum tuum de altíssimis : & sic correctæ sint sémitæ eórum qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didícerint hómines.

Hymnus.

Nos, Christe, tot dolóribus
Quos parturisti, réspice;
Quos obstetríce lánceâ
Apertus effúdit sinus.

Nos membra dícimur tua,
Tuíque nos fratres sumus:
Cruóre signátam tuo
Ad astra pande sémitam.

Alto benignus è throno,
E Patris almi déxtera:
Quos hîc relinquis órphanos,
Non intuéri désinas.

Parta tuis labóribus
Jàm tu potíris glóriâ:
Nunc hora; promíssum Patris,
Nunc mitte nobis Spíritum.

¶Qui Patris ad dextram sedes,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Dóminus virtútem pópulo suo dabit; ℟. Dóminus benedícet pópulo suo in pace. *Ps.* 28.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Spíritum veritátis mundus non potest accípere, *quia non* videt eum, nec

scit eum : ve
gnoscétis eu
Joann. 14.

Or

Præsta,
omnípot
ut Spíritus sa
niens templu
riæ suæ dig
bitando per
Dóminum....
ejusdem.

AD H

Dup

In fine H
Doxologia :
ad dextram
suprà.

Psalmi de

AD PR

Ant. 1. f.
In ℟. *br*
sedes ad dê
tris, * Alle
Hebr. 1.

AD TE

Ant. 3. c.
Capitulum

Effundam
meum si
carnem : & p
fílii vestri,
stræ : sed &
meos, & an
bus illis effu
tum meum,
dígia in cœl
℟. *br.* Ecc
suæ vocem

Allelúia, allelúia. ℣. Date glóriam Deo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Ecce. *Ps.* 67.

℣. Turbabuntur gentes, ℟. A signis tuis, Deus. *Ps.* 64.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Spíritus veritátis.

Capitulum. Ezech. 36.

Spíritum meum ponam in médio vestrî : & fáciam ut in præceptis meis ambulétis, & judícia mea custodiátis & operémini.

℟. *breu.* Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * Allelúia, allelúia. ℣. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Spíritus. *Ps.* 142.

℣. Doce me fácere voluntátem tuam; ℟. Quia Deus meus es tu. *Ps.* 142.

AD NONAM.

Ant. 8. g. Ille me clarificábit.

Capitulum. Act. 2.

Accipiétis donum Spíritûs sancti : vobis enim est repromíssio & fíliis vestris, & ómnibus qui longè sunt, quoscumque advocáverit Dóminus Deus noster.

℟. *brev.* Cor mundum crea in me, Deus : * Allelúia, allelúia. ℣. Et Spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Cor mundum.

℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui; ℟. Et Spíritu principáli confírma me. *Ps.* 50.



IN DIE SANCT(

PENTECOSTE(

Annuale.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Antiphona, 2. D.

Dóminus dixit Móysi: Vade ad pópulum, & sanctífica illos: descendet Dóminus coram omni plebe super montem Sínaï: allelúia. *Exod.* 19.

Ant. 1. G. Ecce cœpérunt audíri tonítrua, ac micáre fúlgura, & nubes densíssima operíre montem, clangórque búccinæ perstrepébat: allelúia. *Exod.* 19.

Ant. 3. a. Habitávit glória Dómini super Sínaï: erat autem spécies glóriæ Dómini quasi ignis ardens super vérticem montis, in conspéctu filiórum Israel: allelúia. *Exod.* 24.

Ant. 7. G. Dixit Dóminus ad Móysen: Ascende ad me: dabo tibi tábulas lapídeas, & legem ac mandáta quæ scri

allelúia. *Exod.* 24.

Ant. 4. E. Dedit

minus Móysi in m

Sínaï duas tábulas

mónii lapídeas, sc

dígito Dei: all

Exod. 31.

Capitulum. Jerem.

Ecce dies véniunt,

Dóminus: & fe

dómui Israel & d

Juda fœdus novum

secundùm pactum

pépigi cum pátribu

rum.

℟. Hoc erit pact

quod fériam cum

Israel, dicit Dóm

Dabo legem mea

viscéribus eórum,

corde eórum * Sc

eam; & ero eis in D

& ipsi erunt mihi i

pulum: Allelúia,

lúia. ℣. Non in t

lapídeis, sed in t

cordis carnálibus. *

bam. Glória. ℟.

: *ad* ℣. Non.

ymnus.
lum súbito ful-
t ímpetu ?
litum quid tre-
l sonum ?
de sinus árida ;
us
Spíritus ĭncu-

própero cór-
hóspitem
vítiis se Deus
t :
: rigat, quos
hóstiam
molat ígnibus.
s imber opes
it ígneus,
ita sedent sym-
vértice !
te fugat lux té-
is, sacra
or róborat ún-

turba sibi, plé-
e Númine
a docet dógma-
tibus :
ra rudes fécerat
a,
Spíritus éfficit.
erba probant :
triis loqui
æque suis gens
t éxtera ;
ue manus op-
rium crucis
érgere víndice.

SOLATOR, própera,
Spíritus, órphanis ;
Fœtos, nostra, sinus mól-
liet, órbitas ;
Ut pulsáta tuis multíplici
fluant
Natis úbera múnere.
SIT laus summa Patri,
súmmaque Fílio :
Par sit, Sancte, tibi
glória, Spíritus,
Per quem legis amor cór-
dibus ínsitus
Dat quod lex jubet
éxequi. Amen.

℣. Emittes Spíritum tuum, & creabuntur ;
℟. Et renovábis fáciem terræ. *Ps.* 103.

Ad Magníf. *Ant.* 1. 1. Si ministrátio mortis, lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória : quómodò non magìs ministrátio Spíritûs erit in glória ? allel. *II. Cor.* 3.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM,

Psalmi de Sabbato.

Ant. 8. c. Effundátur super nos Spíritus de excelso, & erit secúritas usque in sempiternum : allelúia. *Isai.* 32.

Hymnus Hæc nox, *p.* 336. *cum sola Doxologia* Sit laus Patri, &c. *infrà, pag.* 361.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 6. F. Allelúia, Q

quàm bonus & suávis est, Dómine, allelúia, Spíritus tuus in ómnibus! allel. allelúia. *Sap.* 12.

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica.

Antiphona, 3. a.

Cùm compleréntur dies Pentecostes, erant omnes páriter in eódem loco: allelúia. *Act.* 2.

Ant. 1. a. Factus est repentè de cœlo sonus, tanquam adveniéntis spíritûs vehemèntis, & replévit totam domum ubi erant sedentes: allelúia. *Act.* 2.

Ant. 8. g. Apparuérunt illis dispertítæ linguæ tanquam ignis, sedítque supra síngulos eórum: allelúia. *Act.* 2.

Ant. 2. D. Hoc est.

Canticum. Judith, 16.

Hymnum cantémus Dómino: *hymnum novum cantémus Deo nostro.

Adónaï Dómine, magnus es tu, & præclárus in virtúte tua; * & quem superáre nemo potest.

Tibi sérviat omnis creatúra tua; * quia dixisti, & facta sunt.

Misisti Spíritum tuum, & creáta sunt; * & non est qui resístat voci tuæ.

Montes à fundaméntis movebúntur cum aquis: petræ sicut cera liquéscent ante fáciem tuam.

Qui autem timent te, magni erunt apud te per ómnia.

Glória Patri.

[*Idem Canticum dicitur per totam Hebdomádam*].

Ant. Hoc est quod dictum est per prophétam Joel: Effúndam de Spíritu meo super omnem carnem: allelúia. *Act.* 2.

Ant. 7. G. Convénit multitúdo, & mente confúsa est, quóniam audiébat unusquisque linguâ suâ illos loquentes: allelúia. *Act.* 2.

Capitulum. Act. 2.

Stupébant omnes & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? & quómodò nos audívimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus?

Hymnus.

Veni, supérne Spíritus;
Benigne paúperum Pater,
Donátor alme múnerum,
Cœleste méntium jubar.

Tu cordis hospes íntimus,
Dulcis labórum tu quies:
Tu flétibus quos élicis,
Divína misces gaúdia.

TATIS Spíritus!
ꝭitátis! quo fine
ıullus ínteger:
› nos Númine.
, lava cor sórdi-
ı,
ga, durum do-
,
ıgantes, frígidos
, sana saúcios.
ıs auctor grá-
,
la viríliter:
ıus da víncere,
ıs da præmia.
laus Patri, laus
›;
i laus, Spíritus,
ꝗuo mentes sacris
: ardent ígnibus.
en.
ꝭi distillavérunt
)ei Sinaï, ℟. A
i Israel. *Ps.* 67.
nedict. *Ant.* 6. F.
icórdiis tuis mul-
s, Spíritum tuum
dedisti qui do-
s: allelúia. *II.*

Oratio.

, qui hodiernâ
: corda fidélium
ıíritûs illustratió-
isti, da nobis in
ıpíritu recta sápe-
de ejus semper
ꝭióne gaudére;
ninum... in uni-
sdem.

A D H O R A S.

In fine Hymnorum, omissâ Strophe, Da, Christe, *dicitur Doxologia sequens:*

Sit laus Patri, laus Fílio:
Sit & tibi laus, Spíritus,
Afflante quo mentes sacris
Lucent & ardent ígnibus.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 3. E. Cùm complerentur...

Non dicitur Symbolum Quicumque.

In ℟. *br.* ℣. Qui de Spíritu tuo dedisti nobis. * Allelúia, allelúia. *I. Joann.* 4.

CANON ad calcem.

AD TERTIAM.

Loco Hymni O fons amóris, *dicitur per totam Hebdomadam Hymnus* Veni, creátor, *infrà ad Vesperas.*

Ant. 5. C. Factus est.

Capitulum. Isai. 11.

Spíritus Dómini, Spíritus sapiéntiæ & intellectûs, Spíritus consílii & fortitúdinis, Spíritus sciéntiæ & pietátis, Spíritus timóris Dómini.

℟. *brev.* Intónuit de cœlo Dóminus: * Allelúia, allelúia. ℣. Et Altíssimus dedit vocem suam. * Allelúia, allel. Glória. ℟. Intónuit...

℣. Commóta est, & contrémuit terra; ℟. Ignis à fácie ejus exársit. Ps. 17.

AD SEXTAM.

Ant. 8. g. Apparuérunt illis.

Capitulum. Rom. 8.

Quicumque Spíritu Dei aguntur, ii sunt fílii Dei. Non enim accepístis Spíritum [illegible]itútis íterum in timó[illegible] accepístis Spíritu[illegible]ptiónis filiórum in quo clamámus: Abba, Pater.

℟. *br.* Plúviam voluntáriam segregábis, Deus: * Allelúia, allel. ℣. Hæreditáti tuæ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Plúviam. *Ps.* 67.

℣. Flabit Spíritus ejus, ℟. Et fluent aquæ. *Ps.* 147.

AD NONAM.

Ant. 7. G. Convénit multitúdo.

Capitulum. Ephes. 4.

Renovámini spíritu mentis vestræ, & nolíte contristáre Spíritum sanctum Dei, in quo signáti estis in diem redemptiónis.

℟. *br.* Confírma hoc, Deus: * Allelúia, allel. ℣. Quod operátus es in nobis. * Allelúia, allel. Glória Patri. ℟. Confírma hoc. *Ps.* 67.

℣. Ne projícias me à fácie tua, ℟. Et Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me. *Ps.* 50.

AD VESPERAS.

Psalmi de Dominica.

Antiphona 1. g.

Déxterâ Dei exaltátus Jesus, & promissióne Spíritûs sancti acceptâ à Patre, effúdit hunc quem vos vidétis & audítis: allelúia. *Act.* 2.

Ant. 2. D. Deus Spíritum sanctum effúdit in nos abundè; ut hærédes simus secundùm spem vitæ ætérnæ: allel. *Tit.* 3.

Ant. 3. a. Unxit nos Deus, & signávit nos, & dedit pignus Spíritûs in córdibus nostris: allel. *II. Cor.* 1.

Ant. 4. D. Dedit nobis Deus Spíritum virtútis, & dilectiónis, & sobrietátis: allelúia. *II. Tim.* 1.

Ant. 1. G. Quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum, nobis revelávit Deus per Spíritum suum: allel. *I. Cor.* 2.

Capitulum. Galat. 5.

Fructus Spíritûs est cáritas, gáudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Si

Spíritu vívimus, Spíritu & ambulémus.

Hymnus.

VENI, creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita:
Imple supernâ grátiâ,
Quæ tu creásti péctora.

QUI Paraclétus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

TU septíformis múnere:
Dextræ Dei tu dígitus:
Tu ritè promissum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

ACCENDE lumen sénsibus,
Infunde amórem córdibus,
Infirma nostri córporis,
Virtúte firmans pérpeti.

HOSTEM repellas lóngiùs,
Pacémque dones prótinùs,
Ductóre sic te prævio,
Vitémus omne nóxium.

PER te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriusque Spíritum
Credámus omni témpore.

SIT laus Patri, laus Fílio;
Sit & tibi laus, Spíritus,
Afflante quo mentes sacris
Lucent & ardent ígnibus.
Amen.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti sunt, ℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum. *Ps.* 32.

Ad Magnif. Ant. 6. F. Salus ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta est, contestante Deo signis & portentis, & váriis virtútibus, & Spíritûs sancti distributiónibus: allelúia. *Hebr.* 2.

Oratio, ut suprà, p. 361.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica; reliqua ut suprà, p. 359.

DIEBUS
Intra Octavam
PENTECOSTES.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

AD LAUDES,

Antiphonæ & Psalmi cum Cantico, ut in Die.
Ant. ad Bened. *& Orat. infrà, in qualibet Feria.*

AD HORAS.

Omnia ut in Die, præter Orationem, infrà; & Canonem, ad calcem.

AD VESPERAS.

Antiphonæ & Psalmi cum cæteris, ut suprà in II. Vesperis Festi.

Ant. ad Magnif. & *Orat.* *ut suprà in quálibet Feria.*

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut in Die.

FERIA SECUNDA.

Duplex III. Classis.

Ad Benedict. *Ant.* 6. F. Quod natum est ex carne, caro est : & quod natum est ex Spíritu, spíritus est. Non míreris quia dixi : Oportet vos nasci dénuò : allelúia. *Joann.* 3.

Oratio.

Deus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum ; concéde plebi tuæ, piæ petitiónis effectum, ut quibus dedísti fidem, largiáris & pacem ; Per Dóminum nostrum. . . . in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus ; per ómnia.

Ad Magnif. *Ant.* 8. g. Non misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum : allelúia. *Joann.* 3.

Oratio, Deus, qui Apóstolis, *suprà.*

FERIA TERTIA.

Duplex III. Classis.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Qui intrat per óstium, pastor est óvium ; huic ostiárius áperit ; et oves vocem ejus áudiunt : allelúia. *Joann.* 10.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritûs sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur advérsis ; Per Dóminum. . . . in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Ad Magnif. *Ant.* 1. D. Ego veni ut vitam hábeant, & abundántiùs hábeant ; allelúia. *Joann.* 10.

Oratio, Adsit nobis, *ut suprà.*

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 4. d. Nemo potest veníre ad me, nisi Pater qui misit me, tráxerit eum : & ego resuscitábo eum in novíssimo die : allel. *Joann.* 6.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet; & indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem; Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejusdem Spíritûs.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam; allelúia. *Joann.* 6.

Oratio, Mentes. *suprà.*

FERIA QUINTA.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. D. Dedit Apóstolis Jesus virtútem & potestátem super ómnia dæmónia, & ut languóres curárent: allel. *Luc.* 9.

Oratio.

Deus, qui caritátis dona per grátiam sancti Spíritûs tuórum córdibus fidélium infudisti; da fámulis tuis, ut te totâ virtúte díligant, & quæ tibi plácita sunt, totâ dilectióne perfíciant; Per Dóminum nostrum..... in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus, per ómnia.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Egressi Apóstoli circuíbant per castella, evangelizantes & curantes ubíque: allelúia. *Luc.* 9.

Oratio, Deus, qui. *suprà.*

FERIA SEXTA Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 7. c. Fílius hóminis habet potestátem in terra dimittendi peccáta: allelúia. *Luc.* 5.

Oratio.

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut sancto Spíritu congregáta, hostíli nullátenùs incursióne turbétur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejusdem Spíritûs.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Ait Jesus paralytico: Tibi dico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestìm surgens tulit lectum in quo jacébat, & ábiit in domum suam magníficans Deum: allelúia. *Luc.* 5.

Oratio, Da, quæsumus, *suprà.*

SABBATO

Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Colloquebantur ad ínvicem dicentes : Quod est hoc verbum ? quia in potestáte & virtúte ímperat immundis spirítibus, & éxeunt ; allelúia. *Luc.* 4.

Oratio.

Méntibus nostris, quæ sumus, Dómine Spíritum sanctum ben gnus infunde ; cujus sapiéntiâ cónditi sumus & providéntiâ gubern mur ; Per Dóminum.. in unitáte ejusdem Sp ritûs.

¶ *Post Nonam term natur Tempus Paschale*



I. *In quocumque Officio B. Mariæ Virginis, ante* Dómine, lábia, ℣. Deus, in adjutórium meum ... *cantatur à D. Celebrante vel à Ruario* ℣. Ave, María, grátiâ plena, Dóminus tecum; *& respondetur à Choro:* Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

Non dicitur tamen ℣. Ave, María, *ad Horas quæ aliis Horis ejusdem Officii sine intervallo succedunt, ut Laudes, in quocumque Officio; & Completorium, in Officio semiduplici & suprà.*

II. *Postquàm D. Celebrans aut Ruarius cecinit* ℣. Deus, in adjutórium meum intende, *Chorus uno tenore canit:* Dómine, ad adjuvandum ... Glória ... Sicut erat ...

III. *Quotiès Responsorium cantatur in I. Vesp. alicujus Festi sivè à duobus, sivè à quatuor Canonicis, totiès illius initium resumitur, post* Glória Patri. *à DD. Cantoribus, vel à Ruariis.*

IV. *In omni Officio duplici, duplicantur Antiphonæ ad* Benedíctus, & ad Magníficat: *id est, ante & post utrumque Canticum cantatur integrè.*

V. *In Responsoriis Brevibus, v. g.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis; *aut:* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum, *primus ille versiculus totus canitur à Pueris aut à Vicariis, & totus recinitur à Choro, etiamsi duplex addendum sit* Allelúia.

VI. *Quando plures Orationes dicendæ sunt, ad Laud. aut Vesperas, primæ Orationis clausula semper est:* Per Dóminum nostrum, *aut:* Qui tecum vivit & regnat in unitate ... *aut* Qui vivis & regnas cum Deo Patre ... *posteàque dicitur,* Dóminus vobíscum. Benedicámus Dómino ...

Secundæ verò aut alterius Orationis, quæ non est ultima, clausula brevior: Per Christum .... Qui tecum vivit & regnat Deus, *aut* Qui vivis & regnas, Deus.

Ultimæ demùm eadem est clausula quàm primæ, scilicèt: Per Dóminum... *aut* Qui tecum vivit &

SABBATO

Quatuor Temporum.

Semiduplex.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Colloquebantur ad ínvicem dicentes : Quod est hoc verbum ? quia in potestáte & virtúte ímperat immundis spirítibus, & éxeunt, allelúia. *Luc.* 4.

Oratio.

Méntibus nostri sumus, Dó Spíritum sanctum gnus infunde ; c sapiéntiâ cóndit & providéntiâ g mur ; Per Dómi in unitáte ejusde ritûs.

¶ *Post Nonam natur Tempus Pa*



I. In quocumque Officio B. Mariæ Virginis, ante Dómine, lábia, ℣. Deus, in adjutórium meum . . . cantatur à D. Celebrante vel à Ruario ℣. Ave, María, grátiâ plena, Dóminus tecum; & respondetur à Choro: Benedicta tu in muliéribus, &c benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

Non dicitur tamen ℣. Ave, María, ad Horas ... æ aliis Horis ejusdem ...ficii sine intervallo sequ...unt, ut Laudes, in ...cumque Officio; & ...npletorium, in Offi... semiduplici & suprà.

. Postquam D. Celebrans aut Ruarius cecinit ...eus, in adjutórium ...n intende, Chorus ...nore canit: Dómi...d adjuvandum. . . ... Sicut erat. . .

Quotiès Responso...ntatur in I. Vesp. ...s Festi sivè à duo...vè à quatuor Ca..., totiès illius ini...nitur, post Gló... à DD. Canto...el à Ruariis.

...omni Officio du...plicantur Anti... Benedictus, & ...int. Hiem.

ad Magníficat: id est, ante & post utrumque Canticum cantatur integrè.

V. In Responsoriis Brevibus, v. g. Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis; aut: In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum, primus ille versiculus totus canitur à Pueris aut à Vicariis; & totus recinitur à Choro, etiamsi duplex addendum sit Allelúia.

VI. Quando plures Orationes dicendæ sunt, ad Laud. aut Vesperas, primæ Orationis clausula semper est: Per Dóminum nostrum, aut: Qui tecum vivit & regnat in unitate . . . aut Qui vivis & regnas cum Deo Patre . . . postedque dicitur, Dóminus vobiscum. Benedicámus Dómino . . .

Secundæ verò aut alterius Orationis, quæ non est ultima, clausula brevior: Per Christum . . . . Qui tecum vivit & regnat Deus, aut Qui vivis & regnas, Deus.

Ultimæ demùm eadem est clausula quàm prima, scilicèt: Per Dóminum... aut Qui tecum vivit &

regnat in unitáte, *aut* Qui vivis & regnas cum Deo Patre... *iterúmque dicuntur*: Dóminus vobíscum & Benedicámus.

VII. *In Feriis Adventûs fit Comm. B. Mæ Virginis ad Laud. & Vesp. ut sequitur.*

AD LAUD. Ant. Spíritus sanctus supervéniet in te, (María;) ideóque & quod nascétur ex te, Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1.

℣. Ipse invocábit me: Pater meus es tu; ℟. Deus meus, & suscéptor salútis meæ. *Ps.* 88.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluisti; præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur; Per eumdem.

AD VESP. Ant. Ne tímeas, María; invenisti grátiam apud Deum; ecce concípies & páries fílium. *Luc.* 1.

℣. Et ego primogénitum ponam illum, ℟. Excelsum præ régibus terræ. *Ps.* 88.

Oratio, ut suprà.

VIII. *Sabbatis post Præsentationem Domini, in fine Completorii, loco Antiph.* Ave, Regina cælórum, *canitur in Choro Prosa quæ sequitur.*

Prosa.

Inviolata, íntegra & casta es, María:
Quæ es effecta fúlgida cœli porta;
O Mater alma Christi, caríssima,
Súscipe pia laudum præcónia.
Nostra ut pura péctora sint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora:
Tua per precáta dulcísona,
Nobis concédas véniam per sǽcula;
O benigna! ô benigna! ô benigna!
Quæ sola inviolâta permansisti.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix; ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

Adjuvet nos, quǽsumus, Dómine, beátæ Maríæ semper Vírginis intercéssio veneranda; &, à cunctis perículis absolútos, in tuâ fáciat pace gaudentes; Per Christum.

PROPRIUM
SANCTORUM.

¶ In Adventu, fit Officium Festorum Semiduplicium & suprà, cum Commemoratione Feriæ. De Simplicibus autem sola Comm. in I. Vesp. & Laud.

[Eodem Tempore Adventûs, non fit de ulla Vigilia, præter Vigiliam Nativitatis Domini.]

FESTA NOVEMBRIS.

DIE XXVI.

VESP. de Sabbato ante Dom. I. Adventûs, ut in Propr. de Tempore, pag. 197.

Post Capitulum, inchoatur à D. Decano ℟. sequens.

℟. Roráte, cœli, désuper; & nubes pluant Justum: * Aperiátur terra, & gérminet Salvatórem; & justítia oriátur simul. ℣. Christus Jesus factus est nobis sapiéntia à Deo, & justítia & redémptio. * Aperiátur. Glória. ℟. Roráte. *Isai. 45. II. Cor. 1.*

Pro Comm. S. Acharii Noviom. Episcopi, Ant. Ipsum. ℣. Elégit. *ut in Comm. SS. Pontif.* pag. xxvij.

Oratio.

Dírige, Dómine, oves tuas in viam salútis ætérnæ, quam beáti Pontíficis Achárii vita cum doctrína monstrávit; & fac nos, eódem intercedente, sic ejus súbsequi vestígia, ut cum ipso coronári mereámur; Per Dóminum.

DIE XXVII.

AD LAUD. Pro Comm. S. Acharii Noviom. Ep.

Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas. *in Comm. SS. Pontif. pag.* xix. *Oratio*, Dírige, *ut suprà.*

AD VESP. *Pro Comm. ejusd. S. Acharii, Ant.* Beatificávit. ℣. Magna est. *pag.* xxj. *Oratio*, Dírige, *ut suprà.*

Deindè, pro Comm. S. Maximi, Episc. Ant. Ipsum. ℣. Elégit, *pag.* xxvij. *Oratio*, Da nobis. *ut infrà.*

DIE XXVIII.

SANCTI MAXIMI,

Reiensis Episcopi.

Commemoratio.

AD LAUD. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas, *pag.* xix.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, intercedente beáto Máximo Pontífice, ut mémores virtútum quas verbo & exemplo prædicávit, ipsíus perenne consórtium ássequi mereámur; Per Dóminum.

Deindè Comm. B. M. V. Ant. Spíritus. ℣. Ipse. *Oratio*, Deus, qui de beátæ. *ut suprà, pag.* 368.

AD VESP. Comm. S. Saturnini, Episc. & Mart. Ant. Qui vícerit. ℣. Justus, *pag.* vj. *Oratio*, Omnípo[tens] *pag.* x.

Deindè Comm. B[.] V. Ant. Ne tímea[s] Et ego. *Oratio*, [Deus,] qui de beátæ. *ut s[uprà,] pag.* 368.

DIE XXIX

S. SATURNI[NI]

primi Tolosatium

copi & Martyri

Commemoratio

AD LAUD. An[t.] num. ℣. Cantábo. [Ora]tio, Omnípotens, ix & x. *Deindè C[omm.] B. M. V. Ant.* Sp[íritus.] ℣. Ipse. *Oratio*, *ut suprà, pag.* 368

VESP. de sequ[enti]

DIE XXX.

In Festo

SANCTI ANDR[EÆ]

Apostoli.

Duplex maju[s] *seu III. Clas[sis]* *Omnia de Comm[uni]* *Apostolorum, ex[ceptis]* *quæ sequuntur.*

AD PRIMAS VESP[ERAS]

Ad Magníf. *Ant.* Joannes respícien[s Je]sum ambulantem, Ecce Agnus Dei; diérunt duo discíp[uli lo]quentem, & secú[ti sunt] Jesum. Erat auten[m An]dréas, frater Si[monis] Petri, unus ex duób[us]

qui secúti fúerant eum. Joann. 1.

Oratio, infrà ad Laud.

Commemoratio Feriæ Adventûs.

Ad Bened. *Annt.* 7. a. Invenit Andréas primùm fratrem suum Simónem, & dicit ei: Invénimus Messíam, quod est interpretátum Christus: & adduxit eum ad Jesum. *Joann.* 1.

Oratio.

Majestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus, ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas éxtitit prædicátor & rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercessor; Per Dóminum.

Commemoratio de Adventu.

Vesp. de sequenti.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I.

IN FESTO S. ELIGII,

Noviomensis Episcopi,

ET DIŒCESIS PATRONI.

Duplex II. Classis.

Ad primas Vesperas.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 1. *toni*, D.

Non fuit ei símilis in terra; vir simplex, rectus, ac timens eum, & recédens à malo. *Job.* 2.

Ant. 3. a. Proficiébat ue crescébat, & placébat tàm Deo quàm homínibus. *I. Reg.* 2.

Ant. 4. E. Ipse enim quasi vir verax & timens Deum, plùs céteris videbátur. *II. Esdr.* 7.

Ant. 2. D. Cùm venisset ad Regem, fecit omne opus ejus. *III. Reg.* 7.

Ant. 5. C. Qui díligit cordis mundítiam, propter grátiam labiórum suórum habébit amícum Regem. *Prov.* 22.

Capitulum. Eccli. 50.

Quasi stellà matutína in médio nébulæ, & quasi luna perfecta in diébus suis lucet, & quasi sol refulgens; sic ille effulsit in templo Dei.

℟. Ecce ego locútus sum, & vocávi eum. * Adduxi eum, & direćta est via ejus. ℣. Ejus apprehendi déxteram, ut subjíciam ante fáciem ejus gentes. * Adduxi. Glória. ℟. Ecce ego. *Is.* 48 & 45.

Hymnus.

Quid times sacris, venerande Præsul,
Infulis sacram redimíre frontem?
Te Deus poscit; fácilis precantûm
Annue votis.

Annuit; læti cecinére cives;
Gaudet Urbs; oris nova lux serénis
Ad novos fausti radiasse visa
Síderis ortus.

Ut gregis curas, trepidante dextrâ,
Sumpsit, haud cessat vigilare Pastor;
Crédito ne quid, sibi lupórum,
De grege perdat.

Fronte non asper, fácilis, bénignus;
Voce non solâ docet: ipsa vultûs
Blanda majestas pietátis almum
Afflat amórem.

Si probat patrem, docet imperítos
Erigit tristes, inopésque pascit;
Fidus illæsum vigilando Pastor
Servat ovíle.

Nostra te summum célebrent Parentem
Ora, te summo Génitum Parente;
Par sit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegisti & assumpsisti: ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Ps.* 64.

Ad Magníf. *Ant.* 6. C. Sicut Pastor gregem suum pascet, in bráchio suo congregábit agnos, & in sinu suo levábit. *Isai.* 40.

Oratio, infrà ad Laud.

Pro Commem. S. Andreæ, Ant. Vidit Jesus Simónem & Andréam fratrem ejus, mittentes

e; & dixit
ɔost me; &
fieri pisca-
ım. Et pró-
tis rétibus,
m. *Marc.* 1.
honorificâti
ii, Deus; ℟.
fortátus est
ːcórum.
Maiestátem,
g. 372.
ːriæ *Adven-*

UDES.
Dominica.
1. *toni* D.
ii fuit in Ec-
um pátribus
accépit ver-
nobis. *Act.* 7.
. Vir amátor
ɔenè áudiens,
pater appel-
Mac. 14.
. Símilem il-
Dóminus in
tórum: glo-
um in con-
m, & osten-
óriam suam.

C. Curávit.
, *Eccli.* 51.
ihi Dóminus
m mercédem
& in ipsa lau-

áte ad me,
& congregábo
vos in domum disciplínæ.

Quid adhuc retardátis, & quid dícitis in his? * ánimæ vestræ sítiunt vehementer.

Apérui os meum, & locútus sum; * comparáte vobis sine argento.

Et collum vestrum subjícite jugo, & suscípiat ánima vestra disciplínam: * in próximo est enim inveníre eam.

Vidéte óculis vestris quia módicùm laborávi, * & invéni mihi multam réquiem.

Assúmite disciplínam in multo número argenti, * & copiósum aurum possidéte in ea.

Lætétur ánima vestra in misericórdia ejus, * & non confundémini in laude ipsíus.

Operámini opus vestrum ante tempus, * & dabit vobis mercédem vestram in témpore suo.

Glória Patri, &c.

Ant. Curávit gentem suam, & liberávit eam à perditióne; & adeptus est glóriam in conversatióne gentis. *Eccli.* 50.

Ant. 3. a. Implébitur benedictiónibus, & videntes illum laudábunt. *Eccli.* 37.

Capitulum. Eccli. 39.

Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: sapiéntiam ejus enarràbunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

Hymnus.

O Qui pro grégibus das ánimam tuis,
Alto consílio quàm benè próvidum
Caro ponis ovíli
Quem tu, Christe, vocas ducem!

Factus forma gregis, quæ pópulos doces,
Elígi, sóciis móribus éxprimis;
Dum mandas, amor urget,
Si damnas, amor árguit.

Dum tu corda sacris légibus ímbuis,
Discussis ténebris, stat fídei decus,
Sese pandit aperta
Toto lúmine véritas.

In te turpis opum nil pótuit fames;
Thesaurus pótior péctora móverat;
Æris pródiga dextra
Sparsit, quæ méteret polo.

Fuit sola tibi cura, salus gregis;
Fuit sola quies, continuus labor;
Tibi vívere, Christus,
Tibi grande lucrum mori.

Christi fructífero vínea pálmite
Tuis crescat adhuc cultus labóribus:
Tanto nata fatóre
Cœlo sémina flóreant.

Qua nos duxit amans Elígius viâ,
Hanc fac, summe Deus, discípulos sequi;
Duc, ne lóngius errent;
Serva, ne péreant, oves.

Æternus sit honor ingénito Patri,
Sit par unígenæ glória Fílio,
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

℣. In justítia apparébo conspéctui tuo, Dómine;
℟. Satiábor cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16.

Ad Bened. Ant. 6. C. Impléte gáudium meum, ut idem sapiátis, eamdem caritátem habentes. *Philipp.* 2.

Oratio.

Deus, Sanctórum tuórum splendor mirab

bilis, qui hunc diem beáti Pontíficis Elígii assumptióne consecrasti; da Ecclésiæ tuæ in ejus natalítio exultanti, ut apud misericórdiam tuam, & exemplis ejus, & méritis adjuvétur; Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

AD HORÁS.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Hic est.

CANON.

sancto Elígio Epíscopo Noviomensi.
ejus vita à S. Audoescripta. Libr. 2. c. 16.

go, quantùm ad me áttinet, absolvo co- Deo consciéntiam m; testésque super ínvoco cœlum & m, quòd præbúerim opportúnum mi- ium, atque annun- im vitam & mor- ;æterùm in præsen- s innotesco quòd, 'éritis verba mea, contemnentes au- luéritis, équidem coram Redempo, accusábo per- vestram.

ERTIAM.

. F. Vir amátor.

Capitulum. Eccli. 50.

In accipiendo autem partes de manu Sacerdótum, & ipse stans juxta aram, & circa illum coróna fratrum, quasi plantátio cedri in Líbano; sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ.

℟. *br.* Introíbo in domum tuam in holocaustis: * Allelúia, allelúia. Introíbo. ℣. Reddam tibi vota mea. * Allelúia, all. Glória. Introíbo.

℣. Holocausta medulláta ófferam tibi, ℟. Cum incenso aríetum. *Ps.* 65.

AD SEXTAM.

Ant. 7. b. Símilem illum.

Capitulum. Rom. 15.

Hábeo ígitur glóriam in Christo Jesu ad Deum: non enim áudeo áliquid loqui eórum quæ per me non éfficit Christus, in obediéntiam géntium, verbo & factis, in virtúte signórum & prodigiórum, in virtúte Spíritûs sancti.

℟. *br.* Veníte, & vidéte ópera Dómini: * Allelúia, allelúia. Veníte. ℣. Quæ pósuit prodígia super terram. * Allelúia, allelúia. Glória. Veníte. *Ps.* 45.

℣. Voluntátem timéntium se fáciet, ℟. Et deprecatiónem eórum exáudiet. *Ps.* 144.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Implébitur.

Capitulum. Eccli. 48.

Amplificátus est in mirabílibus suis; & quis potest sic gloriári tibi? Beáti qui te vidérunt; & in amicítia tua decoráti sunt!

℟. *br.* In memória ætérna erit Justus; * Allelúia, allelúia. In memória. ℣. Ab auditióne malâ non timébit. * Allelúia, all. Glória. In memória.

℣. Justítia ejus manet in sǽculum sǽculi; ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Ps.* 111.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Dominica, excepto ultimo, cujus loco dicitur : Memento, Dómine, David. *cum sua divisione, pag.* 140.

Ant. 1. *toni*, G.

Ambulávit in conspectu tuo, Dómine, (servus tuus) in veritáte & justítia & recto corde. *III. Reg.* 3.

Ant. 8. g. Réliquum vitæ suæ in gáudio fuit, & cum bono profectu timóris Dei perrexit in pace. *Tob.* 14.

Ant. 6. F. Mórtuus est in senectúte bona, plenus diérum & divítiis & glória. *I. Par.* 29.

Ant. 4. E. Memória ejus in compositiónem odóris facta, opus pigmentárii; in omni ore quasi mel indulcábitur. *Eccli.* 49.

Ant. 5. C. Jucundábitur in fíliis suis, & in diébus oratiónis suæ exaudiétur. *Eccli.* 3.

Capitulum. Philipp. 4.

Fratres, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc ágite; & Deus pacis erit vobíscum.

Hymnus.

Præscius mortis prope jam futúræ,
Ut novas vires, animósque sumat,
Páscitur Christo, solidáque fortis
Fervet ab esca.

Flebat astantis pia turba Cleri;
Ipse gaudébat properáre cœlo,
Et siti longâ cúpidè petítum
Vísere Numen.

In Deum toto tua major orbe

Mens anhelábat; tua vota, cœlum:
Hìc opes fluxas benè condidisti
Próvidus hospes.

Sat datum terris; tua nunc Olympo
'e gravem virtus méritis reposcit:
édditas tandem fídei triumphans
Necte corónas.

De tuis, si te mala nostra tangunt,
ibus, terras húmiles tuére;
tuam, quæ te studet æmulári,
)éspice prolem.

mma laus Patri, simul æqua Nato,
i compar utriusque inclum,
's, custos & orígo nacti
s & amóris.
Amen.

'ómine, dilexi
domûs tuæ, ℟.
m habitatiónis
æ. Ps. 25.
gníf. Ant. 7. G.
'it eum Dómi-
u sapiéntiæ &
; stolâ glóriæ
ım; jucundi-
exultatiónem
it super il-
nine æterno

hæreditávit illum. Eccli. 15.

Oratio, Deus, *ad Laudes.*

Comm. S. Francisci Xaverii, Presbyteri.

Ant. Oportet te prophetáre Géntibus, & pópulis, & linguis, & Régibus multis. *Apoc.* 10.

℣. Confitébor tibi in natiónibus, Dómine; ℟. Et nómini tuo psalmum dicam. *Ps.* 17.

Oratio infrà ad Laud.

Deindè comm. Feriæ.

AD COMPL. Psalmi de Dominica.

Die II.

In Festo
S. FRANCISCI XAVERII
Presbyteri.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Presbyterorum, p. xxv, exceptis quæ sequuntur.

Ad Laud. *post Hymnum.*

℣. Justítiam tuam, Dómine, non abscondi in corde meo; ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi. *Ps.* 39.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Prædicávi Evangélium, non ubi nominátus est Christus; sicut scriptum est: Quibus non est annuntiátum de eo, vidébunt. *Rom.* 15.

Oratio.

Deus, qui Indiárum gentes, beáti Francisci Xavérii prædicatióne & miráculis, Ecclésiæ tuæ aggregáre voluisti; concéde propítius; ut cujus glorióſa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exempla; Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

Ad Vesperas, *post Hymnum:*

℣. Annuntiávi & locútus ſum; ℟. Multiplicáti ſunt ſuper númerum. *Pſ.* 39.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Non in vácuum cucurri, neque in vácuum laborávi. *Philipp.* 2.

Oratio

pra.

Deinde

Die II

Vesp. de San bara, in Comm Virg. & Mart. de Adventu.

Die IV

In Festo


SANCTÆ BAR

Virginis & Ma

Semiduple

Omnia de Co Virg. & Martyr Deus, qui inter *p.* xliij.

Commemoratio ad Laudes & ad ras.



DIE VI. DECEMBRIS.

IN FESTO

ANCTI NICOLAI,

MYRENSIS EPISCOPI.

IPLEX II. CLASSIS, seu Annuale minus.

nnia de Comm. SS. Pontificum, p. xvj. *excepuæ sequuntur.*

I. VESPERAS.
pitulum. Job. 29.
ris aúdiens beatificábat me, & óculus ns testimónium reddet mihi, eò quòd liſſem páuperem vociitem, & pupillum non esset adjútor. ustítiâ indútus sum; stívi me sicut vestio & diadémate, juo meo. * Oculus fui, & pes claudo: pater páuperum. ℣. Quid est si fidem quis dihabére, ópera aunon hábeat? numpóterit fides salváre? * Oculus. Glória. ustítiâ. *Job.* 29. *Jac.* 2.

Hymnus.

NTA quæ virtus tua,
Nicoláe,
Tránstulit nomen gémi-
nos ad axes!
Sol tuos surgens videt
occidénsque
Semper honóres.

MOLLE qui corpus
puer immolábas,
Súbtrahens certis tibi lac
diébus,
Póntifex, qualis grege
pro tuendo
Víctima fies!

O TUAS dicat quis
amóris artes,
Nube qui densâ bene-
facta celas,
Vírginum custos, pater
& relictis
Tutor egénis?
REBUS angustis nimìs
inquiétus,
Mox suas prodet pater
ipse natas;

Turpe venális prétium pudóris
Allicit aurum.
Nocte tu cæcâ, fúgiens vidérí,
In domum patris, per aperta claustra,
Cautus injecto dúbium pudórem
Asseris auro.
Ne ferat damnum malè tuta virtus,
Æstimas auri pretiósa damna;
Sicque dotátus pudor immolandos
Servat honóres.
Fac, Deus, sic nos ténebras amáre
Ut tibi semper placeámus uni;
His erit quondàm, regente Christo,
Glória factis.
Amen.
℣. Mutuábitur peccátor, & non solvet; ℟. Justus autem miserétur, & tríbuet. *Ps.* 36.
Ad Magnif. *Ant.* 6 F. Si buccellam meam comédi solus, & non comédit pupillus ex eâ; si non de vellétibus óvium meárum caléfactus est, húmerus meus cadat, & bráchium meum confringátur. *Job.* 31.
Oratio, infrà ad Laudes.
Commemoratio Feriæ.

AD LAUDES.
Capitulum. I. Joann. 4.
In hoc cognóscitur Spíritus Dei: omnis spíritus qui confitétur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; & omnis spíritus qui solvit Jesum, hic est Antichristus.
Hymnus.
Illa quæ dudùm lítuit latére,
Mille portentis manifesta virtus,
Instar accensæ facis, emicábit
Major ab alto.
Lux eris cæco, cólumen labanti
Et salus ægro; miseró levámen;
Et tuum cinget latus indigentûm
Turba satelles.
Cum suis vertes simulácra templis;
Vócibus tristes ululáre longùm
Dæmones visi, sua dum jubentur
Línquere regna.
Non capit sese tua fama, Præsul,
Jámque regáles penetrávit aulas;
Ad tuum nomen metuenda reges
Jussa retractant.
Morte damnátos,

prece ter vocantes,
Líberas abſens: per opáca noctis
Increpas Regem; tua Rege major
Terret imágo.

TÉRRUIT nautas: fugiébat urbem
Plena frumento, redit acta navis
In tuos portus, recreátque cives
Meſſis egénos.

TUQUE Nicæni nova lux ſenátûs
Aſſeris vindex, érebo fremente,
Par Patri Verbum, Genitúmque ſummo
Númine Numen.

SUMMA laus Patri, tibi ſumma, Nate,
Cujus æternum benè Nicoláus
Víndicat regnum; tibi par, ſuperni
Nexus amóris.
Amen.

℣. Confitébor Dómino nimìs in ore meo, ℟. Et in médio multórum laudábo eum. *Pſ.* 108.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credídimus & cognóvimus quia tu es Chriſtus Fílius Dei. *Joann.* 6.

Oratio.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decoraſti miráculis; quæſumus, ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónum ſuárum ſalutárem conſequantur effectum; Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. I. Cor. 15.

Evigiláte, juſti, & nolíte peccáre: ignorántiam enim Dei quidam habent: ad reveréntiam vobis loquor.

Hymnus. ILLA quæ dudùm, *ut in Laud.*

℣. Confiteántur (pópuli) nómini tuo magno, Dómine; ℟. Quóniam terríbile & ſanctum eſt. *Pſ.* 98.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Fides cooperabátur opéribus illíus, & ex opéribus conſummáta eſt, & amícus Dei appellátus eſt. *Jac.* 2.

Oratio ut ſuprà.

Comm. *S. Ambroſii. Ant.* Sápiens. ℣. Beátus, p. xxij *Oratio*, Deus, qui beátum. *ut infrà.*

Deindè Comm. Feriæ.

Die VII.
In Festo
SANCTI AMBROSII,
Episcopi & Ecclesiæ
Doctoris.
Duplex.
Omnia de Comm. SS. Doctorum, p. xxj. *exceptis quæ sequuntur.*
Oratio.

Deus, qui beátum Ambrósium Pontíficem cathólicæ fídei propugnatórem effícere dignátus es; præsta, quæsumus, ut ipso intercedénte pro nobis, mereámur errórum vitáre discrímina, & de veritáte nunquàm erubéscere; Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

Vesp. de Festo sequenti.

Die VIII. Decembris.

IN FESTO CONCEPTIONIS B. M. VIRGINIS.

Duplex I. Classis, seu Annuale majus.

AD I. VESPERAS.
Psalmi de Feria.
Ant. 8. g.

A Mulíere inítium factum est peccáti, & per illam omnes mórimur *Eccli.* 25.

Ant. 6. F. Dixit Dóminus ad mulíerem: Quare hoc fecísti? Quæ respóndit: Serpens decépit me. *Gen.* 3.

Ant. 3. a. Ait Deus ad serpentem: Quia fecísti hoc, inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum, & semen illíus. *Gen.* 3.

Ant. 1. D. Ipsa cónteret caput tuum; & tu insidiáberis calcáneo ejus. *Gen.* 3.

Ant. 2. D. Dómine, erit hoc memoriále nóminis tui, cùm manus féminæ dejécerit eum. *Judith.* 9.

Capitulum. Sophon. 3.

Lætáre & exulta in omni corde, fília Jerúsalem: ábstulit Dóminus judícium tuum; avertit inimícos tuos. Rex Israel Dóminus in médio tuî.

℟. Ecce draco magnus stetit ante mulíerem quæ erat paritúra fílium qui rectúrus erat omnes gentes; * Et projectus est draco ille magnus, serpens antíquus qui sedúcit universum orbem. ℣. Per manum féminæ percussit illum Dóminus Deus noster. * Et projectus est. Glória Patri. ℟. Ecce. *Apoc.* 12. *Judith.* 13.

Hymnus.

Hùc adsint hílares Alígerûm chori:
Plausu turba fremens ócyùs ádvolet;
Concordésque simul læta ferens sonos
Laudet cármine Vírginem.

MONSTRUM colla tumens hórrida síbilis,
Intentánsque truces lumínibus minas,
Omnes pestífero pólluit hálitu,
Virus lethíferum vomens.

HÆRENS indè tenax viscéribus malum
Fœdam progéniem cum pátribus necat.
Quæ monstrum nova vis fórtior ópprimet,
Infandum caput átterens?

UNAM tanta manet glória Vírginem:
Victrix illa premit corda feróci;
Exultánsque super terga terit pede;
Nec jam dira nocet lues.

PATRI máxima laus, máxima Fílio;
Sit par, alme, tibi glória, Spíritus,
Sponsam munéribus qui décoras tuis,
Ut sit digna Deo parens.
Amen.

℣. Super áspidem & basilíscum ambulábis; ℟. Et conculcábis leónem & dracónem. *Ps.* 90.

Ad Magníf. *Ant.* 1. A. Noli metúere; non moriéris; non enim pro te, sed pro ómnibus hæc lex constitúta est. *Esth.* 15.

Oratio, infrà ad Laud.

Pro Comm. S. Ambrosii, Ant. Qui docti fúerint, ℣. Ignítum, *p.* xv. *Oratio, ut suprà.*

Deindè Comm. Feriæ.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 8. c. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ; dícite fíliæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit. *If.* 62.

Hymn. Virgo, Dei Génitrix, *p.* liij.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. F. Propter Jerúsalem non quiescam, donec egrediátur ut splendor Justus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur. *If.* 62.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Antiphona 1. G.

Tota pulchra es, amíca mea, & mácula non est in te. *Cant.* 4.

Ant. 5. a. Tu glória Jerúsalem: tu lætítia Israel; tu honorificéntia pópuli nostri. *Judith.* 15.

Ant. 6. F. Propter angústias & tribulatiónem géneris tui, subvenisti ruínæ ante conspectum Dei nostri. *Judith.* 13.

Ant. 3. a. In omni gente.

Canticum. Judith. 16.

INcípite Dómino in tympanis: * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláмini illi psalmum novum; * exaltá-

te, & invocá

ejus.

Dóminus cón

la: * Dómini

est illi:

Qui pósuit

in médio póp

ut eriperet no

ómnium inimi

strórum.

Venit Assur

bus ab Aquiló

multitúdine f

suæ:

Cujus multi

rávit torrentes

eórum cooperu

les.

Dixit se ince

nes meos, *

meos occisúru

Infantes me

prædam, * &

captivitátem.

Dóminus a

potens nócuit

trádidit eum

féminæ, &

eum.

Glória Patr

Ant. In om

quæ audíeri

tuum, magnif

per te Deus Isr

13.

Ant. 7. d. E

minus in luc

ternam, &

in glóriam

so.

Capitulum. Apoc. 12.

Signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus; & in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

Hymnus.

Afflicta quid ploras, Sion?
Depóne cultus lúgubres:
Antíqua cessat sérvitus:
Testáre plausu gaúdia.

Frustra profundi gúrgitis
Tyrannus intentat minas:
Victus recédet, & gravi
Pressus caténâ cóncidet.

Primis negáta séculis,
Pax alma terris rédditur:
María lætos dat dies,
Rerúmque mutat órdinem.

Qualem, María, te canam,
O Virgo! flos ô vírginum?
Hebræa quas tellus tulit,
Tu sola vincis fílias.

Vix dùm parentis in sinu
Jàm plena vivébas Deo;
Castúmque pectus cœperat
Ardére sacris ígnibus.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Dignam Deo qui Vírginem
Formans ab ortu præparas.
Amen.

℣. Magna est glória ejus, ℟. In Salutári tuo, Dómine. *Ps.* 20.

Ad Bened. Ant. 4. E. Quæ est ista quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna: electa ut sol? *Cant.* 6.

Oratio.

Deus, qui propter honórem Dómini nostri Jesu Christi, beátam Vírginem Maríam matrem ejus ab omni labe peccáti præservasti; quæsumus, ut nos ejus Conceptiónem puríssimam recolentes, ab omni iniquitáte mundos grátiâ tuâ effícere dignéris; Per eumdem Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia.

Sit laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Dignam Deo qui Vírginem
Formans ab ortu præparas.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Tota pulchra es.

In ℟. *br.* Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Sess.* 5. *in fine Decreti de Peccato Originali.*

Declárat sancta Synodus non esse suæ intentiónis comprehéndere in decréto, ubi de peccáto originàli ágitur, beátam & immaculátam Vírginem Maríam, Dei Genitrícem; sed observandas esse Constitutiónes felícis recordatiónis Sixti Papæ quarti, sub pœnis in eis Constitutiónibus contentis, quas ínnovat.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Tu glória.

Capitulum. Judith. 13.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Vultum tuum deprecabuntur: * Allel. allel. Vultum. ℣. Omnes dívites plebis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Vultum. *Ps.* 44.

℣. Gloriósa dicta sunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Ps.* 86.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Propter angústias.

Capitulum. Judith. 13.

Benedíctus Dóminus, qui creávit cœlum & terram, qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum.

℟. *br.* Deus præcinxit me virtúte: * Allel. allel. Deus. ℣. Et pósuit immaculátam viam meam. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Deus. *Ps.* 17.

℣. In hoc cognóvi quóniam voluisti me, Dómine, ℟. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me. *Ps.* 40.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Erit tibi Dóminus.

Capitulum. Baruch. 5.

Indue te decóre & honóre ejus, quæ à Deo tibi est, sempitérnæ glóriæ: circúmdabit te Deus diplóide justítiæ, & impónet mitram cápiti honóris ætérni.

℟. *br.* In Deo salutáre meum: * Allelúia, allel. In Deo. ℣. Et glória mea. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. In Deo. *Ps.* 61.

℣. Dómine, in voluntáte tua, ℟. Præstitisti

decóri meo virtútem. *Ps.* 29.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo B. M. V. p. xxiij.

Antiphona, 8. *toni* g.

Ecce tu pulchra es, amíca mea: ecce tu pulchra es: óculi tui columbárum. *Cant.* 1.

Ant. 2. D. Sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias. *Cant.* 2.

Ant. 1. f. Hortus conclúsus soror mea sponsa: hortus conclúsus, fons signátus. *Cant.* 4.

Ant. 5. a. Fons hortórum: púteus aquárum vivéntium quæ fluunt ímpetu de Líbano. *Cant.* 4.

Ant. 6. F. Pulchra es, amíca mea: suávis & decóra sicut Jerúsalem. *Cant.* 6.

Canticum. Genes. 22.

Possidébit semen tuum portas inimicórum ... órum: & benedicentur ... sémine tuo omnes gen... terræ.

Hymnus. Ave, maris ... lla, *pag.* lij.

℣. Diffúsa est grátia in ... is tuis; ℟. Proptéreà ... dixit te Deus in æ... um. *Ps.* 44.

d Magníf. *Ant.* 5. C. ... n pulchra es, amíca ... ! quàm pulchra es! ... distillans lábia tua, sponsa: mel & lac sub lingua tua; & odor vestimentórum tuórum, sicut odor thuris. *Cant.* 4.

Commemoratio Feriæ.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica; reliqua ut heri, p. 384.

DIE IX.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

AD LAUD. *Comm. Feriæ. Deindè S. Leocadiæ, Virg. & Mart. Ant.* Casta, *p.* xliv. ℣. Deus, *p.* xliij. *Oratio*, Omnípotens, *p.* xliv.

AD VESP. *Comm. Feriæ & S. Eulaliæ, Virg. & Mart. Ant.* Infirma. ℣. Hæréditas, *p.* xlij. *Orat. propr. ut infrà.*

DIE X.

DE OCTAVA.

Semiduplex.

AD LAUD. *Comm. Feriæ. Deindè S. Eulaliæ, Virg. & Mart. Ant.* Casta, *p.* xliv. ℣. Deus, *p.* xliij.

Oratio.

Deus, sanctæ puritátis amátor, qui beátæ Eulállæ castum Virginitátis propósitum infudisti: da nobis, quæsumus, sic ejus agónem gloriósum venerári, ut perpétuis ejusdem mereámur fovéri præsídiis. Per Dóminum.

DIE XI. DECEMBRIS.

IN FESTO
SS. VICTORICI, FUSCIANI ET GENTIANI, MARTYRUM.

DUPLEX II. CLASSIS.

Omnia de Communi SS. Martyrum, exceptis quæ sequuntur.

AD I. VESPERAS.

Capitulum. Apoc. 7.

Hi qui amícti sunt stolis albis, qui sunt, & undè venérunt? Hi sunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt stolas suas in sánguine Agni.

℟. Absterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum, * Et mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt. ℣. Justi in perpétuum vivent, & cogitátio illórum apud Altíssimum. * Et mors. Glória. ℟. Absterget. *Apoc.* 21. *Sap.* 5.

Hymnus.

O Qui tuo victóriam
Fers haud ináni nómine,
Invicte Victor dæmonum,
Verique vindex Núminis:
GENTES tuis labóribus
Christo subactas réspice,
Et Templa serva, córporis
Tui benignus hóspita.
Tu Mártyris nostri comes,
Et Martyr ipse, noster es
Et civis & custos, Deo
Favente, jamprídèm datus.
Vos una vivos cáritas,
Vos una spes conjúnxerat,

junxit, & locus
unus mórtuos.
Christianórum

lútem míllia;
o, qui Crucem
oríuis íntulit!
Roma victrix,
os
os agnóverat,
ires Cæsare
go submíttitis.
os pares Apó-

nor gens æsti-

post Christum
t
órum præmia.
rinus unus &
,
laus summo
i,
Nato, nec mi-

usque Flámini.
n.
onturbáti sunt
ii vidébant eos;
nuit omnis ho-
53.
gníf. *Ant.* 1. A.
t in throno, ha-
per illos; Agnus,
dio Throni est,
s, & dedúcet
tæ fontes aquá-
oc. 7.
nfrà ad Laudes.
Oct. & Feriæ.
uint. Hiem. * Gg 6

AD LAUDES.

Capitulum. Apoc. 6.

Vidi subtus altáre ánimas interfectórum propter Verbum Dei; & clamábant voce magnâ dicentes: Usquequò, Dómine, non vindicas sánguinem nostrum?

Hymnus.

Audite Christum: qui meos,
Inquit, ministros súscipit,
Me mentis arcánum simul
In se recondit hóspitem.

En Gentiánus ádvenas
Suscépit; ad mortem peti
Vix audit, ad mortem volat,
Et Martyr ánteit duces.

Martyr beáte! dívitum
Tu forma, ductor & decus:
Hospes benignus páuperum,
Cœlíque raptor ímpiger.

Cujus patébant ádvenis
Et corda semper & domus,
Cœlestis ecce nunc tibi
Regni patescunt átria.

Pro veste nudis trádita,
Vestit suo te lúmine;
Pro pane, pro lymphâ, tibi
Appónit ipsum se Deus.

Sic tu duos dùm cólligis
Quos nesciébas páuperes;
Apóstolos, Christum, tuam
Demùm salútem cólligis.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo Gentiánus áuspice
Per vim brevem cœlum rapit.
Amen.

℣. Judícia Dómini vera, ℟. Desiderabília super aurum. *Ps.* 18.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Distenti sunt, non suscipientes redemptiónem, ut meliórem invenírent resurrectiónem. In occisióne gládii mórtui sunt. *Hebr.* 11.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, sicut beátos Victorícum & Fusciánum ad Martyrii palmam per verbi tui prædicatiónem, Gentianúmque per hospitalitátis méritum adduxisti, ità nos verbum tuum móribus saltèm prædicémus, & hóspitem te in paupéribus collígere mereámur: Per Dóminum.

Comm. Oct. & Feriæ.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. I. Cor. 4.

Nos Deus Apóstolos novíssimos ostendit, tamquàm morti destinátos; quià spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus.

Hymnus, O qui tuo victóriam. *ut suprà, ad I. Vesperas.*

℣. In generatiónem & generatiónem, ℟. Annuntiábimus laudem tuam, Dómine. *Ps.* 88.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Factæ sunt voces in cœlo dicentes: Grátias ágimus tibi, Dómine, quia advénit tempus réddere mercédem servis tuis. *Apoc.* 11.

Orat. ut suprà Comm. Octav. & Feriæ. Deindè S. Valarici, Abb. Ant. Egrédere, *p.* xxxij. ℣. Potens, *p.* xxxj. *Oratio*, Da nobis, *p.* xxxiv.

DIE XII.
DE OCTAVA.
Semiduplex.

Ad Laud. *Comm. Feriæ: & S. Valarici, Abb. Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio*, Da nobis, *pag.* xxxiv.

Vesperæ *de Oct. A Capitulo de sequenti. Comm. Octav. & Feriæ.*

Die XIII.

SANCTÆ LUCIÆ, Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Virg. pag. lxviij.

Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, Sanctæ Lúciæ Mártyris tuæ votíva convóveat; ut ejus sacra natalítia & temporáliter frequentémus, & conspiciámus ætérna: Per.

Comm. Oct. & Feriæ.

Vesp. de S. Luciâ; A Capit. de seq. Comm. S. Luciæ, deindè Oct. Denique Feriæ.

Die XIV.

SS. NICASII, Remensis Episcopi, & Sociorum, Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Mart. p. xij.

Oratio.

Deus, fidélium insuperábilis fortitúdo, qui inter mundánæ conversatiónis advérsa, Sanctórum tuórum nos glorificatióne consoláris; fortem illam quæ in beátis Martyribus Nicásio & sóciis ejus flagrávit diléctiónem, benígnus in nobis aspíra; Per

Comm. Oct. & Feriæ.

Die XV.

OCT. CONCEPTIONIS B. M. V.

Duplex.

Pridiè ad I. Vesp. omittitur Responsorium; cætera ut in die. Comm. SS. Nicasii & Socior. Ant. Ecce. ℣. Exultent. *p.* xvj. *Oratio ut suprà.*

Deindè Comm. Feriæ

Ad Laudes, Comm. Feriæ.

Ad II. Vesp. Comm. seq. Ant. Ipsum. ℣. Elegit. *p.* xvij. *Oratio*, Da, quæsumus, *pag.* xix.

Deindè Comm. Feriæ.

Die XVI.

Aut proximâ die non impeditâ.

S. SYLVESTRI, Papæ.

Semiduplex.

Omnia ut in Commem. SS. Pontif. Orat. Da, quæsumus.

Comm. Feriæ ad Laud. & ad II. Vesp.

Die XXI.

SANCTI THOMÆ, Apostoli.

Duplex II. Classis, seu Duplex Majus.

Omnia de Comm. Apostolorum. p. j. *exceptis quæ sequuntur.*

AD I. VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Annuntiábitur Dómino ge-

nerátió ventúra; ℟. Et annuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur. *Ps.* 21.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Dixit Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiscípulos: Eámus & nos, ut moriámur cum Jesu. *Joann.* 11.

Oratio, Da nobis, *ut infrà.*

Fit Comm. Feriæ per Antiph. O.

AD LAUDES.

Post Hymnum.

℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95.

Ad Bened. *Ant.* 7. a. Dicit Thomæ Jesus: Ego sum via & véritas & vita; nemo venit ad Patrem nisi per me. *Joann.* 14.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ festivitáte gloriári; ut ejus semper, & patrocíniis sublevémur, & fidem cóngruâ devotióne sectémur; Per Dóminum nostrum.

Commemoratio Feriæ.

AD II. VE

Post H

℣. Nimìs
sunt amíci
℟. Nimìs c
principátus
138.

Ad Magn
Vide manu
affer manu
mitte in lat
noli esse in
fidélis. Res
mas, & di
meus, &
Joann. 20.

Fit Com
Ant. O.

DIE
SANCTÆ
Virginis &
Comm

AD I. V
Ant. Inf
réditas, *p.*
ut infrà, In

AD LAU
sta. ℣. Deu

O

Indulgénti
mine, be
Virgo & M
ret; ut eju
quentes, &
castitáte pl



FESTA JANUARII.

DIE I.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS DOMINI.

Duplex II. Classis, *seu Annuale minus.*

Omnia ut in Proprio de Tempore, pag. 238.

Die II.

In Festo Sancti Basilii,

Cæsariensis Episcopi & Doct. Eccl.

Semiduplex.

Omnia ut in Proprio de Tempore, pag. 248.

Vesperæ de sequenti.

Die III.

IN FESTO VENTIONIS S. QUINTINI, MARTYRIS, A S. ELIGIO.

lex I. Classis, seu Annuale majus.

VESPERAS.

mi de Feriâ.

ph. ton. 1. J.

odò cécidit po-
, qui salvum fa-
ch 2

ciébat pópulum suum? *I. Mach.* 9.

Ant. 2. D. Versus est in luctum chorus noster: cécidit coróna cápitis nostri. *Thren.* 5.

Ant. 3. a Recordáre, Dómine, quid accíderit nobis; pupilli facti sumus absque patre. *Thren.* 5.

Ant. 4. E. Proptéreà mœstum factum est cor nostrum; ideò contenebráti sunt óculi nostri. *Thren.* 5.

Ant. 5. a. Facti sumus quasi in princípio, cùm non dominaréris nostri, neque invocarétur nomen tuum super nos. *If.* 63.

Capitulum. I. Mach. 3.

Jejunavérunt in die illâ; induérunt se cilíciis, & cínerem imposuérunt cápiti suo, & clamavérunt voce magnâ in cœlum.

℟. Tunc Elíachim, Sacerdos Dómini magnus, circuívit omnem Israel, allocutúsque est eos dicens: * Scitóte quóniam exaúdiet Dóminus preces vestras, si manentes permanséritis in jejúniis & oratiónibus in conspectu Dómini. ℣. Scientes quia tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia probatiónem, probátio spem; spes autem non confúndit: * Scitóte. Glória. *Repetitur* Tunc Elíachim. *usq. ad* ℣. Scientes. *Judith.* 4. *Rom.* 3.

Hymnus.

Alta nocte sacer quis fragor insonat?
Aras, templa faces undè tot ámbiunt?
Inter multíplici lúmina flámmeas
Quæ surgit pyra lámpades?

Ultor nempè Deus córpora Mártyrum
Condi pulvéreo non pátitur situ,
Dulces exúvias, oppróbrium necis,
Sacris pensat honóribus.

Inventum sub aquis ante palústribus
Multâ corpus humo fœmina téxerat:
Rursùs detégitur; se rétegit piis,
Se celáverat ímpiis.

Ut terram fériit non violábilem
Fossor, diríguit; dextra ligónibus
Hæsit sacrílegis; membra perhórruit
Fœdis pútrida vérmibus.

Scrutans ipse manu, dum benè pértinax
Crebro pulsat humum vérbere Póntifex,
Vibrat terrífici fúlgura lúminis
Elísum túmuli latus.

Nocti qui rútilans se sóciat dies,

Circumfúsus agris, térritat íncolas;
Quâ se lux áperit, prótinùs ádvolant;
Cantu Templa remúgiunt.

Erramus míseri, nos malè crédulos
Ludunt mortíferæ lucis imágines;
Da nos, Christe, tuo lúmine pleniùs.
Mentes páscere dévias.

Patri máxima laus, máxima Filio,
Ambortúmque sacro máxima Flámini,
Cujus præsídio prælia sústinent,
Spreto fúnere, Mártyres. Amen.

℣. Abscondit me Dóminus in die malórum; ℟. Protexit me in abscóndito Tabernáculi sui. *Ps.* 26.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Lætátus est pópulus valdè, & egérunt diem illam in lætítiâ magnâ, & constítuit agi ómnibus annis diem istam tértiâ mensis. *I. Mach.* 7.

Oratio, ut infrà ad Laud.

Ad Complet. *Psalmi de Feria*

Ant. 8. C. Oriétur in ténebris lux tua: & ténebræ tuæ erunt sicut merídies. *Is.* 58.

Ad Hymn. *Doxologia.*

Uni sit & Trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.

Eadem Doxologia dicetur crastinâ die ad Hymnos ejusdem metri.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 4. E. Consurgam cùm sédero in ténebris: Dóminus lux mea est. *Mich.* 7.

AD LAUDE

Antiphona 5. a.

Descendens [Sacerdos magnus] éxtulit manus suas in omnem congregatiónem, dare glóriam Deo à lábiis suis. *Eccli.* 50.

Ant. 6. F. Præcépit ut die ac nocte Dóminum invocárent, quò, sicut semper, & nunc adjuváret eos. *II. Mach.* 12.

Ant. 3. a. Omnibus ítaque cum fletu & jejúniis per tríduum contínuum prostrátis, hortátus est eos ut se præparárent. *II. Mach.* 13.

Ant. 6. F. Volens osténdere.

Canticum. Eccli. 50.

Sacerdos magnus qui in diébus suis corroborávit Templum, * & ingressum domûs & átrii amplificávit.

Quasi sol refulgens, * sic ille efulsit in templo Dei.

In ascensu altáris sancti glóriam dedit, * sanctitátis amictum.

Porrexit manum suam in libatióne, * & libávit de sánguine uvæ.

Effúdit in fundamento altáris odórem divínum, * excelso Príncipi.

Tunc exclamavérunt filii Aaron, * & tubis ductílibus sonuérunt;

Et audítum fecérunt vocem magnam, * in memóriam coram Deo.

Tunc omnis pópulus simul, * cecidérunt in fáciem super terram,

Adoráre Dóminum Deum suum, * & dare preces omnipotenti Deo.

Et amplificavérunt psallentes in vócibus suis, * & in magnâ domo audítus est sonus suavitátis plenus.

Et rogávit pópulus Dóminum, usque dùm perfectus est honor Dómini, * & munus suum perfecérunt. Glória Patri.

Ant. Volens osténdere virtútem Dei, qui magna fecit in terrâ, & fecit nobiscum secundùm misericórdiam suam. *Eccli.* 50.

Ant. 7. a. Etiam
derit me Dóminu
ipso sperábo, & i
Salvátor meus. *Jo*

Capitulum. Eccli

Confitébor
tuo, Dómine
niam adjútor &
ctor factus es mi
liberasti corpus m
perditióne.

Hymnus.

O nox, ô rádi
ténebris ju
Quem tot voca
éxere Mártyi
Tantam funéreo
lóngiùs
Lucem sit pudo
Portentum
prome stupé
Pulchrum corpus
crúdaque vi
Quæ nec vermis
nec violáveri
Ævi lenta rapá
Plebi busta
jam sacra píg
Palpat, qui méru
tere, Póntif
Tristes Martyrii
perit notas,
Tot fletu rigat ó
Tactus Virgín
sit & óscula
Stillans purpúreis
ribus cruor
Per castas íterùm
cis manus
Sese fundit & in

URNAM, sancte, tui córporis hóspitam
En struxit píetas Præsulis ártifex:
Hinc aurum rútilat, spléndidus hinc lapis.
Telis fúlgurat ígneis.

POMPAM tempus erit, cùm tibi nóbilem
Princeps Borbónii sánguinis ínstruet:
Pompæ festa dies ritè dicábitur
Sæclis æqua perénnibus.

PATRI máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque sacro máxima Flámini,
Quo, flammas, & aquas, & túmuli situm
Vincunt, áuspice, Mártyres.
Amen.

℣. Lux orta est justo,
℟. Et rectis corde lætítia. *Ps.* 96.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Omnis cívitas exultávit: nova lux oríri visa est: gáudium & honor apud omnes; in tantùm, ut plures, altérius gentis, eórum Religióni & cæremóniis jungerentur. *Esth.* 8.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, Sanctórum tuórum custos mirábilis, qui ad devótam hódiè sancti Pontíficis Elígii instántiam, beáti Mártyris tui Quintíni corpus revelásti; concéde, quæsumus, ut qui pretiósæ hujus inventiónis memóriam solémniter celebrámus, ambórum méritis & précibus, perpétuam apud te grátiam inveníre mereámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Descendens.

CANON.

Ex sermóne sancti Leónis, Papæ.

In Oct. SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Pudet dícere, sed necesse est non tacére: plus honóris impénditur dæmóniis, quàm Apóstolis. Majórem óbtinent insána spectácula frequéntiam, quàm sancta Martyria. Quis hanc urbem reformávit salúti? quis à captivitáte éruit? quis à cæde defendit? Ludus Circénsium, an cura Sanctórum? Horum útiquè précibus divínæ censúræ flexa senténtia est; ut qui merebámur iram, servarémur ad véniam. Ne ergò ingratórum nota vobis, dilectíssimi, possit ascríbi,

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Præcépit.

Capitulum. I. Cor. 15.

Caro & sanguis regnum Dei non possidébunt, neque corrúptio incorruptélam possidébit.

℟. *br.* In Deo sperávit cor meum. * Allelúia, all. In Deo. ℣. Et refflóruit caro mea. * Allelúia, allel. Glória. ℟. In Deo.

℣. Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me; ℟. Nec delectásti inimícos meos super me. *Ps.* 27.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Omnibus.

Capitulum. Rom. 8.

Si quis spíritum Christi non habet, hic non est ejus: si autem Christus in vobis est, Spíritus qui suscitávit Jesum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora vestra.

℟. *br.* Omnia ossa mea dicent: * Allelúia, allel. Omnia. ℣. Dómine, quis símilis tibi? * Allelúia, all. Glória. ℟. Omnia.

℣. Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus, ℟. Egénum & páuperem à diripiéntibus eum. *Ps.* 34.

AD NONAM.

Ant. 7. a. Etiamsi.

Capitulum. Rom. 8.

Si secundùm carnem vixéritis, moriémini; si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis.

℟. *br.* Bénedic, ánima mea, Dómino. * Allelúia, allel. Bénedic. ℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam. * Allel. all. Glória. ℟. Bénedic.

℣. Qui replet in bonis desidérium tuum; ℟. Renovábitur, ut áquilæ, juventus tua. *Ps.* 102.

AD II. VESPERAS.

Antiphona 1. F.

Ecce non est abbreviáta manus Dómini, ut salváre néqueat; neque aggraváta auris ejus, ut non exáudiat. *Is.* 59.

Ant. 2. D. Erumpet quasi manè lumen tuum, & sánitas tua citiùs oriétur. *Is.* 58.

Ant. 3. a. Anteíbit fáciem tuam justítia tua, & glória Dómini cólliget te. *Is.* 58.

Ant. 5. a. Dóminus implébit splendóribus ánimam tuam, & ossa tua liberábit. *Ibid.*

Ant. 8. g. Ecce Deus vincens sciéntiam nostram; in mánibus abs-

condit lucem, & præcipit ei ut rursùs advéniat. *Job.* 36.

Capitulum. Joann. 3.

Qui benè agit, venit ad lucem, ut manifestentur ópera ejus, quia in Deo sunt facta.

Hymn. Altâ nocte. *ut ad I. Vesperas.*

℣. Quantas ostendisti mihi tribulatiónes multas & malas? ℟. Et de abyssis terræ iterùm reduxisti me, Dómine. *Ps.* 70.

Ad Magnif. Ant. 3. E. Ejus quæ in nobis est donatiónis, per multos grátiæ agantur Deo; spero autem quòd usque in finem cognoscétis, quòd glória vestra sumus, sicut & vos nostra. *II. Cor.* 1.

Oratio, ut suprà, ad Laudes.

Extra chorum, Comm. S. Genovefæ & S. Titi, ut notatur p. 249. *Propr. de Tempore.*

Die VI.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Duplex I. Classis, seu Annuale Majus.

Omnia ut in Proprio de Tempore, additis sequentibus.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 5. a. Béthlehem, ex te egrediétur qui sit Dominátor in Israel, & egressus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. *Mich.* 5.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 1 a. Illumináre, Jerúsalem, quia venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est. *Is.* 60.

Cætera omnia usque ad 14. Jan. ut habentur in Propr. de Temp. usque ad pag. 266.

Die XIV.
In Festo
SANCTI HILARII,
Pictaviensis Episcopi
& Ecclesiæ Doctoris.
Duplex.

Omnia de Communi SS. Doctorum, p. xxi.

exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè ad Veſp. Comm. S. Remigii, Epiſc. Ant. Ipſum. ℣. Elégit., *ut in Comm.* p. xvij. *Oratio, ut infra, ad Laudes.*

Deindè, Comm. S. Felicis, Nolani, Preſb. ut habetur, pag. 166.

Oratio.

Proſit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii feſtíva ſolémnitas: ut, ſicut Conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam, ita nos ejus interceſſióne in eádem fide ſtábiles permanére valeámus; Per eumdem.

Pro Comm. S. Remigii, Epiſc. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas, *ut in Comm.* p. xix. *Oratio.*

Deus, qui beátum Remígium Pontíficem, grátiæ tuæ ad Francórum ſalútem miniſtrum, ſelegiſti; concéde, quæſumus, ut qui bonórum ſuórum vóluit nos eſſe partícipes in terris, miſericórdiæ tuæ dona nobis apprecétur in cœlis; Per Chriſtum.

Pro Comm. S. Felicis.

Ant. Apprehende vitam æternam in qua vocátus es, confeſſus bonam confeſſiónem coram multis téſtibus. *I. Tim.* 6.

℣. Propter verba labiórum tuórum, Dómine, ℟. Ego cuſtodívi vias duras. *Pſ.* 16.

Oratio.

Excita in Eccléſia tua, Dómine, Chriſtiánæ ſpíritum paupertátis, quem ſanctus Présbyter Felix, tui nóminis Confeſſor, religióſè cóluit; ut, ejus intercedéntibus méritis, promiſſa paupéribus ſpíritu præmia feliciter conſequámur; Per Chriſtum.

Comm. Virginis Deiparæ. Veſp. de ſequenti.

DIE XV.

In Feſto

SANCTI JOSEPH, Sponſi B. M. Virginis.

Duplex majus, Seu III. Claſſis.

AD I. VESPERAS.

Pſalmi de Feriâ.

Antiphona 3. a.

Jacob génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus qui vocátur Chriſtus. *Matth.* 1.

Ant. 2. D. Oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitáte ipsíus, & exaltávit caput ejus. *Eccli.* 11.

Ant. 8. g. Benedictiónes confortátæ ſunt benedictiónibus patrum e-

veníret desi-
liúm ætern6-
49.
d. Sapiéntia
n indúcet su-
donec tentet
redat ánimæ
i. 4.
a. Lætificábit
lenudábit ab-
illi, & the-
super illum
& intellectum
ccli. 4.
m. Eccli. 27.
ris justítiam,
ndes illam: &
iasi podérem
x inhabitábis
& próteget te
rnum.
ymnus.
progénies, Isá-
im decus,
lebrent cármi-
njuges;
ue ferant cán-
vírgines
lília vírgini.
éphe, novi lux
fœderis,
sóciæ Vírginis
er:
thálamo cón-
ábstinens,
díceris & pater.
ogéniem quàm
créditam
nsílio depósi-
Dei!

Tecum pervígiles Cœlí-
tuum Pater
Curas júraque dívidit.
Artus inválidum tu
púerum foves,
Infantíque Deo pábula
súfficis;
Et formáta Dei, te sine,
de tuis
Crescunt membra la-
bóribus.
Sint qui mille tubis
úndique pérsonent;
Adventasse Deum qui
pópulos regat;
Tu commissa tibi non
violábili
Velas sacra siléntio.
Sit laus summa Patri,
súmmaque Fílio:
Sit par, alme, tibi, gló-
ria, Spíritus,
Qui fœcunda facis vísce-
ra Vírginis,
Illábens útero Deus.
Amen.
℣. Super salutáre tuum,
Dómine, ℟. Exultábit
vehementer. *Ps.* 20.
Ad Magníf. *Ant.* 1. J.
Dixit Rex ad Joseph:
Numquid sapientiórem
& consímilem tuî inve-
níre pótero? Tu eris su-
per domum meam. *Gen.*
41.
Oratio, infrà, ad Laudes.
Commemor. S. Hilarii.
Ant. Qui docti. ℣.
Ignítum, p. xxv. Oratio.

Profit. *suprà*, p. 400.

Deindè S. Mauri, Abb.

Ant. Egrédere. *p.* xxxij.

℣. Potens, *p.* xxxi. *Oratio*, Da nobis, *p.* xxxiv.

AD LAUDES.

Antiphona. 1. f.

Ibant parentes Jesu per omnes annos in Jerúsalem, in die solemni Paschæ. *Luc.* 2.

Ant. 3. a. Ascendéntibus illis, remansit puer Jesus in Jerúsalem, & non cognovérunt parentes ejus. *Luc.* 2.

Ant. 2. D. Venérunt iter diéi, & non invenientes, regressi sunt in Jerúsalem; &, post tríduum, invenérunt illum in templo. *Luc.* 2.

Ant. 8. g. Dixit mater.

Canticum. Sapient. 8.

Intrans in domum meam, * conquiescam cum (sapiéntia).

Non enim habet amaritúdinem * conversátio illíus;

Nec tædium convictus illíus, * sed lætítiam & gáudium.

Hæc cógitans apud me & commémorans in corde meo, * quóniam immortálitas est in cognatióne sapiéntiæ.

Et in amicítia illíus delectátio bona, * & in

opéribu
honesta:
Et in
læ illíus
præclári
catióne
Circu
ut mihi
Glóri
Ant.
ad illun
cisti nob
tuus &
rebámu
Ant.
Jesus cu
Názaret
tus illis
Capi
Cœpi
mis
cum e
ambo s
mínimè
lius có

MAT
Testis
dé
Quid I
tá
Lín
AN
m
Firmat
vi
Mente
n
Nu

Vix puer natus: redit ecce præpes
Núntius: Patri, Fuge, dixit; Infans
Quæritur: Matrem Puerúmque tutas
Transfer in oras.

Tu nihil contrà: per opáca noctis
Prótinùs Matrem Puerúmque transfers:
Dírigit gressus, aperítque calles,
Dum silet, Infans.

Ora mox solvet: Sólymam per urbem
Quem dolens quæres, comitante Matre,
Hunc Senes inter, Púerum stupébis
Mira loquentem.

Nostra te summum célebrent Parentem
Ora, te summo Génitum Parente;
Par sit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur super salutári suo. *Ps.* 34.

Ad Bened. *Ant.* 4. D. Argentum & aurum nullíus concupívi; quóniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministravérunt manus istæ. *Act.* 20.

Oratio.

Custódi nos, Dómine, protectióne perpétuâ, qui beátum Joseph Unigénito tuo nutrícium, & Vírgini Matri custódem providísti; Per eúmdem.

Pro Comm. S. Mauri, Abbatis. Ant. Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio*, Da nobis, *pag.* xxxiv.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Ibant.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Ascendéntibus.

Capitulum. Deut. 16.

Apparébit omne masculínum tuum in conspectu Dómini Dei tui, in loco quem elégerit, in solemnitáte Azymórum.

℟. *br.* Vota mea Dómino reddam * In conspectu omnis pópuli ejus. ℣. In átriis domûs Dómini, in médio tuî, Jerúsalem. * In conspectu. Glória. ℟. Vota. *Ps.* 115.

℣. Te decet hymnus, Deus, in Sion, ℟. Et tibi reddétur votum in Jerúsalem. *Ps.* 64.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Venérunt.

Capitulum. Sap. 6.

Sapiéntia vidétur ab his qui díligunt eam,

& invenítur ab his qui quærunt illam.

℟. br. Exquisívi Dóminum, * Et exaudívit me, ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me. * Et exaudívit me. Glória. ℟. Exquisívi. Ps. 33.

℣. Non dereliquísti, ℟. Quærentes te, Dómine. Ps. 9.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Descendit.

Capitulum. Sap. 8.

Immortálitas est in cognatióne sapiêntiæ, & in amicítia illíus delectátio bona, & in opéribus mánuum illíus honéstas sine defectióne.

℟. br. Glória & divítiæ * In domo ejus, ℣. Et justítia ejus manet in séculum séculi. * In. Glória Patri. ℟. Glória. Ps. 111.

℣. Magna est glória ejus, ℟. In salutári tuo, Dómine. Ps. 20.

AD II. VESPERAS.

Antiph. 1. G.

Fidélis servus & prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam. *Matth.* 24.

Ant. 3. a. Amen dico vobis: Super ómnia bona sua constítuet eum. *Matth.* 22.

Ant. 6. F. Qui custos est Dómini sui, glorificábitur. *Prov.* 27.

Ant. 5. a. Lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo. *Ps.* 20.

Ant. 7. d. Dabis eum in benedictiónem, in séculum séculi. *Ps.* 20.

Capitulum. Sap. 10.

Sapiéntia justum dedúxit per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

Hymn. Regum. *ad I. Vesp.*

℣. Constítuit eum dóminum domûs suæ, ℟. Et príncipem omnis possessiónis suæ. *Ps.* 104.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Invénit grátiam coram Dómino suo, & ministrábat ei; à quo præpósitus ómnibus, gubernábat créditam sibi domum, & univérsa quæ ei trádita fúerant. *Gen.* 39.

Commemor. S. Fursei, Abbatis.

Antiph. Egrédere de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & be-

tibi. *Gen.* 12.
:ens in terra erit
us; ℟. Generá-
ꝛrum benedicé-
:11.
, Deus, cujus.,

S. Marcelli,
Confeſſ. Chriſti.

Qui confitébitur
m homínibus,
t & ego eum
atre meo qui in
:. *Matth.* 10.
minus mihi ad-
. Et ego deſpí-
nimícos meos.

eus, pro cujus,

E XVI.

In Feſto

EI, ABBATIS.

niduplex.

t de Comm. SS.
:eptis quæ ſe-

Oratio.

, cujus múnere
tus Furſéus Ab-
plici glóriâ ſan-
erſatiónis emí-
:ſta, quæſumus,
:jus mérita ve-

nerári, ut ejuſdem va-
leámus ſublevári ſuffrá-
giis; Per.

AD LAUDES.

Commem. S. Marcelli.

Ant. Confitébor nómi-
ni tuo, Dómine; quó-
niam protector factus es
mihi, & liberaſti corpus
meum à perditióne, &
in conſpectu aſtántium
factus es mihi adjútor.
Eccli. 51.

℣. Paulò minùs con-
ſummavérunt me in ter-
ra; ℟. Ego autem non
derelíqui mandáta tua.
Pſ. 118.

Oratio.

Deus, pro cujus nó-
mine beátus Mar-
cellus Póntifex & Con-
feſſor tuus tribulatiónes
& angúſtias invictâ fide
ſuſtínuit; da nobis ejus
exemplo magis elígere
afflígi in hoc ſéculo,
quàm temporális peccáti
habére jucunditátem;
Per.

*Deindè de Virgine Dei-
parâ, ut in Proprio de
Tempore, pag. 244.*

*AD VESPER. à Ca-
pitulo de ſequenti. Comm.
præcedentis, deindè S.
Sulpitii, Epiſc. Ant.* Ip-

sum. ℣. Elégit, *p.* xvj. *Orat.* Exaudi, *pag.* xix. *Ultimò de Virgine Deiparâ, pag.* 246.

DIE XVII.

In Festo

SANCTI ANTONII,

Abbatis.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Abbatum, pag. xxx. *exceptis quæ sequuntur.*

Oratio, Deus, cujus. *infrà.*

AD LAUDES.

Hymnus, Quid tu, relictis, *ut in Communi, pag.* xxxiij.

Oratio.

Deus, cujus verbo foris sonante, & grátiâ intùs movente, excitátus Antónius, ut perfectus esset, ómnia relíquit: da cunctis Evangélicæ perfectiónis iter ingressis sic cúrrere, ut bravíum æternæ felicitátis apprehendant: Per.

Commem. S. Sulpitii, Episc. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas. *Orat.* Exaudi, *p.* xix. *deindè Commem. B. Virg. Deip.*

Vesp. de sequenti; Commem. præcedentis.

DIE XVIII.

In Festo

PONTIFICATUS

ET CATHEDR. S. PETRI,

Quâ Antiochiæ primùm, deindè Romæ sedit.

Duplex majus, seu III. Classis.

Psalmi de Feria.

Pridiè, In I. Vesperis, *Antiphonæ de Communi SS. Pontif. pag.* xvj.

Capitulum. I. Paral. 11.

Tibi dixit Dóminus Deus tuus: Tu pasces pópulum meum Israel, & tu eris Princeps super eum.

Hymnus.

Qualis potestas! Petre, quis terris honos!
Cui jura Christus ipse concessit sua:
Quidquid ligábis, quidquid & solves solo,
Hoc & ligábit, solvet & polo Deus.

Tui probáto cordis affectu, suum
Pastor suprémus crédidit tibi gregem:
Serva, tuére; pasce nos, Pastor bone:
Illíus & nos, Petre, pars gregis sumus.

Patri suprémo sit supréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,

i , splendor
i Patris ;
almo laus de-
: Flámini.
ıen.
t Dóminus ser-
ı , ℟. Páſce-
hæreditátem
77.
níſ. *Ant.* 1. J.
egem meum ,
it ultrà in ra-
o autem Dó-
cis in Deum ,
meus princeps
eórum : ego
locútus ſum.

Deus , *infrà*

S. Antonii.
AUDES.
ı , 3. *toni*, b.
li Deus in præ-
; ſuis poteſtá-
re Jacob teſti-
c in lege ſua
e Iſrael. *Ec-*

D. Zelando ze-
accépit teſta-
icerdótii ætér-
h. 2.
g. De omni
laudávit Dó-
: dilexit Deum
um. *Eccli.* 47.
ant. Sacerdos.
'ontif. p. xviij.
A. Lex veritá-
tis fuit in ore ejus : & iníquitas non eſt inventa in lábiis ejus. *Malach.* 2.

Ant. 1. a. In pace & in æquitáte ambulávit , & multos avertit ab iniquitáte. *Malach.* 2.

Capitulum. I. Petr. 5.

Senióres qui in vobis ſunt óbſecro , conſénior & teſtis Chriſti paſſiónum , qui & ejus quæ in futúro revelanda eſt , glóriæ communicátor : Páſcite qui in vobis eſt gregem Dei , providentes non coactè , ſed ſpontáneè ſecundùm Deum.

Hymnus.

A PATRE Chriſtus quod ſibi jus tráditum ,
Tibi relíquit , aſtra dum victor redit :
Quibus ligámur , ſolve vincla críminum ;
Datis reclúde clávibus cœli fores.
PATRI ſuprémo ſit ſupréma glória ;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat ,
Æterne Fili , ſplendor æterni Patris ;
Compar ſit almo laus decúſque Flámini.
Amen.

℣. Póſui adjutórium in potente ; ℟. Et exal-

távi electum de plebe mea. *Ps.* 88.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Dedit illi Deus contra inimícos poténtiam: exaltávit in ætérnum cornu ejus, & dedit illi sedem glóriæ in Israel. *Eccli.* 47.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ánimas ligandi atque solvendi pontifícium tradidísti; concéde ut, intercessiónis ejus auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberémur; Qui vivis.

AD HORAS.

Antiphonæ de Laudibus, quartâ prætermissâ. Capitula autem & ℟℟. brev. ut in Comm. SS. Pontif. pag. xix *& seq.*

AD II. VESPERAS.

Antiphonæ de Communi SS. Pontificum, p. xx.

Capitulum. Act. 15.

Viri fratres, vos scitis quóniam ab antiquis diébus Deus elégit per os meum audíre gentes verbum Evangélii, & crédere: & qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit, dans illis Spíritum sanctum sicut & nobis.

Hymn. A Patre, *suprà.*

℣. Exaltent eum in ecclésia plebis, ℟. Et in cathedra seniórum laudent eum. *Ps.* 106.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Státuit ei Dóminus testaméntum ætérnum, & dedit illi sacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45.

Commem. de sequenti, ut infrà.

DIE XIX.

In Festo

TUMULATIONIS

SS. QUINTINI, Victorici & Cassiani.

Duplex.

Omnia de Comm. plur. Martyrum, exceptis quæ sequuntur.

Pridiè *ad Vesp. pro Commem. Tumulationis.*

Ant. Non propter locum, gentem, sed propter gentem locum elégit Dóminus: ideóque locus factus est párticeps pópuli malórum, pòsteà autem sócius fiet bonórum. *II. Mach.* 5.

℣. In Deo faciémus virtútem, ℟. Et ipse ad níhilùm dedúcet tribulantes nos. *Ps.* 59.

Orat. ut infrà ad Laud.

AD LAUDES.

Capitulum. II. Mach. 1.

Sacerdótes qui tunc cultóres Dei erant, accéptum ignem de Altári, occultè abscondérunt..... & conturári sunt eum.

Hymnus.

Nempè solemni celebranda cultu
Illa lux, quæ tres simùl è sepulchro
Evehi Sanctos, meritásque tolli
Vidit ad Aras.

Ista nec cultu levióre digna,
Antè lux quæ tres éadem sub uno
Víderat sanctos hómines recondi
Ritè sepulchro.

Undè cur solus gemit hîc Sacerdos?
Quò suos olim cóluit Patrónos,
Cívitas quid-nì vetus ad sepulchrum
Cónvolat omnis?

Hac memor quondam tumuláta cryptâ,
Sacra Quintíni venerétur ossa;
Hîc simùl dignos Túmuli sodáles
Fida precétur.

Prisca nostrórum píetas avórum
Fluxit ex illo: rediviva crescat!
Quisquis hîc orat, sibi mox probábit
Numen amícum.

Quæ fuit vivo tibi cura, Martyr,
Hanc, licèt vectus super astrà, serves!
Et tuos, nostræ bone Tutor urbis,
Réspice natos.

Nostra te summum célebrent Parentem
Ora, te summo Génitum parente,
Par sit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Rememorári sunt quia Deus adjútor est eórum; ℟. Et Deus excelsus Redemptor eórum est. *Ps.* 77.

Ad Benedict. Ant. 1. J. Omnes benedixérunt cœli Dóminum, dicentes: Benedictus qui locum suum incontaminátum servâvit. *II. Mach.* 15.

Orátio.

Deus, qui sanctórum hujus Ecclésiæ Patronórum córpora servando, illam ipsam ab impiórum deprædatióne vindicasti, & piórum donis instaurasti; nostras benignus áccipe

gratiárum actiónes, eadémque nobis misericórdiæ tuæ pígnora custódi; Per Dóminum.

Comm. de B. V. Deiparâ.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. II. Mach. 5.

Locus qui derelíctus est in irâ omnipoténtis Dei, íterùm in magni Dómini reconciliatióne cum summâ glóriâ exaltábitur.

Hymnus, Nempè, *ut in Laudibus.*

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, ℟. Et sancti tui benedícant tibi. *Ps.* 144.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Sacerdótes psallébant hymnos, úsquequò consumptum esset sacrifícium; quod ut factum est, flamma accensa est, sed ex lúmine quod refulsit ab altári, consumpta est. *II Mach.* 1.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Comm. S. Fabiani Papæ & Mart. Ant. Qui vícerit. ℣. Justus, *p.* vj. *Orat.* Omnípotens, *p.* x.

Deindè S. Sebastiani, Mart. Ant. Bonum. ℣. Cantábo, *p.* ix. *Orat.* Vide, Dómine, *infrà.*

Comm. de B. V. Deip.

DIE XX.

In Festo

S. FABIANI,

Papæ & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Comm. unius Martyr. exceptis quæ sequuntur.

Ad Bened. *Ant.* Bonum. ℣. Cantábo. *Orat.* Omnípotens, *pag.* ix & x.

Pro Commem. S. Sebastiani.

Ant. Justum. ℣. Dóminus, *pag.* ix.

Oratio.

Vide, Dómine, infirmitátes nostras; &, intercedente beáto Sebastiáno, Mártyre tuo, céleri nobis pietáte succurre; Per Dóminum.

VESP. à Capitulo de seq. Comm. præced. & B. Virg. Deip.

DIE XXI.

In Festo

SANCTÆ AGNETIS,

Virginis & Martyris.

Semiduplex.

De Comm. Virginis & Martyris, pag. lxj.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas; concéde propítius, ut qui beátæ Agnétis Vir-

ginis & Mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus; Per Dóminum.

VESP. à Capitulo de sequenti.

Commem. Virg. Deip.

DIE XXII.

In Festo

SANCTI VINCENTII,

Diaconi & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, *p.* vj.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus; adversa mundi invictâ mentis constántiâ transcúrrere, qui beátum Levítam Vincéntium nec minis terréri, nec pœnis passus es superári; Per Dóminum.

Commem. Virg. Deip.

DIE XXIV.

In Festo

SANCTI TIMOTHEI,

Ephesini Episcopi

& Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, *p.* vj. *exceptis quæ sequuntur.*

Pridiè IN VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Justus, cùm cecíderit, non collidétur; ℟. Quia Dóminus suppónit manum suam. *Ps.* 36.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Hæc dicit qui tenet septem stellas in déxtera sua: Patiéntiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti: vincenti dabo édere de ligno vitæ, quod est in paradíso Dei mei. *Apoc.* 2.

Oratio, Deus, qui. *infrà.*

Commem. Virg. Deip.

AD LAUDES.

Post Hymn. ℣. Cantábo, Dómine, fortitúdinem tuam; ℟. Et exultábo manè misericórdiam tuam. *Ps.* 58.

Ad Bened. *Ant.* 7. d. Néminem hábeo tàm unánimem quàm Timótheum: omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Jesu Christi: sicut patri fílius, mecum servívit in Evangélio. *Philipp.* 2.

Oratio.

Deus, qui beátum Timótheum fidélem Evangélii ministrum effecisti, & in ómnibus exemplum esse voluisti fidélium; da nobis sic ejus sequi vestígia, ut cum ipso justítiam sectantes, vitam æternam apprehendámus; Per.

Commem. Virg. Deip.

VESP. de sequenti.

DIE XXV.
In Festo
CONVERSIONIS
S. PAULI, Apostoli.
Duplex majus, seu III. Classis.

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, D.

Facta est persecútio magna in Ecclésia quæ erat Jerosólymis. *Act.* 8.

Ant. 2. D. Omnes dispersi sunt præter Apóstolos: Saulus autem devastábat Ecclésiam. *Act.* 8.

Ant. 3. a. Per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in custódiam. *Act.* 8.

Ant. 4. E. Spirans minárum & cædis in discípulos Dómini, accessit ad príncipem sacerdótum. *Act.* 9.

Ant. 6. F. Pétiit ab eo epístolas in Damascum ad Synagógas; ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem. *Act.* 6.

Capitulum. Is. 44.

Hæc dicit Dóminus redemptor tuus & formátor tuus ex útero: Ego sum Dóminus fáciens ómnia, convertens sapientes retrorsùm, & sciéntiam eórum stultam fáciens.

Hymnus.

Quos in hostes, Saule, tendis?
Quo furóre pércitus?
Immoláre quid tot ardes
Innocentes víctimas?
Insequendo quem lacessis,
Sénties mox víndicem.

CHRISTUS instat; impotentem
Cæcat, urget, déjicit:
Ille cedit imperanti,
Séque totum súbjicit:
Insecútor antè Christi,
Præco Christum pérsonat.

ANTE plenus qui minárum
Præparábat víncula,
Nunc tremens, nec jam rebellis,
Per manus dedúcitur:
Qui lupus rapax furébat,
Nunc in agnum vértitur.

DURA, Christe, quàm potenti
Corda versas dénterâ!
Qui tuum delére nomen
Vult tuórum sánguine,
Universum mox per orbem
Ipse clarábit suo.

SIT supréma laus Parenti
Qui creávit ómnia;
Filióque qui redémit
Morte nos volens suâ:

Par & illi cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

℣. Uſquequò, Deus, impropérábit inimícus? ℟. Irrítat adversárius nomen tuum in finem? *Pſ.* 73.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Bénjamin lupus rapax: manè cómedet prædam, & véſperè dívidet ſpólia. *Gen.* 49.

Oratio, Illa, quæſumus, *infrà ad Laudes.*

Pro Commem. S. Timothei.

Ant. Depóſitum cuſtódi, devítans profánas vocum novitátes, & oppoſitiónes falſi nóminis ſciéntiæ. *I. Timoth.* 6.

℣. Os meum annunábit juſtitiam tuam, . Totâ die ſalutáre um. *Pſ.* 70.

Oratio, Deus, qui ...tum. *ut ſuprà.*

Deindè Commem. S. ...*jecti Epiſc. & Mart.* ... Qui vícerit. ℣. Ju..., *pag.* vj. *Orat.* Fac ..., *pag.* ix.

D LAUDES.

Antiphona, 8. g.

...ptizátus eſt Saulus; ...ait autem cum diſ...s qui erant Damaſ...er dies áliquot; & ...uò in ſynagógis prædicábat Jeſum. *Act.* 9.

Ant. 7. c. Consílium fecérunt in unum Judæi ut eum interfícerent: notæ autem factæ ſunt Saulo insídiæ eórum. *Act.* 9.

Ant. 1. G. Cuſtodiébant Judæi portas die ac nocte: accipientes autem eum diſcípuli nocte, per murum dimiſérunt eum, ſubmittentes in ſporta. *Act.* 9.

Ant. 2. D. Cùm veniſſet.

Canticum. II. Reg. 22.

Tonábit de cœlo Dóminus; * & Excelſus dabit vocem ſuam.

Miſit ſagittas, & diſſipávit eos; * fulgur, & conſumpſit eos.

Et apparuérunt effuſiónes maris, * & reveláta ſunt fundamenta orbis:

Ab increpatióne Dómini, * ab inſpiratióne ſpíritûs furóris ejus.

Miſit de excelſo, & aſſumpſit me: * & extraxit me de aquis multis.

Glória Patri

Ant. Cùm veniſſet in Jerúſalem, omnes timébant eum; non credentes quòd eſſet diſcípulus; Bárnabas autem apprehenſum illum duxit ad Apóſtolos. *Act.* 9.

Ant. 3. c. Narrávit il-

lis Bárnabas quómodò in via vidiſſet Dóminum, & quia locútus eſt ei; & quómodò in Damaſco fiduciáliter égerit in nómine Jeſu. *Act.* 9.

Capitulum. I. Tim. 1.

Fidélis ſermo, & omni acceptióne dignus: Quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum.

Hymnus.

Quæ glorióſum tanta cœlis évocat
Te, Chriſte, cauſa? Túne rursùm víſere
Mundum redemptor? Túne judex ſéculi?
Novúm-ne prodis ultor hoſtem pérdere?

Heu! quàm cruentus perſecútor! quàm ferox
Inſurgit! horret ac fugit grex, quâ premit:
Humána tanto nulla par hoſti manus:
Te, Chriſte, ſparſæ víndicem poſcunt oves.

Hunc ergo voce victor unà súbjicis:
Totum ſed uno ſubdis in Saulo tibi,
Vincíſque mundum: ſternis, ut mox érigas,
Agníſque prædam dívidat lupus tuis.

Sit Trinitáti ſempiterna glória,
Honor, poteſtas atque jubilátio,
In Unitáte, quæ gubernans ómnia,
Per cuncta regnat ſeculórum ſécula.
Amen.

℣. Miſericórdias Dómini, ℟. In æternum cantábo. *Pſ.* 88.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Miſericórdiam Dei conſecútus ſum, quia ignórans feci in incredulitáte: ſuperabundávit autem grátia Dómini noſtri cum fide & dilectióne quæ eſt in Chriſto Jeſu. *I. Tim.* 1.

Oratio.

Illa, quæſumus, Dómine, grátia corda noſtra ad te convertat, quæ beátum Apóſtolum tuum Paulum de perſecutóre vas electiónis effécit; Per.

Comm. S. Præjecti. Ant. Bonum. ℣. Cantábo. *Oratio*, Fac nos, *pag.* ix.

AD PRIMAM.

Ant. 8. g. Baptizátus eſt.

AD TERTIAM.

Ant. 7. c. Conſílium fecérunt.

Capitulum.

Capitulum. Act. 26.

Non fui incrédulus cœlesti visióni; sed his qui sunt Damasci primùm, & Jerosólymis & in omnem regiónem Judææ, & géntibus annuntiábam ut pœniténtiam ágerent.

℟. *br.* Intónuit * De cœlo Dóminus, ℣. Et Altíssimus dedit vocem suam. * De cœlo Dóminus. Glória. ℟. Intónuit. *Ps.* 17.

℣. Magnus es tu, Dómine, & fáciens mirabília; ℟. Tu es Deus solus. *Ps.* 85.

AD SEXTAM.

Ant. 1. G. Custodiébant.

Capitulum. Galat. 1.

Eram ignótus fácie Ecclésiis Judææ quæ erant in Christo: tantùm autem audítum habébant, quóniam; Qui persequebátur nos aliquandò, nunc evangelízat fidem quam aliquandò expugnábat: & in me clarificábant Deum.

℟. *br.* Bonitátem * Fecisti cum servo tuo, Dómine, ℣. Secundùm verbum tuum. * Fecisti. Glória. ℟. Bonitátem.

℣. Cogitávi vias meas, ℟. Et converti pedes meos in testimónia tua. *Ps.* 118.

AD NONAM.

Ant. 3. c. Narrávit illis.

Capitulum. Act. 9.

Stupébant omnes qui audiébant, & dicébant: Nonne hic est qui expugnábat in Jerúsalem eos qui invocábant nomen istud?

℟. *br.* Exultábo * In misericórdia tua, Dómine; ℣. Quóniam respexisti humilitátem meam. * In misericórdia tua, Dómine. Glória. ℟. Exultábo. *Ps.* 30.

℣. Potestas Dei est; ℟. Et tibi, Dómine, misericórdia. *Ps.* 61.

AD II. VESPERAS.

Antiph. 1. D.

Dissipátum est vas quod fígulus faciébat è luto mánibus suis: conversúsque fecit illud vas álterum. *Jerem.* 18.

Ant. 3. a. Bona in mala convertens insidiátur, & in electis impónet máculam. *Eccli.* 11.

Ant. 8. g. Vidit Deus præsumptiónem cordis ejus, quóniam mala est: adimplévit propitiatiónem suam in illo, & ostendit ei viam æquitátis. *Eccli.* 18. a 10.

Ant. 4. E. Tu revertéris, & aúdies vocem Dómini Dei tui. *Deut.* 30.

Ant. 5. C. Laudábis Deum, & gloriáberis in miseratiónibus illíus. *Eccli.* 17.

Capitulum. I. Tim. 1.

Ideò misericórdiam consecútus sum; ut in me primo osténderet Christus Jesus omnem patiéntiam, ad informatiónem eórum qui creditúri sunt illi in vitam ætérnam.

Hymnus, Pastóre percússo, *suprà.*

℣. Psallam tibi in natiónibus, Dómine; ℟. Quia magna est super cœlos misericórdia tua. *Ps.* 107.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Cùm plácuit ei qui me segregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam suam ut revelá-ret Fílium suum in me, ut evangelizárem illum in géntibus; contínuò non acquiévi carni & sánguini. *Galat.* 1.

Deindè fit Commemoratio S. Polycarpi, Episcopi & Martyris.

Ant. Angelo Smyrnæ Ecclésiæ scribe: Hæc dicit primus & novíssimus; qui fuit mórtuus, & vivit: Scio tribulatiónem tuam & paupertátem tuam; sed dives es. *Apoc.* 2.

℣. Justus, cùm cecíderit, non collidétur; ℟. Quia Dóminus suppónit manum suam *Ps.* 36.

Oratio, Deus, mundi, *infrà.*

DIE XXVI.

In Festo

S. POLYCARPI, Smyrnensis Episcopi, & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, p. vj. *exceptis quæ sequuntur.*

AD LAUD. *post Hymn.*

℣. Cepérunt ánimam meam; ℟. Irruérunt in me fortes. *Ps.* 58.

Ad Benedict. *Ant.* 1. G. Nihil horum tímeas quæ passúrus es: esto fidélis usque ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ. *Apoc.* 2.

Oratio.

Deus, mundi creátor & rector, qui hunc diem beáti Pontíficis Polycarpi martyrio consecrasti; concéde propítius, ut omnes qui martyrii ejus mérita venerantur, intercessiónibus ejus, ab æternis gehen-

næ incéndiis liberentur; Per Dóminum.

Commem. Virg. Deip.

VESP. à Capitulo de sequenti, ut in Comm. Doct. pag. xxj. *Orat.* Da Sacerdótibus, *ut infrà ad Laudes.*

Pro Commem. S. Polycarpi.

Ad Magníf. *Ant. 6.* F. Qui habet aurem aúdiat quid Spíritus dicat Ecclésiis: Qui vícerit, non lædétur à morte secundâ. *Apoc.* 2.

℣. Posuísti, Dómine, in cápite ejus, ℟. Corónam de lápide pretióso. *Ps.* 20.

Oratio, ut suprà.

Deindè Comm. V. Deip.

DIE XXVII.

In Festo

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI, Constantinopolitani Episcopi & Ecclesiæ Doctoris.

Semiduplex.

Pridiè in Vesp. Commem. S. Juliani Episcopi. Ant. Ipsum. ℣. Elégit, *pag.* xvij. *Oratio,* Exaudi, *pag.* xix.

AD LAUDES.

Oratio.

Da Sacerdótibus tuis, in sacro ministério, Dómine, spíritum sapiéntiæ & fortitúdinis, quo beátus Joannes Chrysóstomus peccantes argúere non déstitit, & multíplices ærumnas pro tui nóminis amóre superávit; Per Dóminum... in unitáte ejusdem...

Pro Commem. S. Juliani. Ant. Sacerdótes. ℣. Véritas. *Oratio,* Exaudi, *pag.* xix.

VESP. de sequenti: Comm. præced. & S. Paulæ Viduæ. Ant. Exultávit. ℣. Averte, *p.* xlviij. *Orat.* Deus, qui dignè, *ut infrà ad Laudes. Deindè Comm. V. Deip.*

DIE XXVIII.

In Festo

SANCTI CAROLI, Imperatoris.

Duplex.

AD I. VESPERAS.

Psal. de Feria in toto Officio.

Antiphona, 8. g.

Beáta terra cujus Rex nóbilis est, & cujus príncipes vescuntur ad reficiendum & non ad luxúriam! *Eccl.* 10.

Ant. 1. f. Cùm venisset Rex coram Dómino, dixit: Quis ego sum, Dómine, ut præstárem mihi tália? *I. Par.* 17.

Ant. 4. E. Dixisti: Viam fácite, præbéte

iter, declináte de sémitâ, auferte offendícula de via pópuli mei. *Is.* 57.

Ant. 6. F. Fecisti me spectábilem super omnes hómines: propter servum tuum secundùm cor tuum fecisti omnem magnificéntiam hanc. *I. Par.* 17.

Ant. 7. a. Déxtera tua magnificáta est in fortitúdine, & in multitúdine glóriæ tuæ deposuisti adversários tuos. *Exod.* 15.

Capitulum. II. Par. 29.

Regnáre cœpit, fecítque quod erat plácitum in conspectu Dómini, juxta ómnia quæ fécerat pater ejus.

Hymnus.

PAUPERES si quis, tua, Christe, membra,
Díligit, si res tibi consecrátas,
Si tuæ palmas fídei decóras,
Lætus adesto.

DISSITOS jungit pópulos, amando,
Et suis addit, miserando, regnis:
Invidet soli, rádiis fovére
Carolus, orbem.

NOMEN hinc magni, decus indè sancti
Quot Deo partæ retulére gentes,
Digna, vos, Regis monumenta tanti,
Dícite, Templa.

GALLIAS regno ténuit, patríisque
Et suis clarus méritis volentes;
Te piis, Saxo, dómuit triumphis,
Hostis amícus.

CEU comam quercus gráviter retortam
Altiùs tollit sibi restitúta,
Quid caput sævâ túmidum superbus
Erigis irâ?

NON sibi victor tua regna vovit,
Te Deo vicit; juga ter rebellem
Te Dei coget sacra ferre, veri
Núminis ultor.

QUI creas Reges, populósque subdis
Régibus, regno súperans utrosque,
Súpplices da nos benè Christiáno
Rege potíri. Amen.

℣. Percussisti omnes adversantes mihi sine causâ: ℟. Dentes peccatórum contrivisti, Dómine. *Ps.* 3.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Dómine, Deus meus, sancte meus, in judícium posuísti eum; & fortem, ut corríperes, fundásti eum. *Hab.* 1.

Orátio, ut infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Antiph. 1. f.

Habens super lumbos suos cilícium, jejunábat ómnibus diébus præter festa domûs Israel. *Judith.* 8.

Ant. 6. F. Et dedit ipsi Dóminus fortitúdinem, & usque in senectútem permansit illi virtus. *Eccli.* 46.

Ant. 3. a. Vidit pópulus glóriam quam cogitábat fácere genti suæ, & posuérunt eum ducem suum. *I. Mach.* 14.

Ant. 8. G. Dedísti mihi.

Canticum. I. Mach. 3.

Surrexit, & adjuvábant eum qui se conjúnxerant patri ejus, * & prælíabantur prælium Israel cum lætítiâ.

Et dilatávit glóriam pópulo suo, * & índuit se loricam sicut gigas.

Et succinxit se arma béllica sua in præliis, * & protegébat castra gládio suo.

Et persecútus est iníquos perscrútans eos, * & qui conturbábant pópulum suum.

Et repulsi sunt inimíci ejus præ timóre ejus, * & omnes operárii iniquitátis conturbáti sunt.

Et direćta est salus in manu ejus, & lætificábat Jacob in opéribus suis, * & in séculum memória ejus in benedićtióne.

Perambulávit civitátes Juda, & pérdidit ímpios ex eis, * & avertit iram ab Israel.

Et nominátus est usque ad novíssimum terræ, * & congregávit pereuntes.

Glória Patri.

Ant. Dedísti mihi, Dómine, clypeum salútis tuæ, & mansuetúdo tua multiplicávit me. *II. Reg.* 22.

Ant. 5. a. Iste Deus meus, & glorificábo eum; Deus patris mei, & exaltábo eum. *Exod.* 15.

Capitulum. I. Mach. 14.

Civitátibus tribuébat alimónias, & constituébat eas ut essent vasa munitiónis, quoadusque nominátum est nomen glóriæ ejus usque ad extrémum terræ.

Hymn. Páuperes si quis, *ut in I. Vesp.*

℣. Pérmanet in ætérnum in conspectu Dei : ℟. Misericórdiam & veritátem ejus quis requíret? *Ps.* 60.

Ad Bened. *Ant* 8. G. Egressus est in occursum ejus Sacerdos Dei Altíssimi, & ait : Benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in mánibus tuis sunt! *Gen.* 14.

Oratio.

Rex Regum, Dómine, Deus omnípotens, qui beáti Cároli arma & scripta multárum Géntium conversióne sanctificasti; concéde, ut quem, ad nóminis tui glóriam, victóriis & império decorasti in terris, Ecclésiæ tuæ, quam tantópere dilexit atque defendit, patrocinétur in cœlis : Per Dóminum.

Pro Comm. S. Paulæ. *Ant.* Benedicta es. ℣. Anima mea, *pag.* xliv.

Oratio.

Deus, qui dignè tibi serviéntium nos imitári præcipis famulátum; da nobis flammâ tuæ caritátis accensis, ut beátæ Paulæ, quæ tibi plácuit, mereámur obtinére consórtia; Per Christum.

Comem. Virg. Deip.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Habens.

AD TERTIAM.

Ant. 6. f. Et dedit ipsi Dóminus.

Capitulum. II. Par. 29.

Ipse anno & mense primo regni sui, valvas domûs Dómini instaurávit; adduxítque Sacerdótes & Levítas, & congregávit eos.

℟. *br.* Dómine, dilexi * Decórem domûs tuæ : Dómine. ℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. * Decórem. Glória. Dómine.

℣. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, ℟. Et cum viris sánguinum vitam meam. *Ps.* 25.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Vidit pópulus.

Capitulum. II. Par. 29.

Dixit ad Sacerdótes & Levítas : Fílii mei, nolíte neglígere : vos elégit Dóminus ut stetis coram eo, & ministrétis illi, colatísque eum, & cremétis ei incensum.

℟. *br.* Benedícite Dóminum, * Qui statis in domo Dómini. Benedícite. ℣. In nóctibus ex-

ꞁanus vestras in
* Qui statis.
Benedícite. Ps.

ꞁia ego cognóvi
gnus est Dómi-
Et Deus noster
ꞁibus diis. Ps.

NONAM.

ꞁ. a. Iste Deus

ꞁm. II. Reg. 18.

ꞁictus Dóminus
ꞁ, qui conclúsit
qui levavérunt
ꞁuas contra Dó-
neum Regem !

Dabis eum in
iónem * In sécu-
ꞁli. Dabis eum.
ficábis eum in
ꞁum vultu tuo.
ꞁculum. Glória.
ꞁm.

óniam Rex spe-
Dómino, ℟. Et
ꞁicórdia Altíssi-
commovébitur.

. VESPERAS.

de Laudibus.

ꞁitulo de sequenti,
ꞁacrd. & de Virg.
ꞁ infrà.

DIE XXIX.

In Festo

S. FRANCISCI

SALESII,

Genevensis Episcopi.

Duplex.

Omnia de Comm. SS. Pontificum, pag. xvj.

Oratio.

Deus, qui ad animárum salútem, beátum Franciscum Salésium Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluisti: concéde propítius, ut caritátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, ætérna gáudia consequámur; Per.

AD I. VESPERAS.

Pro Comm. S. Caroli.

Ant. Fortis in bello, & magnus secundùm nomen suum, invocávit Altíssimum potentem in oppugnando inimícos úndique: & audívit illum magnus & sanctus Deus. *Eccli. 46.*

℣. Inimícos ejus índuam confusióne; ℟. Super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea. *Ps. 131.*

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Commem. Virg. Deip.

AD II. VESPERAS.

Commem. S. Aldegundis, *Virg. Ant.* Córpora. ℣. Afferentur, *pag.* xlij. *Orat. propria*, *ut infrà. Deindè S. Bathildis*, *Viduæ. Ant.* Exultávit. ℣. Averte, *pag.* xlviij. *Orat.* Deus, in quem, *pag.* l. *Denique Comm. Virginis Deiparæ.*

DIE XXX.
In Festo
S. ALDEGUNDIS,
Virginis.
Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Virginum, *pag.* xl.

AD LAUDES.

℣. Lætábor, *Ant.* Exultábit, *pag.* xliv.

Oratio.

Intervéniat pro nobis, quæsumus, Dómine, beáta Virgo Aldegundis, quæ pro tui nóminis amóre virginitátis laudandæ propósitum, intemeráto semper córpore & corde, servávit; Per Dóminum.

Commem. S. Bathildis. Ant. Benedicta. ℣. Anima mea, *p.* xlix. *Orat.* Deus, in quem sperat, *pag.* l. *Deindè Comm. Virg. Deiparæ.*

FESTA FEBRUARII.

DIE I.
In Festo
SANCTI IGNATII,
Antiocheni Episcopi,
& Martyris.
Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, *pag.* vj.

Oratio, Omnípotens, *pag.* x.

AD LAUD. *Commem. Virg. Deiparæ.*

VESP. *de sequenti*, *sine ulla Commem.*



DIE II. FEBRUARII.

IN FESTO RÆSENTATIONIS DOMINI, ET PURIFICATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

UPLEX I. CLASSIS, seu Annuale majus.

) I VESPERAS.
Psalmi de Feria.

Antiph. 1. D. tatim véniet ad templum suum Dominá- quem vos quæri.is, Angelus testamenti em vos vultis. *Malach.* 3.

Ant. 1. D. Ecce venit, it Dóminus exercítum: & quis stabit ad dendum eum? ipse im quasi ignis conns. *Malach.* 3.

Ant. 3. a. Purgábit fíis Levi, & colábit eos asi aurum & quasi arntum. *Malach.* 3.

Ant. 4. E. Erunt Dómino offerentes sacrifícia in justítia; & placébit Dómino sacrifícium Juda & Jerúsalem. *Malach.* 3.

Ant. 5. a. Non dicent ultrà, Arca testamenti Dómini; neque recordabuntur illíus: vocábunt Jerúsalem Sólium Dómini. *Jerem.* 3.

Capitulum. Is. 56.

Addúcam eos in montem sanctum meum, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ: holocausta eórum & víctimæ eórum placébunt

mihi super altári meo.

℟. Véniet Desiderátus cunctis géntibus: & implébo domum istam glóriâ. * Magna erit glória domûs istíus novíssimæ plùs quàm primæ, dicit Dóminus. ℣. Amplióris glóriæ Jesus præ Móyse dignus est hábitus, quantò amplióream honórem habet domûs, qui fabricávit illam. * Magna erit. Glória. ℟. Véniet. *Agg.* 2. *Hebr.* 3.

Hymnus

STUPETE, gentes: fit Deus hóstia.
Se sponte legi Légifer óbligat:
Orbis Redemptor nunc redemptus:
Seque piat sine labe Mater.

DE more matrum Virgo puérpera
Templo statútos abstínuit dies:
Intráre sanctum quid pavébas,
Facta Dei priùs ipsa templum?

ARA sub unâ se vovet hóstia
Triplex; honórem vírgineum ímmolat
Virgo sacerdos, parva mollis
Membra Puer, seniórque vitam.

EHEU! quot enses transádigent tuum
Pectus! quot altis nata dolóribus!
O Virgo, quem gestas in ulnis,
Imbuet hic sacer Agnus aram.

CHRISTUS futúro, corpus adhuc tener,
Prælúdit infans víctima fúneri:
Crescet; profúso vir cruóre
Omne scelus móriens piábit.

SIT summa Patri, súmmaque Fílio,
Sit summa sancto glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu. Amen.

℣. Benedictiónem dabit Legislátor; ℟. Vidébitur Deus deórum in Sion. *Ps.* 83.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Præparáte in occursum Dei tui, Israel; quia ecce formans montes, & creans ventum, & annúntians hómini elóquium suum: Dóminus Deus exercítuum nomen ejus. *Amos.* 4.

Orat. infrà ad Laud.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 6. F. In ipso vita

erat, & vita erat lux hóminum, & lux in ténebris lucet. *Joann.* 1.

Hymnus, Virgo Dei génitrix, *pag.* liij.

Ad Nunc dim. *Ant.* 7 G. Lauda & lætáre, Filia Sion; quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus. *Zach.* 2.

In Sabbatis à Purificatione B. M. V. ad Sabbat. antè Dominicam Passionis, dicitur loco Ant. Ave, Regína Cœlórum, *Antiph. sequens*,

Invioláta, íntegra & casta es, María:
Quæ es effecta fúlgida Cœli porta:
O Mater alma Christi, caríssima,
Súscipe pia laudum præcónia;
Nostra ut pura péctora sint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora;
Tua per precáta dulcísona,
Nobis exóres véniam per sécula;
O benigna! ô benigna! ô benigna!
Quæ sola invioláta permansísti.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

Adjuvet nos, quæsumus, Dómine, beátæ Maríæ semper Vírginis intercéssio veneranda, & a cunctis perículis absolútos, in tua fáciat pace gaudentes: Per Christum.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Antiph. 1. *toni*, a.

Exulta & lauda, habitátio Sion; quia magnus in médio tuî Sanctus Israel. *Is.* 12.

Ant 6. F. Dóminus in templo sancto suo: síleat à fácie ejus omnis terra. *Habac.* 2.

Ant. 3. E. Descendisti, Dómine: occurristi lætanti & facienti justítiam. *Is.* 64.

Ant. 4. E. Sion.

Canticum. Sophon. 3.

Lauda, fília Sion: júbila, Israel: * lætáre & exulta in omni corde, fília Jerúsalem.

Abstulit Dóminus judícium tuum: * avertit inimícos tuos.

Rex Israel Dóminus in médio tuì: * non timébis malum ultrà

In die illa dicétur Jerúsalem: Noli timére; *

Sion, non dissolvantur manus tuæ.

Dóminus Deus tuus in médio tuî: * fortis, ipse salvábit.

Gaudébit super te in lætítia, silébit in dilectióne sua: * exultábit super te in laude.

Glória Patri.

Ant. Sion, non dissolvantur manus tuæ. Dóminus Deus tuus in médio tuî: fortis, ipse salvábit. *Sophon.* 3.

Ant. 5. C. Ecce nos venímus ad te; tu enim es Dóminus Deus noster: verè in Dómino Deo nostro salus Israel. *Jer.* 3.

Capitulum. Ezech. 37.

Scient gentes quia ego Dóminus sanctificátor Israel, cùm fúerit sanctificátio mea in médio eórum in perpétuum.

Hymnus.

Fumant Sabæis templa vapóribus:
Nos sacra poscunt, jam præit hóstia:
Sequámur omnes, & vicissim
Puro ánimo mémores litémus.

Lumen ministret splendídior Fides,
Ministret ignes flámmea Cáritas,
Spes thura; nec desint odóres,
Quos óperum bona fama fundat.

Vitæ nocentis quid tráhimus moras?
Sit fas beáto cum Sene cómmori;
Ut quem sub aris immolátum
Vídimus, hoc étiam fruámur.

Sit summa Patri, summaque Fílio,
Sit summa sancto glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Annúntient in Sion nomen Dómini, ℟. Et laudem ejus in Jerúsalem. *Ps.* 101.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Sanctificáti sumus per oblatiónem córporis Jesu Christi. *Hebr.* 10.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus, ut, sicut Unigénitus Fílius tuus hodiernâ die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári; Per eumdem.

AD

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia,

Qui natus es de Vírgine,
Jesus, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sǽcula.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Exulta.

In ℟. br. Qui natus es de María Vírgine.

CANON.

Ex Concílio Mediolanensi tértio.

Ann. 1573. *tit.* 5.

QUod pietátis & Dei honóris causâ, à sanctâ matre Ecclésiâ institútum est, ut, Festo die Purificatiónis beátæ Maríæ Vírginis, candélæ, & palmæ aut olívæ, (prout locórum consuetúdo est,) Domínico die qui de Palmis dícitur, in Ecclésia solemni ritu benedicantur; hæque candélæ statis illo tempore Processiónibus circumferantur; (non sine sanctíssima mysteriórum significatióne) id, ut institúti rátio póstulat, ita religiósè celebrári debet.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Dóminus.

Capitulum. Hebr. 3.

MOyses fidélis erat in tota domo Dei tanquàm fámulus, in testimónium eórum quæ dicenda erant: Christus verò tanquàm fílius in domo sua.

[*Post Septuag, omittuntur in ℟. br. duo* Allelúia].

℟. *br.* Suscépimus, Deus, * Misericórdiam tuam, * Allelúia, allelúia. ℣. In médio templi tui. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Suscépimus.

℣. Sicut audívimus, sic vídimus, ℟. In civitáte Dómini virtútum. *Ps.* 47.

AD SEXTAM.

Ant. 3. E. Descendísti.

Capitulum. Sap. 2.

SApiéntia dignos se círcuit quærens, & in viis osténdit se illis hiláriter, & in omni providéntia occúrrit illis.

℟. *br.* Lux * Orta est justo, * Allelúia, allelúia. ℣. Et rectis corde lætítia. * Allelúia. Glória. ℟. Lux. *Ps.* 96.

℣. Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum, ℟. Omnibus invocántibus eum in veritáte. *Ps.* 144.

AD NONAM.

Ant. 5. C. Ecce.

Capitulum. II. Tim. 1.

Grátia manifestáta est nunc per illuminatiónem salvatóris nostri Jesu Christi, qui illuminávit vitam & incorruptiónem.

℟. *br.* Protector noster,* Aspice, Deus,*Allelúia, allelúia. ℣. Et réspice in fáciem Christi tui.* Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Protector. *Ps.* 83.

℣. Lætábimur in salutári tuo, Dómine; ℟. Et in nómine Dei nostri magnificábimur. *Ps.* 20.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de parvo Officio.

Antiph. 1. D.

Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. *Luc.* 2.

Ant. 7. G. Benedixit illis Símeon, & dixit ad Maríam matrem ejus: Ecce pósitus est hic in ruínam, & in resurrectiónem multórum in Israel. *Luc.* 2.

Ant. 3. a. Tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. *Luc.* 2.

Ant. 4. E. Loquebátur de Jesu Anna Prophetissa ómnibus qui expectábant redemptiónem Israel. *Luc.* 2.

Ant. 5. C. Mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. *Luc.* 2.

Capitulum. Hebr. 8.

Cùm essent qui offerrent secundùm legem múnera, nunc Christus mélius sortítus est ministérium, quantò & melióris testamenti mediátor est, quod in melióribus repromissiónibus sancítum est.

Hymnus, Stupéte. *in I. Vesperis.*

℣. Magnus Dóminus & laudábilis nimis, ℟. In civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus. *Ps.* 47.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Ut perfecérunt ómnia secundùm legem Dómini, reversi sunt in Galilæam, in civitátem suam Názareth. *Luc.* 2.

Oratio, ut suprà, ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psal. & Capit. de Domin. Ant. ut heri. Hymn. Virgo, Dei Génitrix, *pag.* liij.

III.
Festo
BLASII,
›isc. & Mart.
plex.
. Commem.]
Comm. unius
›ag. vj.
ac nos, p. ix.
I V.
Festo
AGATHÆ,
c Martyris.
luplex.
g. Commem.]
: Comm. SS.
xl. Oratio,
;, p. xlvj.
V I.
Festo
AMANDI,
s Episcopi.
luplex.
;. Commem.]
le Communi
:um, p. xvj.
· sequuntur.
Misericór-
d.
. S. Vedasti,
· Episc. Ant.
℣. Véritas.
quæsumus,

ʟ U D E S.
ıtio.
:diam tuam
, quæsumus,
ncti Amandi
tercéssio beá-
Ll 2

ta concíliet; ut qui incessábili culpâ offéndimus, ejusdem assíduis précibus, ab omni reátu liberémur; Per.

Pro Commemoratione S. Vedasti, Episcopi.
Ant. Beatificávit. ℣. Magna est, *pag.* xxj. *Orat.* Da, quæsumus. *in Comm. pag.* xix.

DIEI IX.
In Festo
SANCTÆ APOLLONIÆ,
Virginis & Martyris.
Duplex.

¶ *Anticip. quando occurrit in Quadrag.*]
Omnia de Comm. SS. Virg. pag. xl. *Oratio,* Dues, qui inter cétera, *pag.* xliv.

DIEI X.
In Festo
STÆ SCHOLASTICÆ,
Virginis.
Simplex.
[*In Quadrag. Commem.*]
Omnia de Communi SS. Virginum, pag. xl.
Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui mundi contemptum te diligéntibus inspirasti; da nobis in festivitáte beátæ Scholásticæ Vírginis, ejus intercessióne, terréna despícere, & tibi soli firmiter adhærére; Per.

Die XIII.
In Festo
SANCTI GILBERTI,
Meldensis Episcopi.
Duplex.

¶ *Si occurrat in Quadrag. anticipatur ad diem proximè non impeditam ante Feriam iij. Quinquagesimæ.*]

Omnia de Comm. SS. Pontif. pag. xvj. *exceptis quæ sequuntur.*

AD I. VESPERAS.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Ministrábat ante fáciem Dómini puer accinctus Ephod líneo, & placébat tàm Dómino quàm homínibus. *I. Reg.* 2.

Orat. ut infrà ad Laud.

AD LAUDES.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Omni pópulo plácuit, ut esset dux gentis & sacerdótum: & Rex státuit illi summum sacerdótium. *I. Mach.* 14.

Oratio.

Deus, qui beátum Gilbertum Pontíficem eas in hâc Ecclésiâ virtútes hauríre fecisti, quas oportet Epíscopos habére; da nobis, ipso pro nobis intercedente, ut illam virtútum hereditátem, à majóribus acceptam, pósteris tradámus in terris, & tibi in cœlis referámus illibátam; Per Dóminum.

AD II. VESPERAS.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Habentes mystérium fidei in consciéntiâ purâ, qui benè ministráverint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fidúciam in Christo Jesu. *I. Tim.* 3.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Comm. seq. Ant. Qui vícerit. ℣. Justus, *p.* vij. *Orat.* Præsta, *pag.* ix.

Die XIV.
In Festo
S. VALENTINI,
Presbyt. & Mart.
Simplex.

[*In Quadrag. Commem.*]

Omnia de Comm. unius Martyr. pag. vj. *Orat.* Præsta, *pag.* ix.

Die XVIII.
In Festo
S. SIMEONIS,
Hierosolymitani Episcopi, & Martyris.
Simplex.

[*In Quadrag. Commem.*]

Omnia de Communi unius Martyris, p. vj. *exceptis quæ sequuntur.*

Oratio.

Deus, qui beáto Simeóni Christo confígi in Cruce tribuisti; præsta, quæsumus, có-

dem intercedente, ut, terréna in nobifmetipsis desidéria crucifigentes, tibi firmiter adhærére valeámus; Per.

[In anno bissext. Die xxv.]

In Festo

SANCTI MATTHIÆ, Apostoli.

Duplex majus, seu III. Classis.

¶ *Si hoc Festum venerit in Quadragesima, anticipatur; fitque de eo Feria III. Quinquagesimæ.*]

Omnia de Communi SS. Apostolorum, pag. j, *exceptis quæ sequuntur.*

AD I. VESPERAS.

Ad Magníf. Ant. 5. a. Oportet ex viris qui nobíscum sunt congregári, testem resurrectiónis Jesu nobíscum fieri unum ex istis. Et statuérunt duos, Joseph qui cognominátus est Justus, & Matthíam. *Act.* 1.

Oratio, ut infra.

Ad Bened. Ant. 1. f. Orántes Apóstoli dixérunt: Tu, Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum ministérii hujus & Apostolátûs, de quo prævaricátus est Judas. *Act.* 1.

Oratio.

Deus, qui beátum Matthíam Apostolórum suórum collégio sociásti; tribue, quæsumus; ut ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus; Per Dóminum.

Ad Magníf. Ant. 6. F. Dedérunt sortes eis; & cécidit sors super Matthíam, & annumerátus est cum úndecim Apóstolis. *Act.* 1.



FESTA MARTII.

DIE I.
In Festo
SANCTI ALBINI,
Andegavensis Episcopi.
Simplex.
[*In Quadrag. Commem.*]
Omnia de Communi SS. Pontificum, p. xvj. *exceptis quæ sequuntur.*
Oratio.

Fámulos tuos, quæsumus, Dómine, interveniente beáto Albíno Pontífice, tibi fácias toto corde subjectos; ut tuæ caritátis Spíritu repléti, à terrénis mundémur cupiditátibus, & cœlesti beatitúdine, te donante, digni efficiámur; Per Dóminum... in unitáte ejusdem.

DIE III.
In Festo
SANCTI VINDICIANI,
Cameracensis Episcopi.
Simplex.
[*In Quadrag. Commem.*]
Omnia de Communi SS. Pontificum; p. xvj. *exceptis quæ sequuntur.*
Oratio.

Da, quæsumus, omnípotens Deus, intercedente beáto Vindiciáno Pontífice, Spíritum, sapiéntiæ quibus præesse dedísti Ecclésiæ tuæ; ut de profectu sanctárum óvium fiant gáudia ætérna Pastórum; Per... in unitáte ejusdem.

DIE IV.
In Festo
SANCTÆ GERTRUDIS,
Virginis.
Simplex.
[*In Quadrag. Commem.*]
Omnia de Communi Virginum, pag. xl. *exceptis quæ sequuntur.*
Oratio.

Intervéniat pro nobis, quæsumus, Dómine, beáta Virgo Gertrúdis, quæ, pro tui nóminis amóre, Virginitátis propósitum illibátâ mente servávit; Per.

VESP. de Feria. À Capitulo de S. Alexandro, Episc. & Mart. ut in Comm. unius Martyris, pag. vj.
Oratio.

Omnípotens sempiterne Deus, qui beáto Alexandro dignam Mártyre atque Pontífice fi-

dem & fortitúdinem tribuisti; fac nos ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui solus vera vita es, pervenísre; Per.

DIE V.

In Festo

SANCTI ALEXANDRI, Hierosolymitani Episc. & Martyris.

Simplex.

[*In Quadrag. Commem.*]

Omnia de Communi unius Martyris, pag. vj. *exceptis quæ sequuntur.*

DIE VII.

In Festo

SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS, Mart.

Simplex.

[*In Quadrag. Commem.*]

Omnia de Communi SS Mulierum, p. xlvij. *exceptis quæ sequuntur.*

PRIDIE Ad Magníficat.

Ant. 1. G. Timor Dómini, cum eléctis féminis gráditur, & cum justis & fidélibus agnóscitur: firmamentum est Dóminus timéntibus eum. *Eccli.* 1. *Ps.* 24.

℣. Deus noster refúgium & virtus: ℟. Non timébimus dum turbábitur terra. *Ps.* 45.

Oratio.

Deus, fortitúdo certántium & palma Mártyrum, qui fámulas tuas Perpétuam & Felicitátem contra tormentórum immanitátem mirâ virtúte roborasti; quæsumus, ut, sicut eórum nos triumpho lætíficas, ità semper supplicatióne defendas; Per Dóminum.

AD LAUDES.

Ant. 4. E. Infirma mundi elégit Deus ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. *I. Cor.* 7.

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Ps.* 96.

Oratio, ut suprà.

DIE IX.

In Festo

SS. QUADRAGINTA Militum Sebastensium, Martyrum.

Simplex.

[*In Quadrag. Commem.*]

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xij. *exceptis quæ sequuntur.*

Oratio.

Mártyrum tuórum solémnia recenséntes, súpplices te, Dómine, deprecámur ut ipsis intercedéntibus, in tua caritáte radicáti & fundáti, passiónes hujus témporis, invícto ac libenti ánimo sustinére valeámus; Per Dóminum.

DIE XXV. MARTII.

IN ANNUNTIATIONE INCARNATIONIS DOMINI AD BEATAM MARIAM VIRGINEM.

DUPLEX I. CLASSIS, seu Annuale majus.

¶ *Si hoc Festum venerit in Majori Hebdomada, vel intra Hebdomadam Paschæ, celebrabitur Feriâ II. post Dominicam in Albis, ritu infrà præscripto*, pag. 459.

AD I. VESPERAS.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 3. *toni*, a.

Roráte, cœli, désuper, & nubes pluant Justum: aperiátur terra, & gérminet Salvatórem. *Is.* 45.

Ant. 7. a. Emitte Agnum, Dómine, dominatórem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. *Is.* 16.

Ant. 2. D. Exaudi, Dómine; placáre, Dómine, attende & fac: ne moréris propter temetipsum. *Dan.* 9.

Ant. 6. F. Miserére Israel, quem coæquasti primogénito tuo: reple glóriâ tuâ pópulum tuum. *Eccli.* 36.

Ant. 5. C. Utinàm dirúmperes cœlos, & descénderes! Ecce réspice; pópulus tuus omnes nos. *Is.* 64.

Capitulum. Is. 62.

Elevâte signum ad pópulos. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ; dícite filiæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo.

℟ Audíte, domus David: Ecce virgo concípiet

n; & * Vo-
ı ejus Em-
Habitábit
us : & ipsi
erunt, &
n eis erit
* Vocábi-
℞. Audíte.
21.
us.
solemnis

intia,
lo tríſtibus
gaúdia.
ıes crímine
ɔsi ſumus:
érigat,
erras Deus.
æterno ſi-

s, náſci-

émpori,
rret vírgi-

corpus ín-

íctimam,
ánguine
ìm díluat.
a complet

ırtus cólli-

: ad Deum,
um Deus.
Redemptor
:,
máxima.

Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Tu exurgens, miſeréberis Sion; ℟. Quia tempus miſerendi ejus. *Pſ.* 101.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Hæc dicit Dóminus exercítuum: Ecce ego addúcam ſervum meum Orientem; & aúferam iniquitátem terræ. *Zach.* 3.

Oratio, infrà ad Laudes.

Fit Commem. Feriæ.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

Ant. 2. D. Adhùc unum módicum eſt, & movébo omnes gentes, & véniet Deſiderátus cunctis géntibus; dicit Dóminus exercítuum. *Agg.* 2.

Hymnus, Virgo, Dei génitrix.

Ad Nunc dim. *Ant.* 4. d. Ego ad Dóminum aſpíciam: expectábo Deum Salvatórem meum. *Mich.* 7.

A D L A U D E S.

Pſalmi de Dominica.

Antiphona, 7. *toni*, a.

SIc Deus dilexit mundum, ut Fílium ſuum unigénitum daret. *Joann.* 3.

Ant. 3. a. Cùm in for-

ma Dei esset, semetipsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus. *Philipp.* 2.

Ant. 5. a. Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte, & mundáret sibi pópulum acceptábilem. *Tit.* 2.

Ant. 6. F. Oppróbrium.

Canticum. Isaï. 52.

Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem; * annuntiantis bonum;

Prædicantis salútem, * dicentis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox speculatórum tuórum: * levavérunt vocem, simul laudábunt.

Quia óculo ad óculum vidébunt, * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte simul, deserta Jerúsalem; * quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem.

Parávit Dóminus bráchium sanctum suum * in óculis ómnium géntium:

Et vidébunt omnes fines terræ * Salutáre Dei nostri.

Ant. Oppróbrium pópuli sui aúferet de univérsa terra. Ecce Deus noster iste: expectávimus eum, & salvábit nos. *Isaï.* 25.

Ant. 1. G. Lauda, fília Sion: lætáre & exulta in omni corde, fília Jerúsalem; Rex Israel Dóminus in médio tuî. *Sophon.* 3.

Capitulum. I. Joann. 4.

In hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

Hymnus.

Pulsum supernis sédibus,
Umbris tot annos óbsitum,
Cœlestis ignárum viæ,
Errábat humánum genus.

Cœlestis en Rex cúriæ
Ut monstret ad cœlum viam,
Secúmque ducat éxules,
Se sponte fecit éxulem.

Se déviis præbet ducem;
Vires dat ambulántibus:
Est ipse, quâ ducit, via;
Quò ducit, ipse términus.

Deus, supréma Véritátis,
Umbráta velo córporis,
Puris videnda méntibus,
Lustra tuo nos lúmine.

Et tu tuórum sis memor,
Quæ, dùm modesto péctore
Te dicis ancillam Dei,
Regína mundi díceris.

Mundo Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula. Amen.

℣. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo; ℟. Mandávit in ætérnum testamentum suum. *Ps.* 110.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Visitávit nos Oriens ex alto, illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent. *Luc.* 1.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluisti; præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur; Per.

Fit Commem. Feriæ.

AD HORAS.

Psalmi de Dominica.

In fine Hymnorum dicitur Doxologia:

Mundo Redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.

AD PRIMAM.

Ant. 7. a. Sic Deus.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

CANON.

Ex Concílio Lateranensi.

Ann. 649. *can.* 3.

Si quis secundùm sanctos Patres non confitétur, próprię & secundùm veritátem, Dei Genitrícem sanctam sempérque Vírginem & immaculátam Maríam, útpotè ipsum Deum Verbum speciáliter & veráciter, qui à Deo Patre ante ómnia sǽcula natus est, in últimis seculórum absque sémine concepisse ex Spíritu sancto, & incorruptibíliter eam genuisse, indissolúbili permanente & post partum ejusdem virginitáte; condemnátus sit.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Cùm in forma.

Capitulum. Galat. 4.

Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *brev.* Recordátus est Dóminus * Misericórdiæ suæ. ℣. Et veritátis suæ dómui Israel. * Misericórdiæ suæ. Glória. ℟. Recordátus. *Ps.* 97.

℣. Dóminus memor fuit nostrî, ℟. Et benedixit nobis. *Ps.* 113.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Dedit semetipsum.

Capitulum. I. Joann. 4.

In hoc est cáritas: non quasi nos dilexérimus Deum, sed quóniam ipse prior dilexit nos, & misit Fílium suum propitiatiónem pro peccátis nostris.

℟. *br.* Misericórdia & véritas * Obviavérunt sibi: ℣. Justítia & pax osculátæ sunt: * Obviavérunt sibi. Glória. ℟. Misericórdia.

℣. Véritas de terra orta est, ℟. Et Justítia de cœlo prospexit. *Ps.* 84.

AD NONAM.

Ant. 1. G. Lauda.

Capitulum. Isaï. 52.

Gaudéte & laudáte simul, deserta Jerúsalem; quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem: parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium.

℟. *br.* Propè timentes eum * Salutáre ipsíus. ℣. Ut inhábitet glória in terra nostra. * Salutáre ipsíus. Glória. ℟. Propè. *Ps.* 84.

℣. Suscípiant montes pacem pópulo, ℟. Et colles justítiam. *Ps.* 71.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo.

Antiphona, 1. *toni*, G.

In princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Joann.* 1.

Ant. 7. c. Omnia per ipsum facta sunt: in ipso vita erat, & vita erat lux hóminum. *Joann.* 1.

Ant. 5. a. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. *Joann.* 1.

Ant. 3. a. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus

dus eum non cognóvit. *Joann.* 1.

Ant. 8. g. Verbum caro factum est, & habitávit in nobis. *Joann.* 1.

Capitulum. I. Tim. 3.

Manifestè magnum est pietátis sacraméntum, quod manifestátum est in carne, justificátum est in Spíritu, appáruit Angelis, prædicátum est géntibus, créditum est in mundo, assumptum est in glória.

Hymnus. Ave, maris stella, *pag.* lxix.

℣. In humilitáte nostra memor fuit nostri Dóminus; ℟. Quóniam in æternum misericórdia ejus. *Ps.* 135.

Ad Magníf. *Ant.* 2. D. Pater misit Fílium suum Salvatórem mundi: nos ergo diligámus Deum, quóniam Deus prior diléxit nos. *I. Joann.* 4.

Fit Commemoratio Feriæ.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica, Antiph. ut herì.

IN ANNUNTIATIONE ET INCARNATIONE DOMINI.

TEMPORE PASCHALI.

Omnia, exceptis quæ sequuntur, ut in præcedenti Officio; addendo Allelúia *semel in fine Antiphonarum & Invitatorii, & bis in fine Responsoriorum, etiàm brevium.*

AD I. VESPERAS.

Psalmi de Dominica.

Fit Commemoratio tantùm Dominicæ in Albis.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica.



FESTA APRILIS.

DIE XI.

Aut proximâ die non impeditâ post Dom. in Albis.

IN FESTO

S. LEONIS MAGNI,

PAPÆ,

ET ECCLESIÆ DOCTORIS.

Duplex II. Classis, seu Annuale minus.

Omnia de Comm. SS. Doct. exceptis sequentibus.

AD I. VESPERAS.

Capitulum. I. Mach. 14.

Sacerdótes consensérunt eum esse ducem suum, & summum Sacerdótem in ætternum, & ut cura esset illi pro sanctis.

℟. Beátus vir qui in sapiéntiâ meditábitur: in médio Ecclésiæ apériet os ejus; * Stolâ glóriæ vésttiet illum, & nómine ætérno hæreditábit illum; allelúia, allelúia. ℣. Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. * Stolâ. Glória. Beátus. *Eccli.* 14. *Matth.* 5.

Hymnus.

Te vices Christi [...]
rentem,
Júdicem te cordium [...]
Nostra te verbo levai [...]
Aut grávantem vim [...]
Voce quis dignâ, [...]
dos
Summe, decanter [...]
Horridis fe[...]
tervis

Mílitum cinctos duces,
Cædibus Reges cruentos
Vir inermis non paves:
Fortitúdo te Leónem,
Nomen haud unum probat.

Ultimum ter imminére
Prósspicis Romæ diem:
Diffidentes hinc minantur
Galliárum Præsides;
Ductor indè Barbarórum
Sævit atrox Attila.

Quanta virtútis potestas!
Quod decus! quæ grátia!
Magna sedas commonendo
Diffidentûm júrgia;
Attilæ vultus feróces
Territando déprimis.

En Dei qui se flagellum
Dictitábat ófferus,
Igne qui ferróque gentes
Diruébat ímpotens,
Tibi subdit arma supplex,
Teque victórem vocat.

Testis alter, urbe captâ,
Et tumens victóriâ,
Hostis alter, Genseríce,
Christiáni nóminis,
Qui, Leónis ore victus,
Abstines incéndio.

Qui suos armat Ministros
Christus invictâ fide,
Qui suis à Patre mittit
Præpotentem Spíritum,
Imperet cum Patre, nostris
Spiritúque, méntibus.
Amen.

℣. Dii fortes terræ, ℞. Vehementer eleváti sunt. *Ps.* 46.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Firmábitur in illo, & non flectétur (Sapiéntia): continébit illum, & non confundétur: & exaltábit illum; allelúia, *Eccli.* 15.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Capitulum. Sap. 10.

Intrávit sapiéntia in ánimam servi Dei, & stetit contra Reges horrendos, in portentis & signis.

Hymnus.

Non Petrus tantum revixit
Totus in te, Póntifex;
Spirat in te Paulus, in te
Et Joannes ásserit
In Deo Verbum coævum
Et Patri compar Deo.

Ex Deo quem Patre natum
Primus agnóvit Petrus,

Paulus à quo doctus, orbis
Ipse doctor éxtitit,
Æmulus Pauli Petríque
Doctor & tu prædicas.

In sinu Christi beátus
Dùm recumbit férvido,
Veritátis hinc Joannes
Haurit ardens flúmina,
Vividæque caritátis
Tela promit ígnea.

In Joannis consecráto
Dùm dies volúmine
Dúmque noctes excubasti,
Pastor insomnis, Leo,
Lucis ex ipso perennis
Fonte, lumen háuseras.

Nec silet pectus, profunda
Cùm Dei magnália
Mente sublími profáris;
Æstuat sed cáritas:
Mílites & sceptra cedant;
Imperat, qui sic docet.

Imperabas, Marciáne,
Et monenti pro Deo
Sponté parébas Leóni,
Príncipes & tu docens,
Qui Dei parent ministris,
Obsequi simul Deo.

Quem Leóni dignitáte
Quem fide non ímparem,
Sedis hærédem creasti,
Christe, quam non déseris,
Orbis illum, ceu Leónem,
Universus áudiat!
Amen.

℣. Tu domináris potestáti maris: ℟. Tu humiliasti, sicut vulnerátum, superbum. *Ps.* 88.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Similitúdo Fílii hóminis tétigit lábia mea; & apériens os meum, locútus sum & conválui; & dixi: Dómine mî, confortasti me; allelúia. *Dan.* 10.

Oratio.

Deus, qui sanctíssimæ humanitátis, grátiæ, atque étiàm Ecclésiæ tuæ hostes, beáti Leónis Vicárii tui voce & ópere debellasti; quæsumus, ut ad scriptórum ejus splendórem, virtútum quoque ipsíus sémitam prosequámur: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs sancti Deus.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. I. Petr. 4.

Si quis lóquitur, quasi sermónes Dei; si quis ministrat, tanquàm ex virtúte quam administrat Deus, ut in ómni-

ɪtificétur Deus
ɪ Christum.
Te vices Chri-
:em, *ut in I.*

:ge Dómini vo-
ɪa : ℟. Omnia
ue fáciet, pro-
ur. *Ps.* 1.
gníf. *Ant.* 5. a.
:ít omni sapién-
at potens in ver-
ɪ opéribus suis :
Act. 7.
, *ut suprà ad*

XXIII.

I REGULI,
lvanectensium
ɪiscopi,

mmemoratio.

Ad Vesp. *Ant.*
:git. ℣. Elégit,
ratio, Da, quæ-
ag. xix.
ommemoratione
;ii, Mart. Ant.
rit. ℣. Justus,
Oratio, Præsta,
s, *pag.* ix.
Laud. *Ant.* Sa-
℣. Véritas.
Da, quæsu-
;. xix.
Georgio. Ant.
certámen. ℣.
Oratio, Præ-
ommuni, p. ix.

Mm 3

Die XXV.
In Festo
SANCTI MARCI,
Evangelistæ.
Duplex majus, seu III. Classis.

¶ *Si Festum sancti Marci venerit intra Hebdomadam Paschæ, transferetur ejus Officium in primam diem non impeditam.*]

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, a.

Ecce super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem : allelúia. *Nahum.* 1.

Ant. 6. F. Quàm speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! allelúia. *Rom.* 10.

Ant. 7. *d.* Vox speculatórum : levavérunt vocem, simul laudábunt ; quia consolátus est Dóminus pópulum suum : allelúia. *Is.* 52.

Ant. 4. E. Ostendit vobis pactum suum quod præcépit ut facerétis, & verba scripsit : allelúia. *Deut.* 4.

Ant. 8. *g.* Consummábitur mystérium, sicut evangelizávit per servos suos : allelúia. *Apoc.* 10.

Capitulum. Ezech. 1.

Vidi: & ecce nubes magna, & ignis involvens; & de médio ejus quasi spécies electri, & in médio ejus similitúdo quátuor animálium.

Hymnus.

Christi perennes núntii,
Retecta qui cœléstibus
Scriptis Dei mystéria
Totum per orbem spárgitis:

Olim sub umbris cóndita
Vates sacri quæ víderant,
Umbris procul cedéntibus,
Vidistis hæc pleno die.

Humana quæ tulit Deus,
Divína quæ gessit homo,
Seris legenda pósteris
Dictante scripsístis Deo.

Loco remótos, témpore,
Vos rexit idem Spíritus;
Et quisque, pro ductu Dei,
Scribendo Christum réddidit.

Nos ut docéret, índuit
Vocis sonos Verbum Patris;
Vestris adhuc in páginis
Nobis loqui non désinit.

Da, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere;
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

Uni sit & Trino Deo
Suprêma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus,
℟. Virtúte multâ. *Ps.* 67.

Ad Magnif. Ant. 3. a. Christus dedit quosdam quidem Apóstolos, álios verò Evangelistas, ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi: allelúia. *Ephes.* 4.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. *toni,* f.

Sermónem feci de ómnibus quæ cœpit Jesus fácere & docére, usque in diem quâ assúmptus est: allelúia. *Act.* 1.

Ant. 2. D. Visum est mihi assecúto ómnia à princípio diligenter ex órdine scríbere: allelúia. *Luc.* 1.

Ant. 5. a. Hæc ómnia liber vitæ, & testamentum Altíssimi, & agní-

tio veritátis: allelúia. *Eccli.* 24.

Super Canticum Quàm pulchri, *pag.* 436.

Ant. 3. a. Beátus qui in istis versátur bonis! qui ponit illa in corde suo, sápiens erit semper: allelúia. *Eccli.* 50.

Ant. 6. F. Hæc scripta sunt, ut credátis quia Jesus est Christus Filius Dei; & ut credentes vitam habeátis in nómine ejus: allelúia. *Joann.* 20.

Capitulum. Josue, 1.

Non recédat volúmen legis hujus ab ore tuo: sed meditáberis in eo diébus ac nóctibus, ut custódias & fácias ómnia quæ scripta sunt in eo: tunc díriges viam tuam, & intélliges eam.

Hymnus.

Sinæ sub alto vértice,
Cœlo tonante, lex data:
Inter tubas & fúlgura
Præsens minabátur Deus.

Nunc, temperáto Númine,
Per vela carnis blándiùs
Amat vidéri, lánguidis
Se lumen aptans sénsibus.

Insculpta saxo lex vetus
Præcepta, non vires dabat:
Inscripta cordi lex nova
Præcepta dat cum víribus.

Scripsistis hanc fidâ manu;
Hanc voce, voci cónsonis
Hanc prædicastis móribus:
Signastis hanc & sánguine.

Afflante divo Spíritu,
Quæ verba vitæ tráditis,
Hæc ille nostris imprimat
Delenda nunquam córdibus.

Da, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

Uni sit & Trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Ignítum elóquium tuum vehementer, ℟. Et servus tuus diléxit illud. *Ps.* 115.

Ad Bened. Ant. 4. E. Præcepisti ei, Dómine, scríbere legem tuam coram fíliis Israel: allelúia. *Baruch.* 2.

Oratio.

Deus, qui beátum Marcum Evangelistam tuum, Evangélicæ prædicatiónis grátiâ sublimasti; tríbue, quæsumus, ejus nos semper & eruditióne profícere, & oratióne defendi; Per Dóminum.

[*Qui non intersunt Processionibus, tenentur recitare post Laudes Litanias SS. cum Precibus & Orationibus*, p. lxxxvj. *& sequentibus.*]

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Sermónem feci.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Visum est.

Capitulum. Ephes. 3.

Mihi data est grátia hæc: In géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, & illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacramenti abscónditi à séculis in Deo qui ómnia creávit.

℟. *breve.* Eructávit cor meum verbum bonum: * All. all. Eructávit. ℣. Dico ego ópera mea Regi. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Eructávit.

℣. Lingua mea cálamus scribæ, ℟. Velóciter scribentis. *Ps.* 44.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Hæc ómnia.

Capitulum. Baruch 4.

Hic liber mandatórum Dei, & lex quæ est in ætenum: omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam.

℟. *breve.* Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * Allelúia, allelúia. Lex. ℣. Testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Lex Dómini.

℣. Præceptum Dómini lúcidum, ℟. Illúminans óculos. *Ps.* 18.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Hæc scripta sunt.

Capitulum. Coloss. 1.

Vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ sacramenti hujus in géntibus, quod est Christus, in vobis spes glóriæ.

℟. *br.* Suscitávit Dóminus testimónium in Jacob: * Allelúia, allelúia. Suscitávit. ℣. Et legem pósuit in Israel. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Suscitávit. *Ps.* 77.

℣. Notum fecit Dóminus Salutáre suum; ℟. In conspectu géntium revelávit justítiam suam. *Ps.* 97.

. VESPERAS.
ona 7. toni, ç.
è volebámus trá-
: vobis non ſo-
angélium Dei,
m ánimas no-
.llel. *I. Theſſ.* 2.
. E. Pervénimus
in Evangélio
: allelúia. *II.*
.
. d. Non ſumus,
rimi, adulteran-
um Dei : allel.
. 2.
. a. Ex ſinceritá-
ex Deo, coram
Chriſto lóqui-
elúia. *II. Cor.* 2.
. d. Dignè Evan-
onversámini in
ritu unánimes,
antes fídei Evan-
lelúia. *Philipp.* 1.
ulum. Epheſ. 3.
ſtis diſpenſatió-
n grátiæ Dei, quæ
t mihi in vobis :
n ſecundùm re-
iem notum mihi
ſt ſacramentum,
ripſi in brevi :
oteſtis legentes
re prudéntiam
n myſtério Chri-

us, Sinæ, *p.* 445.
ritátem tuam &
: tuum dixi ; ℟.
ſcondi miſericór-diam tuam & veritátem tuam. *Pſ.* 39.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Quod audívimus de Verbo vitæ, annuntiámus vobis : & hæc ſcríbimus vobis ut gaudeátis, & gaúdium veſtrum ſit plenum : allelúia. *I. Joann.* 1.

Pro Commemoratione S. Cleti, *Ant.* Qui vícerit. ℣. Juſtus, *in Communi unius Martyris*, pag. vij. *Orat.* Omnípotens, *pag.* x.

DIE XXVI.

SANCTI CLETI,
Papæ & Martyris,
Commemoratio.

AD LAUDES. *Ant.* Bonum certámen. ℣. Cantábo, Dómine, *p.* ix. *Oratio*, Omnípotens, *pag.* x.

DIE XXIX.

In Feſto
SANCTÆ MARIÆ,
Ægyptiæ, Pœnitentis.
Semiduplex.

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, a.

Quis Deus símilis tibi ! qui auferis iniquitátem, & tranſis peccátum reliquiárum hæreditátis tuæ : allelúia. *Mich.* 7.

Capitulum. Isaï. 54.

Noli timére, quia non confundéris, neque erubesces : non enim te pudébit, quia confusiónis adolescéntiæ tuæ oblivisceris.

Hymnus.

O Vos, cum cítharis júngite cantus,
Cives æthérei ; fémina sanctis
Quondam pulsa ádytis, débita cœlo
Nunc ad sidéreas tránsvolat arces.

Sacris quæ répulit lóngiùs arcens
Templi limínibus crímine fœdam,
Hæc est illa manus quæ modò amíca,
Ablútam lácrymis ádmovet aris.

Patri máxima laus, máxima Nato :
Sit laus æqua tibi, Spíritus alme,
Qui, dùm sacrílegum pellis amórem,
Puros insínuas córdibus ignes. Amen.

℣. Miserátor & miséricors Dóminus, ℟. Longánimis & multùm miséricors. Ps. 102.

A ' Magníf. *Ant.* 5. G. Revértere, aversátrix, ait Dóminus, & non avertam fáciem meam ; quia sanctus ego sum, & non irascar in perpétuum : allelúia. *Jer.* 3.

Oratio, Largíre. *infrà.*

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Venit.

Canticum. Isaï. 54.

Noli timére, quia non confundéris, * neque erubesces.

Non enim te pudébit, * quia confusiónis adolescéntiæ tuæ oblivisceris.

Quia dominábitur tuî, qui fecit te : * Dóminus exercítuum nomen ejus.

Et redemptor tuus Sanctus Israel : * Deus omnis terræ vocábitur.

Ad punctum in módico dereliqui te ; * & in miseratiónibus magnis congregábo te.

In momento indignatiónis, * abscondi fáciem meam parumper à te.

Et in misericórdia sempiterna misertus sum tuî, * dixit redemptor tuus Dóminus.

Ant. Venit Fílius hóminis quærere & salvum fácere quod períerat : allelúia. *Luc.* 19.

Capitulum. Sap. 11.

Miseréris ómnium, quia ómnia potes, & dissímulas peccáta hóminum propter pœniténtiam. Díligis enim ómnia

quæ sunt, & nihil odisti eórum quæ fecisti.

Hymnus.

ULTRIX ipsa suos sævit in artus
Per quos & pótuit pulchra placére:
Deformis mácies íncubat ori;
Sed formam mélior grátia pensat.

IN pœnam scélerum sæpè recursant
Importúna malæ gaúdia vitæ:
Sed versans ánimo débita noxis
Tot tormenta, graves cómprimit æstus.

TANDEM digna polo déserc terras:
Placasti lácrymis Núminis iram;
Jam tu pasta sacro córpore Christi,
Ætérnæ cápias pábula mensæ.

PATRI máxima laus, máxima Nato:
Sit laus æqua tibi, Spíritus alme,
Qui, dùm sacrílegum pellis amórem,
Puros insínuas córdibus ignes. Amen.

℣. Misericórdia tua magna est super me; ℟. Et eruisti ánimam meam ex inferno inferióri. *Ps.* 85.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Pœniténtibus dedit Deus viam justítiæ. Quàm magna misericórdia Dómini! & propitiátio illíus converténtibus ad se! allelúia. *Eccli.* 17.

Oratio.

LARGÍRE, miséricors Deus, ut beáta María Ægyptia, quæ te super ómnia diligendo, suórum accépit véniam delictórum, nobis pœniténtiæ salutáris donum obtíneat; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Vadit ad ovem quæ períerat, donec invéniat eam: allelúia. *Luc.* 15.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Cùm invénerit eam, impónit in húmeros suos gaudens: allelúia. *Luc.* 15.

Capitulum. Isaï. 54.

DOMINÁBITUR tuî qui fecit te: Dóminus exercítuum nomen ejus, & redemptor tuus Sanctus Israel: Deus omnis terræ vocábitur; quia ut mulíerem derelíctam & mœrentem spíritu vocávit te Dóminus.

℟. *br.* Dicam Deo: Susceptor meus es: * Allelúia, allel. Dicam. ℣. Quare oblítus es meî?

*Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dicam Deo.

℣. Quàre tristis es, ánima mea? ℟. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi. *Ps.* 41.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Dico vobis: Gaudet super eam magìs quàm super nonaginta novem quæ non erravérunt: allelúia. *Matth.* 18.

Cpitulum. Is. 50.

In momento indignatiónis abscondi fáciem meam parumper à te: & in misericórdia sempiterna misertus sum tuî.

℟. *br.* Dómine, ante te omne desidérium meum; *Allel. allel. Dómine. ℣. Et gémitus meus à te non est abscónditus. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Dómine. *Ps.* 37.

℣. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: ℟. Posuisti lácrymas meas in conspectu tuo. *Ps.* 55.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Ità dico vobis: Gaúdium erit in cœlo coram Angelis super uno peccatóre pœniténtiam agente: allelúia. *Luc.* 15.

Capitulum. Tob. 13.

Convertímini, peccatóres, & fácite justítiam coram Deo, credentes quòd fáciat vobiscum misericórdiam suam: ego autem & ánima mea in eo lætábimur.

℟. *br.* Anima mea exultábit in Dómino; * Allelúia, allelúia. Anima. ℣. Et delectábitur super salutári suo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Anima mea. *Ps.* 34.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino; ℟. Et noli oblivisci omnes retributiónes ejus. *Ps.* 102.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. Vadit ad ovem, *ut suprà, ad Primam.*

A Capitulo de S. Ultano, ut in Comm. SS. Abb. Oratio, Intercessio, *pag.* xxx.

Pro Comm. S. Mariæ Ægyptiæ, Ant. Ubi abundávit delictum, superabundávit grátia: ut sicut regnávit peccátum in mortem, ità & grátia regnet per justítiam in vitam æternam: allelúia. *Rom.* 5.

℣. Glorificábo

℣. Glorificábo nomen tuum in æternum, ℟. Quia misericórdia tua magna est super me. *Ps.* 85.

Oratio, Largíre, *ut suprà.*

Deindè Comm. S. Eutropii, Episc. & Mart. ut in Comm. unius Mart. pag. vij. *Oratio*, Fac nos, *pag.* ix.

DIE XXX.

SANCTI ULTANI,

Abbatis,

Et Abbatiæ S. Quintini propè Peronam fundatoris.

Semiduplex.

AD LAUD. pro Commem. S. Eutropii, Ant. Bonum. ℣. Cantábo. *Orat.* Fac nos, *pag.* ix.

VESP. de sequenti.

FESTA MAII.

DIE I.

In Festo

SS. PHILIPPI

ET JACOBI,

Apostolorum.

Duplex majus, seu III. Classis.

¶ *Si fuerit Dominica, vel una de Feriis Rogationum, fiet de Festo, cum Commemor. Dominicæ ad Laudes & utrasque Vesperas; Feriæ verò occurr. ad Laud. tantùm.*

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 1. *toni*, G.

Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? allelúia. *Is.* 60.

Ant. 2. D. Isti sunt, quos misit Dóminus, ut perámbulent terram: allelúia. *Zach.* 1.

Ant. 6. F. Vocabuntur Fortes justítiæ, Plantátio Dómini ad glorificandum: allelúia. *Isaï.* 61.

Ant. 7. d. Ascendent salvatóres in montem Sion; & erit Dómino regnum: allel. *Abd.*

Ant. 8. g. Ædificábunt deserta à século, & ruínas antíquas érigent, & instaurábunt civitátes dissipátas: allel. *Isaï.* 61.

Capitulum. Isaï. 66.

Hæc dicit Dóminus; Annuntiábunt glóriam meam géntibus, & addúcent omnes fratres vestros de cunctis géntibus, donum Dómino.

Hymnus.

CUI se, relíctis ómnibus,
Addíxerant Apóstoli,
Tristes recenti fúnere,
Jesum dolébant mórtuum;

AT vos dolórem pónite:
Se suscitávit mórtuum.
Indigna mortis víncula
Rumpendo, se probat Deum.

PERVADIT occlúsas fores:
Vestro vidére se choro,
Artus sacros dat tángere;
Nec temnit oblátas dapes.

SERVATA monstrat vúlnera,
Nostræ salútis óbsides:
O quanta nubes téstium
Fidem sopítam súscitat!

APOSTOLORUM sénsibus
Qui te revelasti, Deus;
Et te, vacillet ne fides,
Nostris revéla méntibus.

DA, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

¶ UNI sit & trino Deo, pag. 444.

¶ *Post Ascensionem*, *Doxologia sequens*:

QUI victor i[n]
redis,
Jesu, tibi sit g[loria]
Cum Patre & a[lmo Spi]
ritu
In sempiterna s[æcula].
Amen.

Et sic in aliis

℣. Annuntia[bitur Do]
mino generátio
℟. Et annuntiá[bunt cœ]
li justítiam ej[us, populo]
qui nascétur. A[lleluia.]

Ad Magnif.

Vóluit Jesus e[xire in Ga]
lilæam, & in[venit Phi]
lippum, &
Sequere me :
Joann. I.

Orat. infrà

Commem. [...]
Abbatis.

AD LA[UDES]

Antiphona,

JEsus locútu[s est unde]
cim discípu[lis suis:]
Data est mih[i omnis po]
testas in cœlo [...]
euntes ergo [docete om]
nes gentes [...]
Matth. 28.

Ant. 5. [...]
Evangélium [...]
túræ : bapti[...]
docentes ser[vare]
quæcumque [mandavi vo]
bis : allelúia
Matth. 28.

Ant. 8. g. [...]
ministeriis pe[...]

tuntur eis : & quorum retinuéritis, retenta sunt : allelúia. *Joann.* 20.

Ant. 1. G. Accipiétis.

Canticum. Is. 61.

Vocabuntur in (Sion) fortes justítiæ, * plantátio Dómini ad glorificandum.

Et ædificábunt deserta à século, * & ruínas antíquas érigent;

Et instaurábunt civitátes desertas, * dissipátas in generatiónem & generatiónem.

Vos autem, Sacerdótes Dómini vocabímini, * Minístri Dei nostri, dicétur vobis.

Fortitúdinem géntium comedétis, * & in glória eárum superbiétis.

Ant. Accipiétis virtútem superveniéntis Spíritûs sancti in vos, & éritis mihi testes usque ad últimum terræ : allel. *Act.* 1.

Ant. 3. a. Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem séculi : allelúia. *Matth.* 28.

Capitulum. Act. 2.

Multa prodígia & signa per Apóstolos in Jerúsalem fiébant, & metus erat magnus in universis : omnes étiam qui credébant, erant páriter, & habébant ómnia commúnia.

Hymnus.

Natus Parenti rédditus
Non vos amícos déseret :
Sub imbre lapsum flámmeo
Infundet in vos Spíritum.

Hausto repléti Númine,
Terras in omnes líberi,
Christum tubis cœléstibus,
Christum Deum vulgábitis.

Non jam tenébit ámplius
Formído mortis ábditos :
Aperta non addent moras
Eúntibus perícula.

Vos ante reges fórtiter
Spernétis armátas neces :
Hæc nempè, pro Christo mori,
Supréma vobis glória.

Orate, firma sit Fides,
Et certa se Spes érigat :
Illapsa nostris córdibus
Pellat timórem Cáritas.

DA, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

¶ SIT laus Patri, &c.

¶ *Post Ascensionem, Doxologia:*

QUI victor, &c. *Et sic ad alias Horas.*]

℣. Pósuit Deus in eis verba signórum suórum, ℟. Et prodigiórum in terra. *Ps.* 104.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Nos testes sumus ómnium quæ fecit Jesus in regióne Judæórum & Jerúsalem: allelúia. *Act.* 10.

Oratio.

DEus, qui nos ánnuâ Apostolórum tuórum Philippi & Jacóbi solemnitáte lætíficas; præsta, quæsumus, ut quorum gaudémus méritis, instruámur exemplis; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Jesus.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Prædicáte.

Capitulum. Rom. 1.

PEr Jesum Christum accépimus grátiam & Apostolátum, ad obediendum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus.

℟. *br.* In omnem terram exívit sonus eórum: * Allelúia, allelúia. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. In omnem.

℣. Non sunt loquélæ, neque sermónes, ℟. Quorum non audiantur voces eórum. *Ps.* 18.

AD SEXTAM.

Ant. 8. g. Quorum remiséritis.

Capitulum. II. Cor. 5.

POsuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis: pro Christo ergo legatióne fúngimur, tanquàm Deo exhortante per nos: obsecrámus pro Christo, reconciliámini Deo.

℟. *br.* Veníte, & vidéte ópera Dómini, * Allelúia, allelúia. Veníte. ℣. Quæ pósuit prodígia super terram.

. Glória. ℟. Ve-
45.

cit pópulos no-
t gentes sub pé-
tris. *Ps.* 46.

NONAM.

. a. Ecce ego.

um. Ephes. 2.

1 estis hóspites
enæ; sed estis
ctórum & do-
ei, superædifi-
er fundamen-
ostolórum &
rum, ipso sum-

mo anguIári lápide Christo Jesu.

℟. *br.* In converténdo Dóminus captivitátem Sion, facti sumus sicut consoláti: * Allelúia, allelúia. In convertendo. ℣. Magnificávit Dóminus fácere cum eis. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. In convertendo.

℣. Magnificávit Dóminus fácere nobiscum; ℟. Facti sumus lætantes. *Ps.* 125.

VESPERÆ de sequenti.



DIE II. MAII.

IN FESTO ELEVATIONIS SS. QUINTINI VICTORICI ET CASSIANI,

HUJUS ECCLESIÆ PATRONORUM.

Duplex I. Classis, *seu Annale majus*

AD I. VESPERAS.

Psalmi de Feria.

Antiphona, 7. *toni*, A.

Laudáte, cœli; & exulta, terra; jubiláte, montes, laudem; quia consolátus est Dóminus pópulum suum: allelúia. *Is.* 49.

Ant. 5. a. Consurge, fília Sion; indúere vestiméntis glóriæ tuæ, Jerúsalem cívitas Sancti: allelúia. *Is.* 52.

Ant. 3. a. Vocábunt te civitátem Dómini, & scies quia ego Dóminus salvans te, & Redemptor tuus Fortis: allelúia. *Is.* 60.

Ant. 1. J. Ecce in mánibus meis descripsi te; muri tui coram óculis meis; venérunt structóres tui: allelúia. *Is.* 49.

Ant. 6. F. Erunt Reges nutrícii tui, & Regínæ nutríces tuæ; & scie quia ego Dóminus, si per quo non confundetur qui expectant eum allelúia. *Is.* 49.

Capitulum. II. Mach

Consíderans Rex, rem diligenter ex nans, fecit Templum Sacerdótibus do multa bona, áli que ália.

℟. Obsecro ígitu mùm ómnium, oratiónes, post nes, gratiárum a pro Régibus & ó qui in sublimitá * Hoc enim bo

& acceptum coram Salvatóre nostro Deo. Allelúia, allelúia. ℣. Præcépit Rex ut ædificétur Domus Dei; ut de arcâ Regis sumptus dentur viris illis, & ófferant oblatiónes Deo cœli, oréntque pro vitâ Regis & filiórum ejus. * Hoc enim. Glória. ℟. Obsecro. *I. Tim.* 2. *I. Esdr.* 6.

Hymnus.

Sat, Quintíne, sat est jam látebris datum;
Jam Regum sólio Rellígio sedet:
Sanctos quæ pótuit víncere, béstiam
Sanctis víncere nunc licet.

Dulces exúvias, sánctaque pígnora
Hùc transláta (loci nobílitas velit!)
Victrix Rellígio tot fídei suæ
Testes monstrat & óbsides.

Quintinus véhitur; se duo Mártyri
Adjungunt cómites; tres simul ádvolant,
Aras tres répetunt, rursùs ut ímmolent
Si quid restat adhuc sui.

Membris non périit vívida cáritas:
Pœnis quas sítiunt deficiéntibus,
Aris stare super dúlcibus ámbiunt,
Se se semper ut ófferant.

Hic stas perpétuus Martyr, & ímmolas
Truncum corpus adhuc: non satis est tibi
Unâ morte mori; jugis ut hóstia
Christo júngeris hóstiæ.

Fumans sanguis adhuc súpplicat, & Deo
Plusquàm thure litat: qui simul ássident,
Mactátis páritèr corpóribus litant:
Hi tres vim fáciunt Deo.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Ambórum tibi par laus quoque, Spíritus,
Qui das Martyribus mille neces pati
Et per fúnera víncere.
Amen.

℣. Plantáti in domo Dómini, ℟. In átriis domùs Dei nostri florébunt. *Ps.* 91.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Addúcam eos in montem sanctum meum, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ; holocausta eórum & víctimæ

eórum placébunt mihi super altári meo: allelúia. *Is.* 56.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feriâ.

Ant. 3. a. Vocábunt eos, pópulus sanctus: Redempti à Dómino; quæsíta cívitas, & non derelícta: allel. *Is.* 62.

Ad Nunc dim. *Ant.* 4. E. Occupábit salus muros tuos, & portas tuas laudátio; & erit tibi Dóminus in lucem sempitérnam: allelúia. *Is.* 60.

AD LAUDES.

Antiphona, 7. *toni*, d. Fundáto Templo Dómini, stetérunt Sacerdótes in ornátu sancto, & Levítæ, ut laudárent Deum: allelúia. *I. Esdr.* 3.

Ant. 2. d. Et concinébant in hymnis & confessióne Dómino, quóniam in æternum misericórdia ejus: allelúia. *I. Esdr.* 3.

Ant. 3. E. Omnis quoque pópulus vociferabátur clamóre magno in laudando Dóminum, eò quòd fundátum esset Templum Dómini: allelúia. *I. Esd.* 3.

Ant. 6. F. Plúrimi étiam.

Canticum. I. Par. 29.

Benedíctus es, Dómine, Deus Israel patris nostri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua est, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória atque victória, * & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo sunt, & in terra, * tua sunt.

Tuæ divítiæ, & tua est glória, * tu domináris ómnium.

In manu tuâ virtus & poténtia; * in manu tuâ magnitúdo & impérium ómnium.

Nunc ígitur, Deus noster, confitémur tibi, * & laudámus nomen tuum ínclytum.

Ant. Plúrimi étiam qui víderant Templum prius, & hoc Templum in óculis eórum, in lætítiâ elevábant voces: allelúia. *I. Esd.* 3.

Ant. 8. G. Nec póterat quisquam agnóscere vocem clamóris lætántium: commixtim enim pópulus vociferabátur: allelúia. *I. Esd.* 3.

Capitulum. Bar. 5.

Exurge, Jerúsalem, & vide collectos fílios

s; addúcet illos Dó-
ius ad te, portátos in
ióre, ſicut fílios re-
.

Hymnus.

VINCENDI genus hoc
Martyribus novum;
Ris eſt ſua laus, eſt
ſua glória:
Ri dum cáditis, fúneris è ſinu,
Victâ morte, resúrgitis.

VICTORI nócuit, próſuit & furor
ſto, cui títulos nomen
& áddidit;
io delére cupit, cónſecrat ínſcius
Fuſo ſánguine Mártyres.

URBS Auguſta, vetus
quis tibi ſúſtulit
omen? barbáries: quis
dedit & novum?
artyr, ludíbrium Cæſaris ímpii;
Tantùm Relígio poteſt!

DEDISCIS títulos; vánaque nómina,
e toto súperat nil tibi
Cæſare:
eteſtáta deos, lúdicra
númina,
Unum ſancta colis
Deum.

ARCES impíetas quas
ſibi ſtrúxerat,
Tutas terríbili nómine
Cæſarum,
Nudi ſola fides mílitis
éruit,
Armis fórtior ómnibus.

SURGIT quanta tibi de
nece glória!
Urbes prodígiis attónitæ
ſilent;
Das leges pópulis, victus & ſuperas,
Et victóris obis vices.

PATRI máxima laus.
ut in I. Veſperis.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur; ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Dies ſanctificátus eſt Dómino Deo noſtro; nolíte contriſtári; gaúdium étenim Dómini eſt fortitúdo noſtrâ: allelúia. *II. Eſd.* 8.

Oratio.

DEus, qui nobis hunc diem honorábilem & ſolemnem pro gloriósa Sanctórum tuórum Quintíni, Victoríci, atque Caſſiáni Elevatióne feciſti; da nos eórum méritis & précibus ad ætérnam cum eis glóriam elevári: Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 7. A. Fundáto.

CANON.

Ex Epístolâ sancti Hierónymi Presbyteri ad Vigilántium primâ.

Nos non dico Mártyrum relíquias, sed ne solem quidem, non Angelos, non Archángelos cólimus & adorámus; ne serviámus creatúræ potiusquàm Creatóri. Sed honorámus relíquias Mártyrum, ut eum cujus sunt Mártyres, adorémus: honorámus servos, ut honor servórum redundet ad Dóminum, qui ait: Qui vos súscipit, me súscipit.

AD TERTIAM.

Ant. 2. d. Et concinébant.

Capitulum. Apoc. 19.

Vox de throno exívit dicens: Laudem dícite Deo nostro, omnes servi ejus: quóniam regnávit Dóminus Deus noster omnípotens.

℟. *br.* Notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam: * Allelúia, allelúia. ℟. Notam. ℣. Et glóriam magnificéntiæ regni tui, * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Notam.

℣. Allevat Dóminus omnes qui córruunt, ℟. Et érigit omnes elísos. *Psal.* 144.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Omnis quoque.

Capitulum. Sap. 19.

In ómnibus magnificasti pópulum tuum, Dómine, & honorasti, & non despexisti, in omni témpore assistens eis.

℟. *br.* Virtútem terribílium tuórum dicent; * Allelúia, allelúia. ℟. Virtútem. ℣. Et magnitúdinem tuam narrábunt. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Virtútem. *Ps.* 144.

℣. Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine, ℟. Etenim veritátem tuam in Ecclésiâ Sanctórum. *Ps.* 88.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Nec póterat.

Capitulum. Apoc. 19.

Venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se, & datum est illi ut coopériat se byssino splendenti & cándido. Byssinum enim sunt justificatiónes Sanctórum.

℟. *br.* Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt: * Alle-

lúia, allelúia. ℟. Memóriam. ℣. Et justítiâ tuâ exultábunt. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Memóriam. *Ps.* 144.

℣. Cantáte Dómino cánticum novum : ℟. Laus ejus in Ecclésiâ Sanctórum. *Ps.* 149.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 4. *toni*, E.

Consídera, Israel; super excelsa tua Inclyti interfecti sunt : amábiles & decóri in vitâ suâ, in morte quoquè non sunt divísi : allelúia. *II. Reg.* 1.

Ant. 5. F. Aquilis velocióres, leónibus fortióres, corroboravérunt Jacob, & redemérunt se in fide virtútis : allel. *II. Reg.* 1. *Eccli.* 49.

Ant. 1. J. Ante thronum Dei sunt, & sérviunt ei die ac nocte in Templo ejus : allelúia. *Apoc.* 7.

Ant. 8. G. Sedébit Dóminus conflans, & colábit eos quasi aurum; & erunt Dómino offerentes sacrifícia in justítia : allelúia. *Malach.* 3.

Ant. 4. E. Annuntiábunt géntibus glóriam meam, & addúcent omnes fratres vestros donum Dómino : allelúia. *Is.* 66.

Capitulum. II. Cor. 2.

Deo grátias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odórem notítiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus.

Hymnus. Sat, Quintíne. *ut in I. Vesperis.*

℣. Justi confitebuntur nómini tuo, Dómine : ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Ps.* 139.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum; ut vídeant claritátem quam dedisti mihi, quia dilexisti me, ante constitutiónem mundi : allelúia. *Joann.* 17.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Pro Commem. S. Crucis, Ant. Radix Jesse, qui stat in signum populórum. Ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum ejus gloriósum : allelúia. *Is.* 11.

℣. De torrente in via bibet; ℟. Proptereà exaltábit caput. *Ps.* 109.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLET. *ut heri.*

Die III.
IN INVENTIONE
Sanctæ Crucis.
Duplex majus, seu III. Classis.

AD LAUDES.

Antiphona, 6. toni, F.

Peccáta nostra Christus pértulit in córpore suo super lignum; ut, peccátis mórtui, justítiæ vivámus: allelúia. *I. Petr.* 2.

Ant. 3. a. Delens quod adversùs nos erat chirographum decréti, ipsum tulit de médio, affigens illud Cruci: allelúia. *Coloss.* 2.

Ant. 1. a. Fecit útraque unum, solvens inimicítias in carne sua; ut reconcíliet ambos in uno córpore Deo per Crucem: allelúia. *Ephes.* 2.

Ant. 2. D. Vetus homo.

Canticum. Apoc. 5.

Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David,* aperíre librum & sólvere septem signácula ejus.

Et viginti quátuor senióres cecidérunt coram Agno, * habentes singuli cítharas.

Et cantábant cánticum novum, * dicentes:

Dignus es, Dómine, accípere librum, * & aperíre signácula ejus;

Quóniam occísus es, * & redemísti nos Deo in sánguine tuo,

Ex omni tribu & lingua, * & pópulo & natióne;

Et fecísti nos Deo nostro regnum & sacerdótes: * & regnábimus super terram.

Ant. Vetus homo noster simul crucifíxus est; ut destruátur corpus peccáti, & ultrà non serviámus peccáto: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 5. a. Oportébat Christum pati, & resúrgere; & prædicári in nómine ejus pœniténtiam, & remissiónem peccatórum in omnes gentes: allelúia. *Luc.* 24.

Capitulum. I. Cor. I.

Prædicámus Christum crucifixum, Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultítiam; ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtútem, & Dei sapiéntiam.

Hymnus.

Crux, fida languórum Dei
Pendentis in te cónscia,
Ejus dolóres íntimos,
Dic verba, dic suspíria.

CLAVI

pedes, clavi
us
ıro ſtípiti:
cruentis vépri-

mbébat caput.
norte luctantis

rémos ſpíritus:
tuo, volens
i,
líquit in ſinu.
ctus in quo nos
:,
è quo nos do-

mendum sónti-

inal Júdicis.
, Chriſte, nos
m mori;
mul da súrgere:
da contémne-

a cœléſtia.
er Crucem nos
as,
i laus máxima,
re & almo Spí-
,
terna ſécula.
men.
oram feciſti in
irtútem tuam:
niſti in bráchio
lum tuum. *Pſ.*

ned. *Ant.* 7. d.
gnum Fílii hó-
cœlo: & vidé-
uint. Hiem. O o

bunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cœli cum virtúte multa & majeſtáte: allelúia. *Matth.* 24.

Oratio.

Deus, qui in præclára ſalutíferæ Crucis Inventióne, Paſſiónis tuæ mirácula ſuſcitaſti; concéde, ut vitális ligni prétio, vitæ ætérnæ gaúdia conſequámur; Qui.

Pro Comm. SS. Martyrum Alexandri, Eventii & Theoduli, Ant. Beáti. ℣. Salus. *Oratio*, Concéde, *pag.* xiv.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Peccáta noſtra.

In ℟. *br.* ℣. Qui ſurrexiſti à mórtuis. *Matth.* 27.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Delens quod adversùs nos.

Capitulum. Philipp. 2.

Chriſtus Jeſus ſemetipſum exinanívit, formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu inventus ut homo: humiliávit ſemetipſum, factus obédiens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.

℟. *br.* Apud Dóminum miſericórdia: * Allelúia, allel. ℣. Et copióſa apud

eum redémptio. * Allel. allelúia. Glória. ℟. Apud. *Ps.* 129.

℣. Redemptiónem misit Dóminus, ℟. Pópulo suo. *Ps.* 110.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Fecit útraque unum.

Capitulum. Coloss. 1.

In ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, & per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem Crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

℟. *br.* Dóminus dominórum redémit nos: * Allelúia, allelúia. ℣. Ab inimícis nostris. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 135.

℣. Deus noster, Deus salvos faciendi, ℟. Et Dómini Dómini éxitus mortis. *Ps.* 67.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Oportébat.

Capitulum. Act. 6.

Quem interemistis, suspendentes in ligno, hunc príncipem & salvatórem Deus exaltávit déxterâ suâ, ad dandam pœniténtiam Israéli & remissiónem peccatórum.

℟. *br.* Remisisti iniquitátem plebis tuæ: * Allelúia, allelúia. ℣. Operuisti ómnia peccáta eórum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Remisisti iniquitátem.

℣. Mitigasti omnem iram tuam; ℟. Avertisti ab ira indignatiónis tuæ. *Ps.* 84.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. *toni*, c.

Christus mórtuus est pro peccátis nostris, & resurrexit tértiâ die, secundùm Scriptúras: allelúia. *I. Cor.* 15.

Ant. 4. A. Ipse est pax nostra, solvens inimicítias in carne sua, ut reconcíliet Deo per Crucem: allelúia. *Ephes.* 2.

Ant. 6. F. Nos infirmi sumus in illo; sed vivémus cum eo ex virtúte Dei: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 1. D. Si complantáti facti sumus similitúdini mortis ejus, simul & resurrectiónis érimus: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 5. C. Si commórtui sumus, & convivémus: si sustinébimus, & conregnábimus: allelúia. *II. Timoth.* 2.

Capitulum. Hebr. 12.

Currámus ad propósitum nobis certámen, aspicientes in auctórem fídei & consummatórem Jesum, qui, propósito sibi gáudio, sustínuit Crucem, confusióne contemptâ, atque in déxtera sedis Dei sedet.

Hymn. Crux, fida. *suprà ad Laudes.*

℣. Dícite in natiónibus; ℟. Dóminus regnávit à ligno. *Ps.* 95.

Ad Magníf. *Ant.* 5. F. Christo confixus sum Cruci: vivo, jam non ego; vivit verò in me Christus: in fide vivo Fílii Dei, qui dilexit me, & trádidit semetipsum pro me; allelúia. *Galat.* 2.

Pro Comm. S. Athanasii, Episc. & Doct. Ant. Sápiens. ℣. Beátus, *pag.* xxij. *Oratio, ut infrà ad Laudes.*

Deindè pro Comm. S. Monicæ, Viduæ, Ant. Exultávit. ℣. Averte, *p.* xlviij. *Orat. ut infrà.*

DIE IV.

In Festo S. ATHANASII, Episcopi & Eccl. Doct.

Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Doctorum, pag. xxij.

AD LAUDES.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut excelléntiam Verbi tui, quam beátus Athanásius mirábili constántiâ, innumerísque labóribus asséruit, & convenienter intellígere valeámus, & veráciter profitéri; Per eumdem Dóminum.

Pro Comm. S. Monicæ, Ant. Benedicta. ℣. Anima mea, *p.* xlix.

Oratio.

Deus, mœréntium consolátor, & in te sperántium salus, qui beátæ Mónicæ pias lácrymas in conversióne fílii sui Augustíni misericórditer suscepisti: da nobis, utriusque interventu, peccáta nostra pœniténtiæ lácrymis elúere, & grátiæ tuæ indulgéntiam invenire; Per Dóminum.

DIE V.

In Festo STÆ GODEBERTÆ, Virginis.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Virg. non Martyr. pag. xl.

Ad I. Vesp. *Capit.* Unusquisque. *Hymnus*, Vos ô Virgínei. ℣. Afferentur. *Ad* Magníf. *Ant.* Côrpora. *Orat.* Exaudi, *infrà.*

Comm. S. Athanasii. Ant. Qui docti. ℣. Ignítum, *pag.* xxv. *Oratio*, *ut infrà.*


AD LAUDES.

Ant. sola, Cantábant Vírgines, *pag.* xliij. *Hymnus*, O Virgo. ℣. Lætábor. *Ad* Benedict. *Ant.* Exultábit, *p.* xliv.

Oratio.

Exaudi, Dómine, pópulum tuum tibi sub patrocíniis ínclytæ Vírginis tuæ Godebertæ supplicantem; & præsta, ut ejus imitatióne & précibus, te solum mente totâ sitientes felíciter invenire mereámur; Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti.



DIE VI. MAII.

IN FESTO MARTYRII S. JOANNIS EVANGELISTÆ, ANTE PORTAM LATINAM.

DUPLEX II. CLASSIS, seu Annuale minus.

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 2. *toni*, D.

Ego Joannes párticeps in tribulatióne, & regno, & patiéntia in Christo Jesu: allelúja. *Apoc.* 1.

Ant. 1. a. Fui in ínsulâ Patmos propter verbum Dei & testimónium Jesu: allelúia: *Apoc.* 1.

Ant. 3. a. Audívi vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides scribe, & mitte septem Ecclésiis; allelúia. *Apoc.* 1.

Ant. 3. a. Et conversus vidi in médio septem candelabrórum aureórum símilem Fílio hóminis, & habébat in déxterâ suâ septem stellas: allelúia. *Apoc.* 1.

Ant. 8. G. Et cécidi ad pedes ejus tanquam mórtuus, & pósuit super me déxteram suam, dicens: Noli timére; ego hábeo claves mortis & inferni: allelúia. *Apoc.* 1.

Capitulum. Is. 43.

Noli timére, quia redémi te; meus es tu; cùm transíeris per aquas tecum ero, & flúmina non opérient te: cùm ambuláveris in igne, non comburéris, & flamma non ardébit in te.

℟. Nolíte timére; * Omnis qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo: allel. allel. ℣. Sacraméntum Regis abscóndere bonum est, ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est. * Omnis. Glória. ℟. Nolíte. *Matth.* 10. *Tob.* 12.

Hymnus.

Urbem Romúleam quis furor íncitat?
Christi discípulus, Cæsare júdice
Damnátus, rápitur; nil venerábilis
Frontis caníties movet.

In fervens ólei conjícitur mare;
Nil æstus nócuit, flamma sed hóspiti
Parcit blanda suo: ceu pugil úngitur,
Hinc & fórtior éxilit.

Edicto stériles pulsus in ínsulas,
Exul tunc sócio perfrúitur Deo;
Hîc ventúra videt, quæ cálamo notans,
Sublustri nébulâ tegit.

Sic nos Christus amet, sic dóceat pati;
Discamúsque mori, fúneris ut sacri
Simus partícipes: non áliis patet
Cœlum conditiónibus.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque sacro máxima Flámini;
Hæc est certa fides, fóntibus è tuis,
Quam divínitùs háurimus. Amen.

℣. Impinguasti in óleo caput meum; ℟. Et calix meus inébrians quàm præclárus est! *Ps.* 22.

Ad Magnif. Ant. 3. a. Jesus ait Jacóbo & Joanni: Cálicem quem ego bibo, bibétis; & Baptísmo quo ego baptízor, baptizabímini; allelúia. *Marc.* 10.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Antiph. 5. *toni*, a.

Audívi vocem de cœlo íterùm loquentem mihi, & dicentem: Vade & áccipe librum de manu Angeli; allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 3. a. Accépi librum, & devorávi illum; & erat in ore meo tanquam mel dulce; allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 7. d. Et dixit mihi Angelus: Oportet te íterùm prophetáre géntibus & pópulis & linguis & Régibus multis; allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 1. G. Datus est mihi.

Cantic. Confitébor. *ut in Comm. unius S. Mart.*

Ant.
cálamu
mihi:
Templ
re, &
allelúi
Ant
ti qui
rum
hæc v
alleló
Cap
C
eum
Vid
vu
tu
fi
ac
c
F

[redacted]

Ant. Datus est mihi cálamus, & dictum est mihi: Surge & metíre Templum Dei, & altáre, & adorantes in eo; allelúia. *Apoc.* 11.

Ant. 6. F. Scribe: Beáti qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti sunt! hæc verba Dei vera sunt; allelúia. *Apoc.* 19.

Capitulum. Apoc. 19.

Cécidi ante pedes Angeli, ut adorárem eum; & dicit mihi: Vide ne féceris; consérvus tuus sum, & fratrum tuórum habéntium testimónium Jesu: Deum adóra; testimónium enim Jesu est Spíritus prophetíæ.

Hymnus.

Jussu tyranni pro fide
Pulsus, Joannes, éxulas;
Fertur voláru líbero
Mens celsa supra sídera.

Illic revélat se tibi,
Qui mórtuus vivit, Deus;
Agnus salútis hóstia,
Et morte devictâ leo.

Arcana te vatem docet
Regni sui mystéria,
Pandit cruóre Mártyrum
Ubíque spargendam fidem.

Da, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

¶ Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.

¶ *Post Ascension. Doxol.*
Qui victor in cœlum redis.
Si autem post Oct. Ascens.
Qui Patris ad dextram sedes,
Jesu, tibi sit glória, &c.
Et sic in aliis Horis.]

℣. Igne me examinásti, ℟. Et non est invénta in me iníquitas. *Ps.* 16.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Confitébor nómini tuo, Dómine; quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditióne; allelúia. *Eccli.* 51.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia nos úndique mala nostra perturbant; præsta, quæsumus, ut beáti Joannis Apóstoli tui & Evangelistæ con-

féssio gloriósa nos prótegat; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Audívi vocem.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Accépi librum.

Capitulum. Eccli. 51.

Liberasti me de perditióne, & eripuisti me de témpore iníquo: proptéreà confitébor, & benedícam nómini Dómini.

℟. *br.* Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ; * Allelúia, allelúia. ℣. In loco peregrinatiónis meæ.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Cantábiles. *Ps.* 118.

℣. In terra deserta appárui tibi; ℟. Ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam. *Ps.* 62.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Et dixit mihi.

Cpitulum. Is. 50.

Dóminus érigit mihi aurem, ut áudiam quasi magistrum. Dóminus Deus apéruit mihi aurem: ego autem non contradíco; retrorsùm non ábii.

℟. *br.* Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus; * Allelúia, allel. ℣. Quóniam loquétur pacem in plebem suam.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Aúdiam. *Ps.* 84.

℣. Deus, docuisti me, & usque nunc pronuntiábo mirabília tua, ℟. Et usque in senectam & sénium. *Ps.* 70.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Scribe.

Capitulum. Sap. 7.

Quæcumque sunt absconsa & improvísa didici: ómnium enim ártifex dócuit me sapiéntia; est enim in illa Spíritus intelligéntiæ sanctus.

℟. *br.* Introíbo in poténtias Dómini: * Allelúia, allelúia. ℣. Usque in altíssima quæ fecisti magnália.* Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Introíbo. *Ps.* 70.

℣. Ecce veritátem dilexisti, Dómine; ℟. Incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi. *Ps.* 50.

AD II. VESPERAS.

Antiph. 7. *toni*, A.

Surrexit Jesus; stetit in líttore; & non cognovérunt discípuli ejus, quia Jesus est; allelúia. *Joann.* 21.

Ant. 8. c. Dixit discí-

:1. *Appar. S. Michaelis Archangeli.*

quem dilig-
Petro : Domi-
el. *Joann.* 21.
. Sapiéntia fá-
ab his qui dí-
n ; allelúia.

Et nos cognó-
edídimus ca-
habet Deus
allelúia. *I.*

G. Sit vobíſ-
a & pax à
Chriſto Jeſu,
, in veritá-
ite ! allelúia.
3.
m. Apoc. 1.
quæ oportet
itò ſignificá-
per Angelum
ſuo Joanni,
ónium perhí-
Dei, & teſti-
Jeſu Chriſti
: vidit.
, Urbem, *ſu-*

en Dómini in-
Erípuit áni-
m de morte.

níſ. *Ant.* 5. C.
óvimus cari-
quóniam ille
am pro nobis
nos debémus
ibus ánimas
lel. *I. Joann.*

DIE VIII.

In Feſto

APPARITIONUM
S. MICHAELIS
Archangeli.

Duplex majus, ſed III. Claſſis.

AD I. VESPERAS.

Antiph. 7. *toni*, A.

Aſpiciébam donec throni pósiti ſunt ; & Antíquus diérum ſedit ; & veſtimentum ejus cándidum quaſi nix ; allelúia. *Dan.* 7.

Ant. 1. G. Flúvius ígneus rapidúſque egrediebátur à fácie ejus ; míllia míllium miniſtrábant ei ; allelúia. *Dan.* 7.

Ant. 5. a. Vidi thronum magnum & cándidum, & ſedentem ſuper eum, à cujus conſpectu fugit terra & cœlum ; allelúia. *Apoc.* 20.

Ant. 4. E. Audívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, & erat número eórum míllia míllium ; allelúia. *Apoc.* 5.

Ant. 6. E. Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtátem magnam ; & terra illumináta eſt à glória ejus ; allelúia. *Apoc.* 18.

Capitulum. Apoc. 14.

Vidi Angelum volantem per médium cœli, habentem Evangélium ætérnum, ut evangelizáret sedéntibus super terram, & super omnem gentem & tribum, & linguam & pópulum.

Hymnus.

Desero terras jacentes,
Alta viso sídera,
Me super repentè raptus,
Michaélis dum cano
Grande nomen, gloriámque
Nóminis recógito.

Voce qui creávit orbem
Increátus Artifex,
Audio nunc qui diébus
Voce noctes dívidit;
Lux adesto, fatur; & lux
E tenébris éxilit.

Luce sed quot Angelórum
Pródeunt exércitus!
Mole córporum solúti
Ociùs ventis volant,
Sole fulgent clarióres,
Non dii, sed Spíritus.

His superstat Conditóris
Altior cœlo thronus.
Quanta Majestas sedentis
Hâc corónâ célsiùs!
Quem tot ámbiunt ministri,
Tótque Regem príncipes?

Inter hos non fonè primus
Dignitáte Míchael,
Sed fide, sed caritáte
Primus, ac modéstiâ,
Príncipem locum superbo
Aúferet mox sátanæ.

Michaelem Trinitátis
Invocémus víndicem;
Michaéli Trinitátem
Angelis & ómnibus
Prædicémus imperantem,
Nunc & ultra sécula.
Amen.

℣. Quis consurget mihi adversùs malignantes? ℟. Quis stabit mecum adversùs operantes iniquitátem? *Ps.* 93.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Magnâ voce dicébat Angelus: Timéte Dóminum, & date illi honórem; adoráte eum qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquárum: allelúia. *Apoc.* 14.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD LAUDES.

Antiph. 8. *toni*, G.

Appáruit in cœlo múlier amicta sole, &

[redacted]

›édibus ejus, &
:jus coróna ſtel-
ódecim : alle-
›c. 12.
a. Et ecce Dra-
ıus ſtetit ante
, quæ erat pari-
.ùm peperiſſet,
us devoráret :
Apoc. 12.
. A. Et factum
ım magnum in
íchaël & Ange-
æliabantur cum
allel. *Apoc.* 12.
.. D. Et draco
.
cum. Iſ. 14.
lit Dóminus brá-
ın impiórum,
.em pópulos in
ióne, plagâ in-

ientem in furó-
›s, * perſequen-
.éliter.
ıiévit & ſíluit
:rra ; * gavíſa
xultávit.
ùs ſubter te con-
eſt in occurſum
; tui ; * detracta
ínferos ſupérbia

ıodò cecidiſti de
ıcifer, qui manè
; ; * corruiſti in
qui vulnerábas

.icébas in corde

tuo : * Conſcendam in cœlum ; ſuper aſtra Dei exaltábo sólium meum !

Aſcendam ſuper altitúdinem núbium, * símilis ero Altíſſimo !

Verúmtamen ad infernum detráheris, * in profundum laci.

Numquid iſte eſt qui conturbávit terram, * qui concuſſit gentes ?

Tu terram tuam diſperdidiſti ; * tu pópulum tuum occidiſti.

Glória Patri.

Ant. Et draco pugnábat & angeli ejus, & non valuérunt, neque locus inventus eſt eórum ámpliùs in cœlo ; allelúia. *Apoc.* 12.

Ant. 6. F. Péperit múlier fílium qui rectúrus erat omnes gentes, & raptus eſt fílius ejus ad Deum & ad thronum ejus : allelúia. *Apoc.* 12.

Capitulum. Jud. 1.

Cùm Míchaël Archangelus cum diábolo altercarétur, non eſt auſus judícium inferre blaſphémiæ ; ſed dixit : Imperet tibi Dóminus !

Hymnus.

Patris æterni coæva, Chriſte, proles ; glóriâ

Patris æterni potíre,
Et rebelles dæmonas
Mitte fulmináre; vana
Rumpet ausa Míchaël.

IMPII vix audit insons
Sátanæ convícia,
Quis Deo par regnat, inquit?
Quis Dei par Fílio?
Nempè quis tu? quæ tuórum
Tela contra fúlmina!

PLAUDIS aspectu benigno
Michaélis vócibus;
Angelos tunc obsequentes
Mílites dux cónvocat;
Armat illos gratitúdo,
Et præit victória.

QUÆ sacri belli perícla,
Quæ vices, quæ vúlnera
A bonis inflicta pravis,
Tu, Joannes, dícito;
Exulat mors indè; pejus
Morte peccátum furit.

ÆQUITAS tandem triumphat;
Et Deo qui mílitant,
Hóstibus pulsis, Hosanna
Voce lætâ cóncinunt.
Victa pars adacta frendet
Sub profunda Tártara.

NOS Deo Deíque Verbo,
Flaminíque súbditos
Dæmonum contra furórem,
Contuére, Míchaël;
Dexter & nobis adesto,
Tetra cùm mors írruet.
Amen.

℣. Levávi óculos meos in montes, ℟. Undè véniet auxílium mihi. *Ps.* 120.

Ad Benedict. *Ant.* 5. 2. Angelus stetit ante altáre, habens thuríbulum áureum; & data sunt ei incensa multa; & ascendit fumus incensórum de oratiónibus Sanctórum, de manu Angeli, coram Deo; allelúia. *Apoc.* 8.

Oratio.

Deus, qui beátum Michaélem Archángelum novi & antíqui pópuli tui príncipem ac defensórem constituisti; da, quæsumus, ut ipso nobis opitulante, contra glóriæ tuæ & nostræ salútis hostes, nunc & in hora mortis nostræ præváleámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. S. G. Appáruit.

AD

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Ecce draco magnus.

Capitulum. Dan. 7.

Béstia erat dissímilis valdè ab ómnibus, t terríbilis nimis. Dentes & ungues ejus férrei; omedébat & comminuébat, & réliqua pédibus suis conculcábat.

℟. *br.* Réspice, Dómine, de cœlo, & vísita íneam istam: * Allelúia, allelúia. ℟. Réspice. ℣. Pérfice eam quam lantávit déxtera tua. Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Réspice.

℣. Exterminávit eam per de sylvâ, ℟. Et singuláris ferus depástus est am. *Ps.* 74.

AD SEXTAM.

Ant. 7. A. Et factum st prælium.

Capitulum. Dan. 7.

Aspiciébam, & vidi quóniam interfecta sset béstia, & periísset orpus ejus, & tráditum sset ad comburendum gni.

℟. *br.* Ne tradas béstiis ánimas confiténtes ibi; * Allelúia, allelúia. ℟. Ne tradas. ℣. Réspice, Dómine, in testamentum tuum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Ne tradas.

℣. Memor esto improperiórum tuórum, ℟. Eórum, quæ ab insipiénte sunt totâ die. *Ps.* 73.

AD NONAM.

Ant. 8. F. Péperit múlier.

Capitulum. Dan. 7.

Fílius hóminis veniébat, & usque ad Antíquum diérum pervénit; & dedit illi potestátem & honórem & regnum; omnes gentes, & tribus, & linguæ ipsi sérvient.

℟. Fiat manus tua, Dómine, super Virum déxteræ tuæ; * Allelúia, allelúia. ℟. Fiat. ℣. Et super Fílium hóminis quem confirmásti tibi. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Fiat.

℣. Et non discédimus à te, vivificábis nos, ℟. Et nomen tuum invocábimus. *Ps.* 79.

AD II. VESPERAS.

Antiph. de Laudibus.

Capitulum. Abd. 1.

Supérbia cordis tui éxtulit te, qui dicis in corde tuo, Quis détrahet me in terram? si exaltátus fúeris ut áquila, & si inter sídera posúeris nidum tuum, indè détraham te, dicit Dóminus.

Hymnus, Patris ætérni. *ut in Laudibus.*

℣. Illúmina óculos meos, Dómine, ne unquam obdórmiam in morte; ℟. Ne quando dicat inimícus meus: Prævalui adversùs eum. *Ps.* 12.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Audívi vocem quasi tubæ magnæ, & sicut vocem tonitruórum magnórum dicéntium; Allelúia; quóniam regnávit Dóminus Deus noster omnípotens, allelúia. *Apoc.* 19.

Oratio, ut ad Laudes.

Commem. seq. Ant. Sápiens. ℣. Beátus, *p.* xxij. *Oratio*, Excita, *p.* xxiv.

Deindè S. Nicolai. Ant. Ipsum. ℣. Elégit, *pag.* xvij.

Orat. ut infrà ad Laud.

Die IX.

In Festo

SANCTI GREGORII

Nazianzeni,

Constantinopolitani

Episcopi & Ecclesiæ

Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Doctorum, p. xxj. *exceptis quæ sequuntur.* *Oratio*, Excita, *p.* xxiv.

Ad Laud. *Pro Comm. S. Nicolai. Ant.* Sacerdótes. ℣. Véritas, *p.* xix.

Oratio.

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorasti miráculis, tríbue, quæsumus, ut qui hódie Reliquiárum ejus translatiónem recólimus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur; Per Dóminum.

Ad Vesp. *A Capitulo de S. Francisco de Paula, ut in Communi Justorum*, pag. xxxvj. *Orat.* Deus, humílium. *inf. ad Laud.*

Commemor. S. Gregorii, Ant. Qui docti. ℣. Ignítum, *pag.* xxv. *Oratio*, Excita, *pag.* xxiv. *in Communi Doctoris.*

Die X.

In Festo

S. FRANCISCI

de Paula, Institutoris

Ordinis Minimorum.

Semiduplex.

Omnia de Communi Justorum, pag. xxxvj.

Oratio.

Deus, humílium celsitúdo, qui beátum Franciscum Sanctórum tuórum glóriâ sublimasti; tríbue, quæsumus, ut, ejus méritis & imitatióne, promissa humílibus præmia felíciter consequámur; Per.

Die XII.

SS. NEREI

ET SOCIORUM,

Martyrùm,

Commemoratio.

Pridiè Ad Vesp. *Ant.* Cùm

ultæ, p. xiij.
Oratio.
nos, Dómine,
um Mártyrum
érei, Achíllei,
, & Pancrátii,
uæsumus, beáta
s, & tuo dignos
séquio; Per.
XIII.
RDIANI
IMACHI,
rtyrum.
nemoratio.
VESP. Ant. Cùm
ultæ, p. xiij.
Oratio.
is, quæsumus,
ine, interce-
sanctis Marty-
Gordiáno &
, perpétuam
, spe & cari-
intiam; Per.
E XIV.
Ordinationis
I ELIGII,
ensis Episcopi.
iduplex.
de Communi
f. pag. xvj.
Oratio.
qui beátum
um Ecclésiæ
efficere digná-
s méritis & in-
, concéde, ut
Ordinatiónem
, óvium man-
n induentes,

ad ætérnum animárum nostrárum Epíscopum pervenire mereámur; Qui tecum vivit.

DIE XIX.

Adventus Reliquiarum SS. FIRMINI, Victorici, Fusciàni & aliorum,

In Ecclesiam S. Quintini.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Mart. pag. xij. *exceptis quæ sequuntur.*

Pridiè AD VESP. *Pro Comm. S. Yvonis, Presbyt. Ant.* Ab ortu. ℣. Israel, *pag.* xxvij. *Orat.* Deus, qui beátum, *ut infrà.*

Pro Commem. SS. Pudentianæ & Praxed. Virg.

Ant. Quæ elégerint quæ ego vòlui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo meâ locum; allelúia. *Is.* 56.

℣. Afferentur Regi Vírgines, ℟. In lætítiâ & exultatióne. *Ps.* 44.

Oratio, Præsta, *ut infrà.*

AD LAUDES, *Pro SS. Martyribus.*

Oratio.

Deus, qui glorióso Mártyris tui Quintíni Ecclésiam, sacris Sanctórum Firmíni, Victoríci, & aliórum Már-

tyrum & Confessórum Relíquiis hodiernâ die locupletasti; præsta, quæsumus, eórum méritis, ut pópulus tuus in eâ tibi sérviens, & à peccátis liberétur, & virtútibus ditescat; Per Dóminum.

Pro Comm. S. Yvonis. *Ant.* Euge. ℣. Voluntáriè, *pag.* xxviij.

Oratio.

Deus, qui beátum Yvónem Sacerdótem tuum, flagranti caritáte replevisti; ejus nobis intercessióne tribue, ut amóri tuo nihil præponámus; Per Dóminum.

Pro Commem. SS. Virginum. Ant. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen sempitérnum dabo eis: all. *Is.* 56. ℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Ps.* 96.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Dómine, méntibus nostris cum exultatióne proventum; ut sanctárum Pudentiánæ & Praxédis Vírginum, quarum festivitátem ánnuâ devotióne cólimus, fídei constántiam subsequámur; Per Dóminum.

Die XXIII.
SANCTI DESIDERII,
Lingonensis Episcopi
& Martyris,
Commemoratio.

Ut in Communi unius Martyris, pag. vj. *Oratio*, Fac nos, *pag.* ix.

Die XXV.
SANCTI URBANI,
Papæ & Martyris,
Commemoratio.

De Comm. unius Mart. pag. j. *Oratio*, Omnípotens, *pag.* x.

Die XXVIII.
SANCTI GERMANI,
Episcopi Parisiensis,
Commemoratio.

Ut in Communi Pontificum, p. xvij. *Orat.* Da, quæsumus, *pag.* xix.

FESTA JUNII.

Die II. In Festo
SS. POTHINI,
I. Lugdunensis Episcopi,
BLANDINÆ,
Virginis, & aliorum
XLV. Lugd. Mart.
Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, pag. xij. *exceptis quæ sequuntur.*

Ad Vesp. *Fit Commemoratio SS. Marcellini Presbyteri, & Petri Exorcistæ, Martyrum. Ant.* Beáti. ℣. Salus

atio, Con-
iv.
U D E S.
io.
in córdibus
m tuórum
Sociórum
æ dilectió-
i, ut mun-
lítiis, nec
incerentur;
mdem tuæ
lum, ut, te
ére cupien-
m amittere
ɔmnia mun-
& adversa
spiciámus;
n.
nemoratione
ni & Petri,
Ecce. ℣. E-
. xvj. *Orat.*
ag. xiv.
fit à Capi-
nti.
I I I.
:sto
I L D I S.,
ancorum,
duæ.
plex.
: *Communi*

SS. Mulierum, p. xlvij. *exceptis quæ sequuntur.*

Orat. Réspice, *infrà.*

AD VESP. *pro Commemoratione SS. Pothini & Sociorum. Ant.* Ecce. ℣. Exultent, *pag.* xvj. *Orat.* Deus, *ut suprà.*

AD LAUDES.

Oratio.

Réspice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benignus impérium; &, quibus per devótam sanctæ Clotildis instántiam donum fídei contulisti, iisdem, per ejus intercessiónem, tríbue sincérum Christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

DIE IV.

SANCTI LIPHARDI, Abbatis,

Commemoratio.

Pridiè AD VESP. *Ant.* Egrédere. ℣. Potens, *pag.* xxxj. *Oratio*, Da nobis, *p.* xxxiv.

AD LAUDES, *Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio*, Da nobis, *pag.* xxxiv.



DIE VI. JUNII.

IN FESTO SANCTI CLAUDII, VESUNTIONENSIS EPISCOPI.

DUPLEX II. CLASSIS, seu Annuale minus.

Omnia de Communi SS. Pontificum, pag. xvj. *exceptis quæ sequuntur.*

AD I. VESPERAS.

Psalmi de Feriâ, in toto Officio.

Capitulum. Eccli. 35.

Qui adórat Deum in obleĉtatióne, suscipiétur; & deprecátio illíus usque ad nubes propinquábit.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum quandò revertátur à núptiis: Allelúia, allelúia. ℣. Sápiens cor suum tradet ad vigilandum dilúculò ad Dóminum qui fecit illum. * Et vos. Glória. ℟. Sint lumbi. *Luc.* 12. *Eccli.* 39.

Hymnus.

FAS, suâ Christus nece quos sacrávit,
Et Deo fœtos aperíre libros,
Lex ubi latè data Christiáno
Scríbitur orbi.

HANC tuo firmas, Pater alme, legem
Primus exemplo: grave quidquid illa,
Quidquid austérum jubet, obsequendo
Fidus adimples.

SE tibi subdent dóciles Magistro,
Quotquot urgébit pietátis ardor:
Quàm tuis longè potióra dictis
Facta docébunt!

NON levi chartâ, sólido nec ære
Lex Dei per te patet exaráta:
In tuo pœnas sitiente scripta
Córpore vivit.

PRÆDICAT Christum tua solitúdo;
Prædicat vilis tuus ille victus;

:rtas, labor,
veſtis,
:e ſupellex.
:E, Paſtórum
ipſe Paſtor,
paſcis próprio
:,
ernæ ſúbeant
.
vitæ. Amen.
: dabit mihi
ıt columbæ ?
ɔo & requieſ-
4.
níſ. *Ant.* 1. J.
alas ſuas, &
:um, atque
húmeris ſuis;
olus dux ejus
úia. *Deut.* 32.
frà ad Laud.
A U D E S.
um. Iſ. 32.
ſicut qui abſ-
ur à vento, &
tempeſtáte:
quárum in ſi-
ra petræ pro-
ı terrâ deſertâ.
mnus.
ulit ſummos
as honóres,
quæ te ſtátuit
no,
virtus tími-
nodeſta
n imo.
AT, quandò
nte mitrâ
átam rutiláre
:m:

Tanta lux terret; gravióra terrent
Póndera rerum.

ANTE qui celſus Cáthedrâ ſedébat,
Se ſuis reddit fúgiens latébris;
Hic Deo totus, ſtrépitu vacábit,
Liber ab omni.

LYMPHA dat potum, cibus eſt legúmen,
Pro toro molli malè junctus aſſer,
Pro domo, quæ vix capit arcta corpus,
Cella placébit.

MULTA ſic terris, ſibi durus uni,
Paſſus, æternas, ubi ſancta puris
Díffluens rivis óritur voluptas,
Tranſit ad arces.

SUMMA laus Patri, ſimul æqua Nato,
Et tibi compar, utriuſque vinclum,
Spíritus, præſens viduáta mundo
Corda replére.
Amen.

℣. Elongávi fúgiens,
℞. Et manſi in ſolitúdine. *Pſ.* 54.

Ad Benedict. *Ant.* 7. A.
Ingreſſus domum ſuam, tribus tempóribus in die flectébat génua ſua, & adorábat, confitebatúrque coram Deo, ſicut

antè fácere consuéverat: allelúia. *Dan.* 6.

Oratio

Deus, qui beáto Cláudio Pontífici mirum solitúdinis amórem inspirasti; concéde, quæsumus, ut sive soli sive inter hómines, ità solum te quærámus, ut & inveníre mereámur; Per.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. Rom. 7.

Infélix ego homo! Quis me liberábit de córpore mortis hujus? Grátia Dei per Jesum Christum Dóminum nostrum.

Hymnus, Fas, suâ Christus, *ut in I. Vesp.*

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Dùm sumus in córpore, peregrinámur à Dómino; audémus autem, & bonam voluntátem habémus magis peregrinári à córpore, & præsentes esse ad Dóminum; ídeò conténdimus placére illi: allelúia. *II. Cor.* 10.

Oratio, ut suprà.

Pro Commemor. seq. Ant. Ipsum. ℣. Elégit, *pag.* xvij. *Oratio, ut infrà ad Laudes.*

DIE VII.

In Festo

SANCTI NORBERTI, Magdeburg. Episcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Pontif. pag. xvj.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, cleméntiam tuam, in festivitáte beáti Pontíficis Norberti, des nobis illam sequi doctrínam, quam & verbo dócuit, & ópere complévit; Per.

DIE VIII.

In Festo

SANCTI MEDARDI, Episcopi Noviomensis, & Diœcesis Patroni.

Duplex majus, seu III. Classis.

Omnia de Communi SS. Pontif. pag. xvj.

Oratio.

Deus, qui beátum Medardum Pontíficem mirificasti in terris, & in cœlis æternùm glorificas: quæsumus, ut ejus apud te júgiter intercéssio nos prótegat, quem nostrum, perpétuâ caritáte, Pastórem & Patrem esse confídimus; Per.

Pro commem. seq. Ant. Cùm vos. ℣. Multa, *pag.* xiij *Oratio, ut infrà ad Laudes.*

DIE IX.

SS. PRIMI AC FELICIANI, Martyrum,

Commemoratio.

AD LAUD. *Ant.* Beáti. ℣. Salus, *pag.* xiv.

o.
uæsumus,
sanctórum
ium, Pri-
mi mérita
a lectári,
igiis, pro
dona sen-
óminum.
X.
EMUNDI,
is,
in Commu-
n, p. xxxj.
, p. xxxiv.
X I.
to
RNABÆ,
postoli.
, seu III.
s.
ESPERAS
Isces. pro
arna.ar.
as Levítes,
agrum,
, & áttu-
nte pedes
ill. *Act.* 4.
ui intélli-
im & paú-
die mala
Dóminus.

ad Laud.
D E S.
. *toni* d.
árnabas,
u sancto,
rbumDei:
3.

Ant. 2. D. Dissemina-bátur verbum Dómini per univérsam regiónem: allelúia. *Act.* 13.

Ant. 8 c. Icónii demoráti sunt, Dómino testimónium perhibénte verbo grátiæ suæ, dante signa & prodígia fíeri per manus eórum: allelúia *Act.* 14

Ant. 4. E. Reversi sunt.

Canticum. Isaï. 49.

Ego dixi: In vácuum laborávi sine causa, * & vanè fortitúdinem meam consumpsi.

Ergo judícium meum cum Dómino, * & opus meum cum Deo meo.

Et nunc dicit Dóminus formans me ex útero servum sibi, * ut redúcam Jacob ad eum, & Israel non congregábitur.

Et glorificátus sum in óculis Dómini, * & Deus meus factus est fortitúdo mea.

Et dixi: Parùm est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, * & fæces Israel converténdas.

Ecce dedi te in lucem géntium, * ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

Ant. Reversi sunt Bárnabas & Paulus per civitátes, confirmantes

ánimas discipulórum, exhortantésque ut permanérent in fide: allelúia. *Act.* 14.

Ant. 6. F. Retulérunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset géntibus óstium fidei: allelúia. *Act.* 14.

Capitulum. Act. 15.

Cùm venissent Jerosólymam, suscepti sunt ab Ecclésia, & ab Apóstolis & Senióribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

Hymnus.

Pauli labórum párticeps,
Consors & in perículis,
Vos unus ambos spíritus,
Vos una junxit cáritas.

Quam vestra gens Christi fidem
Luci rebellis réppulit,
Nil hæsitantes éxteris
Portastis illam géntibus.

Fac, Christe, nostris se tuum
Cùm lumen offert méntibus,
Amóre ne noctis suæ
Cœleste donum réspuant.

Qui Patris ad dextram sedes,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Pósuit Deus in eis verba signórum suórum, ℟. Et prodigiórum in terra. *Ps.* 104.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Audiébant Bárnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodígia in géntibus per eos: allelúia. *Act.* 15.

Oratio.

Deus, qui beátum Bárnabam plenum fide & Spíritu sancto, ad opus vocatiónis & conversiónis géntium assúmere dignátus es; concéde propítius, ut, mémores óperis & caritátis ejus, dignè Evangélio Christi quod prædicávit, conversári mereámur; Per eumdem... in unitáte ejusdem.

Fit Commem. Feriæ VI. post Octavam Ascens.

Ant. Ego mittam vobis à Patre Spíritum veritátis: allel. *Joann.* 15.

℣. Dóminus in templo sancto suo; ℟. Dóminus in cœlo sedes ejus. *Ps.* 10.

Oratio.

Deus, qui nos Resurrectiónis Dómini & Ascensiónis ejus solémnia celebráre fecisti; da nobis fámulis tuis, ut adveniéntis sancti Spíritûs grátiam, puriticá-

ibus suscípere
·; Per eumdem.
táte ejusdem.
YORAS.
xologia.
is, &c. suprà.
RIMAM.
d. Saulus.
ERTIAM.
D. Dissemina-

m. Eccli. 48.
quasi ignis, &
n ipsíus quasi
lébat.
Elégit nobis
hæreditátem
Allelúia, allel.
it pópulos no-
ıtes. * All. all.
légit. Ps. 46.
conspectu gén-
Revelávit ju-
am. Ps. 97.
EXTAM.
. c. Icónii de-
ıt.
um. Act. 13.
concitavérunt
:s religiósas &
in Paulum &
, & ejecérunt
nibus suis; at
so púlvere pe-
:os, venérunt

Illìc mandávit
enedictiónem,
ỳ. Et vitam us-
ılum.* All. all.
ìc. Ps. 132.

℣. Euntes, ibant & flebant, ℟. Mittentes sémina sua. Ps. 125.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Retulérunt.

Capitulum. Galat. 2.

Subintroiérunt falsi fratres exploráre libertátem nostram quam habémus in Christo Jesu, ut nos in servitútem redígerent: quibus neque ad horam céssimus subjectióne, ut véritas Evangélii permáneat apud vos.

℟. *br.* Iníquè non égimus in testamento tuo, Dómine, * Allelúia, allelúia. ℣. Et non recessit retrò cor nostrum. * Allelúia, allel. Glória. Iníquè. Ps. 43.

℣. Dedisti nos tanquàm oves escárum; ℟. Et in géntibus dispersisti nos. Ps. 43.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 8. toni, G.

Plácuit Apóstolis & Senióribus, viros míttere Antiochíam cum Paulo & Bárnaba; allelúia. *Act.* 15.

Ant. 7. c. Paulus & Bárnabas demorabantur Antiochíæ, docentes & evangelizantes: allelúia. *Act.* 15.

Ant. 6. C. Dixit ad Bárnabam Paulus: Reverrentes visitémus fra-

tres quibus prædicávimus verbum Dómini: allelúia. *Act.* 15.

Ant. 3. a. Paulus & Bárnabas dixérunt: Quóniam repéllitis verbum Dei; ecce convértimur ad gentes: allel. *Act.* 13.

Ant. 2. D. Bárnabas, assumpto Marco, navigábat in Cyprum; Paulus verò, electo Silâ, perambulábat Syriam: allelúia. *Act.* 15.

Capitulum. Act. 14.

Cùm constituissent Bárnabas & Paulus per síngulas Ecclésias Presbyteros, & orassent cum jejunatiónibus, commendavérunt eos Dómino, in quem credidérunt.

Hymnus.

Cœlo datur quiéscere,
Terris relictis, Bárnaba:
Solemnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

Quem propter, agro véndito,
Opes cadúcas déseris,
Magno rependens fœnore,
En fundus ipse fit tuus.

Tu sacra per jejúnia,
Tu públicas inter preces,
Jubente sancto Spíritu,
Christi creáris Núntius.

Qui Patris ad dextram sedes,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre & almo Spíritu
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Nimìs honorificáti sunt amíci tui, Deus; ℟. Nimìs confortátus est principátus eórum. *Ps.* 138.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Bárnabas & Paulus tradidérunt ánimas suas pro nómine Dómini nostri Jesu Christi: allelúia. *Act.* 15.

Fit Commem. Feria VI. post Octavam Ascensionis. Ant. Hæc locútus sum vobis; ut, cùm vénerit hora eórum, reminiscámini quia ego dixi vobis; all. *Joa.* 16.

℣. Excelsus super omnes gentes Dóminus, ℟. Et super cœlos glória ejus. *Ps.* 112.

Oratio, ad Laudes.

Denique pro Commem. SS. Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, Mart. Ant. Cùm vos óderint. ℣. Multæ, *pag.* xiij. *Oratio*, Deus, cujus, *pag.* xiv.

DIE XII.

SS. BASILIDIS, CYRINI & Sociorum Martyrum, *Commemoratio.*

Orat. Deus, cujus, *p.* xiv.

OFFICIUM

[CIUM S. QUINTINI,
SIÆ & URBIS PATRONI,
R. HEBDOMADAM.

Semiduplex.

tra Adventum & Quadragesimam) in om- uartâ non impeditâ per Vigiliam quamcum- Diem intra Octavam, vel Festum Semi- suprà.

: Paschali, fiet Feriâ quartâ Hebdomadæ V. post Pascha, nisi occurrat Festum Semi- suprà. Addetur Allel. *ad Ant. &* ℟℟. *brev.*

'ESPERAS.
Feriâ; & sic in
ɔ.
ı. Dilectus Deo
ɔus, cujus me-
benedictióne
45.
ım. Eccli. 49.
ore quasi mel
.bitur ejus me-
ɔse est directus
n pœniténtiam
tulit abomina-
ɔietátis.
ymnus.
. Roma suum
sibi víndicet,
patríciis dicat
ɔribus;
n répetit, jurè
t suum
Gállia Márty-

cum júvenum
rat hùc manu;

Desertâ pátriâ; ceu tot
Apóstoli,
Cæcis in stygiâ nocte jacéntibus
Portant lúmina Gálliis.

Illis ludus erant propósitæ neces,
Audébant vel oves crédere se lupis;
Omnes unánimâ terríbiles fide
Christo sub duce mílitant.

Urbes per médias, sævit ubi furor,
Ardent ire; novos ipsa perícula
Ollis dant ánimos; quis téneat duces
Vitam fúndere pródigos?

Quintinus sócios fervidus émicat

Inter : Christíferi dux erat ágminis ;
Vertunt, ædíficant, & bona sémina
Spargunt, & simul írrigant.
Quot mandáta novis sémina méntibus
Fructus illa ferent ! témpore débito
Surget læta seges, cùm pluet úndiquè
Cæsis Martyribus cruor.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Ambórum tibi par laus quoquè, Spíritus,
Præsens Martyribus, qui velut ébriis
Christi sánguine das mori. Amen.

℣. Manda, Deus, virtúti tuæ ; ℟. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. *Ps.* 67.

Ad Magníf. *Ant.* 7. b. Hæc dicit Dóminus : Prótegam urbem hanc, & salvábo eam propter me, & propter servum meum. *IV. Reg.* 19.

Oratio, ad Laudes.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. g. Dilectus.

Cánticum. Eccli. 51.

Confitébor tibi, Dómine rex, * & collaudábo te Deum salvatórem meum.

Confitébor nómini tuo, * quóniam adjútor & protector factus es mihi ;

Et liberasti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium ; * & in conspectu astántium factus es mihi adjútor ;

Et liberasti me secundùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui * à rugiéntibus præparátis ad escam :

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me.

Ant. Dilectus Dómino Deo suo, in fide suâ probátus est, & cógnitus est in verbis suis fidélis. *Eccli.* 46.

Capitulum. Judith. 8.

Et vos, fratres, quóniam estis Presbyteri in pópulo Dei, & ex vobis pendet ánima eórum ; ad elóquium vestrum corda eórum erígite : ut mémores sint quómodò pater noster tentátus est, & per multas tribulatiónes probátus, amícus Dei effectus est.

Hymnus.

HUC vos, Christíadæ,
Rellígio vocat,
Hùc accepta vocant múnera; júgitèr
Hìc vestræ fídei Martyr & hóstia
Christum vel nece prædicat.

VESTROS ille patres dedócuit Jovem,
Et commenta deûm túrpia plúrium;
Uniúsque dedit nóscere glóriam,
Leges, dónaque Núminis.

QUANTIS nostra tibi, Sancte, labóribus
Ærumnísque salus cónstitit! ávias,
Quot morsus, ut oves eríperes lupo,
Pastor passus es óptimus!

O NOS degéneres, sánguine si tuo
Sparsam sponte sequi nunc pigeat viam!
O nos imménores, ni méritis parem
Reddámus tibi grátiam!

ET vos, rapta neci pígnora; tu, Caput,
Vel toto mélius córpore Cæsarum,
Tu, vel sole, Manus, fervídior, sacros
Ignes súggere méntibus.

PATRI máxima laus, máxima Filio,
Ambórum, tibi par laus quoquè, Spíritus,
Plusquàm thuris odor, quem pietas juvat,
Morti cédere néscia.
Amen.

℣. Dicant semper, Magnificétur Dóminus, ℟. Qui díligunt salutáre tuum. *Ps.* 39.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Benedictus Dóminus Deus Israel, qui misit te; & benedictum elóquium tuum! *II. Reg.* 15.

Oratio.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut beatíssimi Quintíni Mártyris tui veneranda commemorátio perpétuam pópulo tuo cónferat salútem & pacem, & quem sæpiùs venerámur in terris, semper intercessórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Ego ille quondam opulentus, repentè contrítus sum; collégit furórem suum in me, & infrémuit contra me hostis meus. *Job.* 16.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Circúmdedit me lánceis suis; convulnerávit lumbos meos;

effúdit in terrâ víscera mea. *Job.* 16.

Capitulum. 2. Tim. 2.

Labóra ficut bonus miles Christi Jesu; nam & qui certat in agóne, non coronátur, nisi legítimè certáverit.

℟. *br.* In Deo salutáre meum, * Et glória mea. ℣. Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est. * Et. Glória. ℟. In Deo. *Ps.* 61.

℣. Deus meus adjútor meus, ℟. Et sperábo in eum. *Ps.* 17.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Concídit me vúlnere super vulnus; satiáti sunt pœnis meis: membra mea quasi ad níhilum redacta sunt. *Job.* 16.

Capitulum. 2. Tim. 1.

Pátior, sed non confundor; scio enim cui crédidi, & certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem.

℟. *br.* Si consistant adversùm me castra, * Non timébit cor meum. ℣. Si exurgat adversùm me prælium, in hoc ego sperábo * Non. Glória. ℟. Si.

℣. Dóminus illuminátio mea & salus mea; ℟. Quem timébo? *Ps.* 26.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Malum vertit Deus in bonum, ut exaltáret me, sicut cérnitis; & salvos fáceret multos pópulos. *Gen.* 50.

Capitulum. Tob. 3.

Post tempestátem tranquillum facis, Dómine, & post lacrymatiónem & fletum exultatiónem infúndis. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedíctum in sécula!

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Suscéptor meus. ℣. Et refúgium meum in die tribulatiónis. * Suscéptor meus. Glória. ℟. Factus es.

℣. Tu, Dómine, adjuvísti me, ℟. Et consolátus es me. *Ps.* 85.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. F. Hic est fratrum amátor, & pópuli Israel: hic est qui multùm orat pro pópulo & universâ sanctâ civitáte. *II. Mach.* 15.

Capitulum. II. Pet. 3.

Vos, fratres, præsciéntes custodíte, ne insipiéntium erróre tradúcti, excidátis à própriâ firmitáte; créscite verò in grátiâ & cognitióne Dómini nostri Jesu Christi.

Hymnus, Huc vos,

Christíadæ, *ut in Laudibus.*

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino, ℟. Et misericórdiam à Deo salutári suo. *Ps.* 23.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Ei qui potens est conservâre vos sinè peccáto, & constitúere vos ante conspectum glóriæ suæ immaculátos, soli Deo salvatóri nostro magnificéntia, impérium & potestas! *Finis Ep. S. Judæ.*

Orat. ut suprà ad Laud.

SUFFRAGIA SEU INVOCATIONES

SS. QUINTINI, VICTORICI ET CASSIANI.

Post Invocationem Beatæ Mariæ Virginis ut suprà, pag. 180 & 188.

DE S. QUINTINO.

AD LAUDES.

Ant. Ne cesses clamáre pro nobis ad Dóminum Deum nostrum, ut salvet nos. *I. Reg.* 7.

℣. Lætábimur in salutári tuo, ℟. Et in nómine Dei nostri magnificábimur. *Ps.* 19.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus; & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Quintíni Mártyris tui intercéssio gloriósa nos prótegat; Per.

AD VESPERAS.

Ant. Homo Dei, noli despícere ánimas nostras; sed óbsecro ut misereáris. *IV. Reg.* 1.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, ℟. Et bénedic hæreditáti tuæ. *Ps.* 27.

Oratio.

Lætétur Ecclésia tua, Deus, beáti Quintíni Mártyris tui confísa suffrágiis; atque ejus précibus paternis, & devóta tibi permáneat, & secúra in te consistat; Per Christum.

AD STATIONES.

Ant. Egrégie Martyr Quintíne, súscipe preces nostras; precâre Dóminum pro necessitátibus famulórum, quos nímiùm cómprimunt víncula delictórum.

℣. Ora pro nobis, beáte Martyr Quintíne; ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio, Infirmitátem, *ut suprà.*

DE SS. VICTORICO, CASSIANO ET OMNIBUS SANCTIS.

AD LAUDES.

Ant. Invocavérunt Dóminum misericordem, & expandentes manus suas, extulérunt in cœlum; & sanctus Dóminus Deus audívit citò vocem ipsórum. *Eccli.* 48.

℣. Clamavérunt justi, ℟. Et Dóminus exaudívit eos. *Ps.* 33.

Oratio.

Adesto, Dómine, supplicatiónibus nostris, & quibus fidúciam sperandæ salútis indulges, intercedéntibus beátis Victoríco, Cassiáno & ómnibus Sanctis tuis, consuétæ misericórdiæ tríbue benignus efféctum; Per Christum.

AD VESPERAS.

Ant. Hi sunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in Templo ejus; & qui sedet in Throno, habitábit super illos. *Apoc.* 7.

℣. In æternum exultábunt, & habitábis in eis, ℟. Et gloriabuntur in te, Dómine. *Ps.* 5.

Oratio.

Majestátem tuam, Dómine, súpplices exorámus, ut sicut nos júgiter beatórum Victoríci, Cassiáni & ómnium Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas, ità semper supplicatióne defendas; Per Christum.

Posteà, pro Pace, Ant. ℣. *& Orat.* p. 181. *ad Laud. & ad Vesp.* p. 189.

HYMNUS ET PROSA *PRO TEMPORE QUADRAGESIMÆ.*

IN SABB. ET DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

Qui, Christe, lux es & dies,
Æterna cœli glória,
Fili Tonantis única,
Et una spes mortálium;

Te deprecámur súpplices,
Defende nos ab hóstibus;
Tuis sub alis, in tuo
Da nos sinu quiéscere.

Ne somnus írruat gravis,
Nos, heu! leo ne dévoret,
Prævertat illum sóbria,

t perstet, caro.
T sopóri lúmina,
ad te cor vigil!
amícos & tibi
tra prótegat tua!
, summe custos,
pice:
atûm mórsibus
mientes líbera,
quos mercátus es.
TRI memento,
esumus;
vátis córpore
desto júgiter,
Redemptor ópti-
.
Patri sit glória,
soli Fílio;
ibi, per sécula.
triusque Spíritus.
Amen.
NCTUS
LIÆ VIRGINIS.
uâque Feriâ vj.
dragesimam, ipso-
bato Sancto, cani-
ac Ecclesiâ, post
torium
AT mater doloró-
,
ucem lacrymósa,
endébat fílius.
animam gemen-
a,
o cohærentem,
sívit gládius.
àm tristis & affli-
a
a benedícta
Unigéniti!

Quæ mœrébat, & dolébat,
Et tremébat, cùm vidébat
Nati pœnas ínclyti.
QUIS est homo qui non fleret,
Christi matrem si vidéret
In tanto supplício?
Quis posset non contristári,
Piam matrem contemplári
Dolentem cum fílio?
PRO peccátis suæ gentis,
Vidit Jesum in tormentis,
Et flagellis súbditum.
Vidit suum dulcem natum
Morientem, desolátum,
Dum emísit spíritum.
EIA mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.
Fac ut árdeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut illi compláceam.
SANCTA mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo válidè.
Tui nati vulneráti,
Et dignáti pro me pati,
Pœnas mecum dívide.
FAC me verè tecum flere,
Crucifixo condolére,
Donec ego víxero:

Juxta crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociáre
In planctu desídero.
Virgo vírginum præclára,
Mihi jam non ſis amára;
Fac me tecum plángere.
Fac ut portem Chriſti mortem,
Paſſiónis ejus ſortem
Et plagas recólere.
Fac me plagis vulnerári,
Cruce hâc inebriári
Ob amórem fílii.
Inflammátus & accenſus
Per te, Virgo, ſim defenſus
In die judícii.
Fac me cruce cuſtodíri,
Morte Chriſti præmuníri,
Confovéri grátiâ.
Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimæ donétur
Paradíſi glória. Amen.

℣. Tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ℟. Ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes.

Oratio.

Intervéniat pro nobis, quæſumus, Dómine, apud tuam cleméntiam, nunc, & in hora mortis noſtræ, beáta Virgo María, mater tua, cujus ánimam, in hora paſſiónis tuæ, dolóris gládius pertransívit; Qui vivis.

LITANIÆ OMNIUM SANCTORUM.

Kyrie, eléiſon.
Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte.
Omnes ſancti beatórum Spiríituum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Jóachim, ora.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb.*) ora pro nobis.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelistæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocentes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Line, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Xyste, ora.
Sancte Cornéli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Quintíne, ora.
Repetitur,
Sancte Quintíne, ora.
Sancte Victoríce, ora.
Sancte Fusciáne, ora.
Sancte Luciáne, ora.
Sancte Gentiáne, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Dionysi, cum sóciis tuis, ora.
Sancte Nicási, cum sóciis tuis, ora.
Sancte Mauríci, cum sóciis tuis, ora.
Sancte Firmíne, ora.
Sancte Prajecte, ora.
Sancti Fabiáne & Sebastiáne, oráte.
Sancti Joannes & Paule, oráte.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte.
Sancti Gervási & Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Básili, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Chrysóstome, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Cassiáne, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Gilberte, ora.
Sancte Remígi, ora.
Sacte Medarde, ora.
Sancte Achari, ora.
Sancte Elígi, ora.
Sancte Mommoléne, ora.
Sancte Gaugeríce, ora.
Sancte Vedaste, ora.

Sancte Cárole Bertomæe, ora pro nobis.
Sancte Francisce Saléfi, ora pro nobis.
Omnes sancti Pontífices, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Humberte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Furfæe, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte Bruno, ora.
Sancte Vincenti à Paulo, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Henríce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Vanenge, ora.
Sancte Mómbole, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes sancti Justi, oráte pro nobis.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sanctæ Felícitas & Perpétua, oráte.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Benedicta, ora.
Sancta Peciuna, ora.
Sancta Hunegundis, ora.
Sancta Genovéfa, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta Radegundis, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta Elísabeth, ora.
Sancta María Ægyptia, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines, Víduæ & Pœnitentes, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto; parce nobis, Dómine.
Propítius esto; exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab insídiis diáboli, líb.
A damnatióne perpétua, líbera nos, Dómine.
A subitánea & improvísa morte, líbera.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos, Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
Ab omni immundítia mentis & córporis, líb.
Ab ira & ódio, & omni mala voluntáte, líb.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem & Circumcisiónem tuam, líbera.

Per Baptismum & sanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Passiónem & Crucem tuam, líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per adventum Spíritûs sancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Ut nobis parcas, te.
Ut nobis indúlgeas, te.
Ut remissiónem peccatórum nostrórum nobis dones, te rogámus.
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus.
Ut pacem & sanitátem nobis dones, te rog.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, te rog.
Ut Domnum Apostólicum & omnes gradus Ecclesiásticos in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus.
Ut Pontíficem nostrum cum omni congregatióne sibi commissâ conserváre dignéris, te.
Ut Regem nostrum in salútem pópuli conserváre dignéris, te rog.
Ut cunctum pópulum Christiánum tuo pretióso sánguine redemptum régere & conserváre dignéris, te rog.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.
Ut Régibus & Princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te.
Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, te rog.
Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, te rogámus.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempiterna bona retríbuas, te.
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te.
Ut fructus terræ dare & conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.
Fili Dei, te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis

peccáta mundi, exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater *usque ad* Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

Reliqua. *Preces*, *ut* pag. lxxxix, xc, xcj.

Quando pro Ecclesia aut pro Urbe oratur, dicendæ sunt Preces sequentes.

Orationes.

Deus, qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicantis propítius réspice: & flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, averte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus, emitte super nos fámulos tuos, & super cunctam Congregatiónem nostram, spíritum grátiæ salutáris; & ut in veritáte tibi complaceámus, perpétuum nobis rorem tuæ benedictiónis infunde.

Misericors & miserátor, Dómine, ædificátor & custos Civitátis supernæ Jerúsalem; diu noctúque custódi civitátem istam, & locum istum cum ómnibus íncolis ejus, ut per intercessiónem & mérita Beátæ Maríæ semper Vírginis, & beatórum Quintíni, Victoríci, Cassiáni, & ómnium Sanctórum, sit eis domicílium incolumitátis & pacis.

Hóstium nostrórum, visibílium & invisibílium, Dómine Deus noster, elíde supérbiam; eorúmque contumáciam déxteræ tuæ virtúte prosterne, & cúltui tuo súbjice.

Ure igne sancti Spíritûs renes nostros & cor nostrum, Dómine; ut, tibi casto córpore serviámus, & mundo corde placeámus; Per Dóminum nostrum... in unitáte ejusdem Spíritûs sancti...

Exaúdiat nos omnípotens & miséricors Dóminus!

℟. Amen.

Et fidélium Defunctórum ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace!

℟. Amen.

COMMUNE

ORATIONES ANTE MISSAM.

ORATIO S. AMBROSII,

PER HEBDOMADAM DISTRIBUTA.

DIE DOMINICA.

Summe Sacerdos, & vere Póntifex, Jesu Christe, qui te obtulísti Deo Patri hóstiam puram & immaculátam in ara crucis pro nobis míseris & peccatóribus, & qui dedísti nobis carnem tuam ad manducandum, & sánguinem tuum ad bibendum, & posuísti mystérium istud in virtúte Spíritûs sancti tui, dicens: *Hæc quotiescumque fecéritis, in mei memoriam facietis:* rogo per eúmdem sánguinem tuum, magnum salútis nostræ prétium: rogo per hanc miram & ineffábilem caritátem, quâ nos míseros & indignos sic amáre dignátus es, ut laváres nos à peccátis nostris in sánguine tuo: doce me servum tuum indígnum, (quem inter cétera dona tua étiam ad offícium sacerdotále vocáre dignátus es nullis meis méritis, sed solâ dignatióne misericórdiæ tuæ,) doce me, quæso, per Spíritum sanctum tuum, tantum tractáre mystérium eâ reveréntiâ & honóre, eâ devotióne & timóre, quibus oportet & decet. Fac me per grátiam tuam semper illud de tanto mystério crédere & intellígere, sentíre & fírmiter tenére, dícere & cogitáre, quod tibi placet, & éxpedit ánimæ meæ. Intret Spíritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strépitu verbórum loquátur omnem veritátem. Profunda quippè sunt nimis, & sacro tecta velámine. Propter magnam cleméntiam tuam, concéde mihi Missárum solémnia mundo corde, &

purâ mente celebráre. Líbera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & nóxiis cogitatiónibus. Muni me beatórum Angelórum piâ & fidâ custódiâ, ac tutélâ fortíssimâ : ut hostes ómnium bonórum confúsi discédant. Per virtútem tanti mystérii, & per manum sancti Angeli tui, repelle à me, & à cunctis servis tuis, durissimum spíritum supérbiæ & cenodóxiæ, (*vanæ glóriæ*) invídiæ & blasphémiæ, fornicatiónis & immundítiæ, dubietátis & diffidéntiæ. Confundantur qui nos persequuntur; péreant illi qui nos pérdere festínant.

FERIA II.

Rex vírginum, & amátor castitátis & integritátis, cœlesti rore benedictiónis tuæ extingue in córpore meo fómitem ardentis libídinis, ut máneat in me tenor castitátis córporis & ánimæ. Mortífica in membris meis carnis stímulos, omnésque libidinósas commotiónes : & da mihi veram & perpétuam castitátem cum céteris donis tuis, quæ tibi placent in veritáte; ut sacrifícium laudis casto córpore & mundo corde váleam tibi offerre. Quantâ enim cordis contritióne, & lacrymárum fonte, quantâ reveréntiâ & tremóre, quantâ córporis castitáte, & ánimæ puritáte, istud divínum & cœleste sacrifícium est celebrandum, ubi caro tua in veritáte súmitur, ubi sanguis tuus in veritáte bíbitur, ubi ima summis, terréna divínis junguntur, ubi adest sanctórum Angelórum præséntia, ubi tu es sacrifícium & Sacerdos mirabíliter & ineffabíliter constitútus!

FERIA III.

Quis dignè hoc celebráre póterit, nisi tu Deus omnípotens, offerentem féceris dignum? Scio, Dómine, & verè scio, & idipsum pietáti tuæ confíteor, quia non sum dignus accédere ad tantum mystérium, propter nímia peccáta mea, & infinítas negligéntias meas. Sed scio, & veráciter ex toto corde meo credo, & ore confíteor, quia tu potes me fácere

dignum, qui solus potes fácere mundum de immundo conceptum sémine, & de peccatóribus justos & sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam te rogo, Deus meus, ut concédas mihi peccatóri hoc sacrifícium celebráre cum timóre & tremóre, cum cordis puritáte, & lacrymárum fonte, cum lætítiâ spirituáli, & cœlesti gáudio. Séntiat mens mea dulcédinem beatíssimæ præséntiæ tuæ, & excúbias sanctórum Angelórum tuórum in circúitu meo.

FERIA IV.

Ego enim, Dómine, memor venerandæ Passiónis tuæ, accédo ad altáre tuum, licèt peccátor, ut ófferam tibi sacrifícium quod tu instituísti, & offerri præcepísti in commemoratiónem tuî, pro salúte nostrâ. Súscipe illud, quæso, summe Deus, pro Ecclésia sancta tua, & pro pópulo quem acquisísti sánguine tuo. Et quóniam me peccatórem inter te & eúmdem pópulum tuum médium esse voluísti, licèt in me áliquod boni óperis testimónium non agnoscas, officium saltèm dispensatiónis créditæ non recúses: nec, per me indignum, eórum salútis péreat prétium, pro quibus víctima salutáris dignátus es esse redémptio. Prófero étiam, Dómine, (si dignéris propítius intuéri,) tribulatiónes plébium, perícula populórum, captivórum gémitus, misérias orphanórum, necessitátes peregrinórum, inópiam debílium, desperatiónes languéntium, defectus senum, suspíria júvenum, vota vírginum, lamenta viduárum.

FERIA V.

Tu enim miseréris ómnium, Dómine; & nihil odísti eórum quæ fecísti. Memoráre quæ sit nostra substántia, quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es: ne irascáris satìs, neque multitúdinem víscerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificatiónibus nostris prosternimus preces ante fáciem tuam, sed in miseratiónibus tuis multis. Aufer à nobis, Dómine, iniquitátes nostras, &

ignem sancti Spíritûs in nobis clementer accende. Aufer cor lapídeum de carne nostra, & da nobis cor cárneum, quod te amet, te díligat, te delectétur, te sequátur, te perfruátur. Orámus, Dómine, cleméntiam tuam, ut seréno vultu famíliam tuam, sacri tui nóminis offícia præstolantem, aspícere dignéris: & ut nullíus sit írritum votum, nullíus vácua postulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse propítius audíre & exaudíre delectéris.

FERIA VI.

Rogámus étiam te, Dómine sancte Pater, & pro spirítibus Fidélium defunctórum, ut sit illis salus, sánitas, gáudium & refrigérium, hoc magnum pietátis Sacramentum. Dómine Deus meus, sit illis hódiè magnum & plenum convívium de te pane vivo, qui de cœlo descendisti, & das vitam mundo, de tuâ carne sanctâ & benedictâ (Agni vidélicèt immaculáti, qui tollis peccáta mundi) quæ de sancto & glorióso beátæ Vírginis Maríæ útero est assumpta, & de Spíritu sancto concepta; ac de illo pietátis fonte, qui per lánceam mílitis ex tuo sacratíssimo látere emanávit: ut exindè refecti & satiáti, refrigeráti & consoláti, exultent in laude & glóriâ tuâ. Peto cleméntiam tuam, Dómine, ut descendat super panem & cálicem tibi sacrificandum, plenitúdo tuæ benedictiónis, & sanctificátio tuæ divinitátis. Descendat étiam, Dómine, illa sancti Spíritûs tui invisíbilis incomprehensibilísque majestas, sicut quondàm in patrum hóstias descendébat: qui & oblatiónes nostras corpus & sánguinem tuum efficiat: & me indignum sacerdótem dóceat tantum tractáre mystérium cum cordis puritáte, & lacrymárum devotióne, cum reveréntiâ & tremóre, ità ut plácidè ac benignè suscípias sacrifícium de mánibus meis ad salútem ómnium, tàm vivórum, quàm defunctórum.

SABBATO.


Rogo étiam te, Dómine, per ipsum sacrosanctum mystérium

córporis & sánguinis tui, quo quotídiè in Ecclésiâ tuâ páscimur & potámur, ablúimur & sanctificámur, atque uníus summæ divinitátis partícipes efficimur, da mihi virtútes tuas sanctas, quibus replétus, bonâ consciéntiâ ad altáre tuum accédam; ita ut hæc cœléstia Sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Panis dulcíssime, sana palátum cordis mei, ut séntiam suavitátem amóris tui. Sana illud ab omni languóre, ut nullam præter te séntiam dulcédinem. Panis candidíssime, habens omne delectamentum, & omnem sapórem, qui nos semper réficis, & nunquàm in te déficis: cómedat te cor meum, & dulcédine sapóris tui repleantur víscera ánimæ meæ. Mandúcat te Angelus ore pleno: mandúcet te peregrínus homo pro módulo suo, ne defícere possit in viâ, tali recreátus viático. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de cœlo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spíritûs. Intra in ánimam meam: sana & munda me intériùs & extériùs. Esto tutámen & contínua salus ánimæ & córporis mei. Repelle à me insidiantes mihi hostes; recédant procul à præséntia poténtiæ tuæ, ut foris & intùs per te munítus, recto trámite ad tuum regnum pervéniam: ubi non in mystériis, sicut in hoc témpore ágitur, sed fácie ad fáciem te vidébimus, cùm tradíderis regnum Deo & Patri, & erit Deus ómnia in ómnibus. Tunc enim me de te satiábis satietáte mirificâ, ità ut nec esúriam, nec sítiam in ætérnum: Qui cum eódem Deo Patre, & Spíritu sancto, vivis & regnas per ómnia sécula sæculórum. Amen.

ORATIO S. THOMÆ AQUINATIS.

Omnípotens sempitérne Deus, ecce accédo ad Sacraméntum unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi: accédo, tamquàm infirmus ad médicum vitæ, immundus ad fontem misericórdiæ, cæcus ad lumen claritátis ætérnæ, pauper & egénus ad Dóminum cœli & terræ. Rogo ergò immensæ largitátis tuæ abundántiam, quátenùs meam curáre dignéris infirmitátem, laváre fœditátem, illumináre cæcitátem, ditáre paupertátem, vestíre nuditátem: ut panem Angelórum, Regem regum, Dóminum dominántium, tantâ suscípiam reveréntiâ & humilitáte, tantâ contritióne & devotióne, tantâ puritáte & fide, tali propósito & intentióne, sicut éxpedit salúti ánimæ meæ. Da mihi, quæso, Domínici córporis & sánguinis non solùm suscípere Sacraméntum, sed étiam rem & virtútem Sacraménti. O mitíssime Deus, da mihi corpus unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de vírgine Maríâ, sic suscípere, ut córpori suo mystico mérear incorporári, & inter ejus membra connumerári. O amantíssime Pater, concéde mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velátum in viâ suscípere propóno, reveláta tandem fácie perpétuò contemplári: Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.





COMMUNE SANCTORUM.

COMMUNE APOSTOLORUM.

IN PRIMIS VESPERIS.
[*In quolibet Communi, ad Vesp. Pss. semper de Fer.*
Antiphona, 1. G.
Vos Sacerdótes Dómini vocabímini, ministri Dei nostri: fortitúdinem géntium comedétis. *Is.* 61.
Ant. 6. F. Vocabuntur fortes justítiæ, plantátio Dómini ad glorificandum. *Is.* 61.
Ant. 8. g. Ædificábunt desérta à século, & ruínas antíquas érigent, & instaurábunt civitátes dissipátas. *Is.* 61.
Ant. 2. D. Pópulos vocábunt ad montem: ibi immolábunt víctimas justítiæ. *Deut.* 33.
Ant. 7. d. Omnes qui víderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dóminus. *Is.* 61.
Hiemalis. a *

Capitulum. Is. 66.
Hæc dicit Dóminus: Annuntiábunt glóriam meam géntibus, & addúcent omnes fratres vestros de cunctis géntibus donum Dómino.
In Duplicibus II. Classis & suprà, ℞. Pósuit Dóminus óculum suum super corda illórum, osténdere illis magnália óperum suórum; * Ut nomen sanctificatiónis collaudent, & magnália enarrent óperum ejus. ℣. Fecit ut essent duódecim cùm illo, & ut mítteret eos prædicáre: * Ut nomen. Glória. * Ut nomen. *Eccli.* 17. *Marc.* 3.
[*In Duplic. I. Class. & suprà, post* ℣. Glória Patri. *resumitur, non reclamatio, sed* ℞. *usque ad* ℣.
Et sic pro alio quolibet Communi].

Hymnus.

Cœlestis aulæ Prín-
cipes,
Sacri duces exércitûs,
Bissêna mundi lúmina,
Olim futúri júdices :
Mersis gravi calígine
Per vos dies renáscitur :
Quos vanus error lúse-
rat,
Illustrat ipsa Véritas.
Non vi, nec armis mí-
litum,
Fandi nec ullis ártibus,
Verbo sed irrísæ Crucis
Christo rebelles súbditis.
Quibus gemébat súb-
ditus,
Rumpuntur orbis vín-
cula :
Jam gaudet excusso jugo,
Liber Dei sub légibus.
Vulgata terris óm-
nibus
Per vos Dei mystéria ;
Sic vestra terris ómnibus
Præclára facta pérsonant.
Uni sit et trino Deo
Supréma laus, summum
decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiábitur Dó-
mino generátio ventúra ;
℟. Et annuntiábunt cœli
justítiam ejus pópulo qui
nascétur. *Ps.* 21.

[*Duplicatur Ant. sequens in Festis Duplicib. II. Class. & suprà. Et sic in quolibet Communi*].

Ad Magnif. Ant. 5.a. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid fáciat dóminus ejus; vos autem dixi amícos, quia ómnia quæcumque audívi à Patre meo, nota feci vobis. *Joann.* 15.

Oratio propria est.

Ad Completorium, *semper dicuntur Psalmi Feriales.*

[*In Annualibus, Ant.* 3.c. Vos estis lux mundi: lúceat lux vestra coram homínibus. *Matth.* 5.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Vox speculatórum Sion : parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium. *Is.* 52. *Et sic in die*].

AD LAUDES.

[*In Duplicib. I. Class. & suprà, ad Laud. Ps. de Dominica, cum Cantico de Communi, nisi proprium assignetur. Pariter ad ceteras Horas diei Ps. de Dominica, nisi proprii assignentur ad Vesperas.*

In Duplicib. II. Class. & infrà, ad Laud. Ps. de Feria cum Cantico de Communi vel Cantico proprio. Pariter ad ceteras

Horas diei Pss. de Feria, nisi aliter notetur. Et sic in omni alio Communi.

Antiphona, 6. F.

Jesus locútus est úndecim Discípulis dicens: Data est mihi omnis potéstas in cœlo & in terra; eúntes ergo docéte omnes gentes. *Matth. 28.*

Ant. 8. e. Prædicáte Evangélium omni creatúræ; baptizántes eos, docéntes serváre ómnia quæcúmque mandávi vobis. *Marc. 16. Matth. 28.*

Ant. 8. g. Quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis; & quorum retinuéritis, reténta sunt. *Joann. 20.*

Ant. 1. G. Accipiétis.

Canticum. Is. 52.

Quam pulchri super montes pedes annuntiántis * & prædicántis pacem;

Annuntiántis bonum, prædicántis salútem, * dicéntis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox speculatórum tuórum: * levavérunt vocem, simul laudábunt.

Quia óculo ad óculum vidébunt, * cum convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte simul, desérta Jerúsalem; * quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem.

Parávit Dóminus bráchium sanctum suum * in óculis ómnium géntium;

Et vidébunt omnes fines terræ * salutáre Dei nostri.

Ant. 7. Accipiétis virtútem superveniéntis Spíritûs sancti in vos, & éritis mihi testes usque ad últimum terræ. *Act. 1.*

Ant. 5. a. Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus usque ad consummatiónem sæculi. *Matth. 28.*

Capitulum. Ephes. 4.

Christus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios vero Evangelístas, álios autem Pastóres & Doctóres ad consummatiónem sanctórum, in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi.

Hymnus.

Qui venit in terras Deus,
Ut mores non servet suos,
Amóris hic fidos sui
Vos éligit vicários.
Occúrsu Agnus a lupis
Vos misit agnos ad lupos;
Mores ferínos éxuunt,
Agni repénte de lupis.
Quæ victimárum sédibus

Tellus madébat ímpiis,
Vestris eam sudóribus;
Vestro piastis sánguine.

Hoc rore facta pínguior
Quot illa fructus prótulit!
Quæ, quanta surrexit seges!
Et ista nos seges sumus.

Quam si bonus respéxeris,
Qui das rigátis créscere,
Frumenta nos cœléstibus
Matúra condes hórreis.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95.

[*Duplicatur Antiphona sequens in Festis Duplicibus II. Class. & suprà; & sic in quolibet Communi*].

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Prædicábant ut pœniténtiam ágerent, & dæmónia multa ejiciébant, & ungébant óleo multos ægros & sanábant. *Marc.* 6.

Oratio propria est.

[*Ad Horas, Antiphonæ sumuntur ex Laudibus; quartâ prætermissâ; & sic in omni alio Communi*].

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Jesus.

Capitulum, Regi sæculórum.

CANON Ferialis, nisi aliter notetur in Proprio.

Cætera ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Prædicáte.

Capitulum. Rom. 1.

Per Jesum Christum accépimus grátiam & Apostolátum, ad obediendum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus.

[*In Duplicib. II. Class. & suprà, ac per Octavas quascumque, (excepto Tempore Septuages. ad Pascha) adduntur* ℟℟. *brevibus Tertiæ, Sextæ & Nonæ, duo* Allel. *& sic in quolibet Communi*].

℟. *br.* In omnem terram * Exívit sonus eórum. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. * Exívit. Glória. ℟. In omnem.

℣. Non sunt loquélæ neque sermónes, ℟. Quorum non audiantur voces eórum. *Ps.* 18.

Oratio propria est.

AD SEXTAM.

Ant. 8. g. Quorum.

Capitulum. II. Cor. 5.

Pósuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis. Pro Christo ergo legatióne fúngimur, tanquam Deo exhortante

ſecrámus pro
:conciliámini

eníte, * Et
ı Dómini. ℣.
prodígia ſu-
* Et vidéte.
i. ℟. Veníte.

it pópulos no-
gentes ſub pé-
s. *Pſ.* 46.
O N A M.
. Ecce.
ı. *Epheſ.* 2.
eſtis hóſpites
æ; ſed eſtis
órum & do-
, ſuperædifi-
undamentum
n & Prophe-
) ſummo an-
: ChriſtoJeſu.
a converten-
; captivitátem
ti ſumus ſicut
. Magnificá-
is fácere cum
ımus. Glória.
rtendo.
ficávit Dómi-
nobiſcum;
nus lætantes.

E S P E R A S.
a, 6. F.
manus in A-
& poſuérunt
lia. *Act.* 5.
D. Cæſis de-

nuntiavérunt ne omnínò loquerentur in nómine Jeſu. *Act.* 5.

Ant. 4. E. Ibant gaudentes à conſpectu concílii, quóniam digni hábiti ſunt pro nómine Jeſu contuméliam pati. *Act.* 5.

Ant. 1. G. Loquebantur verbum Dei cum fidúcia; & virtúte magnâ reddébant teſtimónium reſurrectiónis Jeſu Chriſti. *Act.* 4.

Ant. 3. a. Tradidérunt ánimas ſuas pro nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Act.* 15.

Capitulum. I. Cor. 4.

DEus nos Apóſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinátos; quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & Angelis, & homínibus.

Hymnus, Qui venit in terras, Deus, &c. *ut ad Laudes ſuprà, pag.* iij.

℣. Nimìs honorificáti ſunt amíci tui, Deus; ℟. Nimìs confortátus eſt principátus eórum. *Pſ.* 138.

[*Duplicatur Ant. ſequens in Feſtis Dupl. II. Claſſ. & ſuprà. Et ſic in quolibet Communi*].

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. In fundamentis duódecim civitátis ſanctæ Jeru-

salem nómina duódecim Apostolórum Agni. *Apoc.* 21.

Oratio Propria est.

[*In Annualibus*, AD COMPLET. *& ad* Nunc dimittis. *Ant. propria ut suprà, ad Complet. post I. Vesp. Et sic in omni alio Communi*].

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

¶ *Tempore Paschali, in fine Antiphonarum additur* Allelúia. *In Responf.* allelúia, allel. *In* ℟℟. *brev.* * Allel. allel. *Et sic in aliis Communibus*].

IN PRIMIS VESPERIS.

[*In Festis Semidupl. Antiph. unica, eaque prima, nisi aliter notetur : & sic in quolibet Communi*].

Antiphona, 1. *toni* D.

Si quis venit ad me, & non odit ánimam suam, non potest meus esse discípulus. *Luc.* 14.

Ant. 4. E. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. *Matth.* 10.

Ant. 2. D. Qui perdíderit ánimam suam propter me, & Evangélium, salvam fáciet eam. *Marc.* 8.

Ant. 3. a. Hæc est grátia, si, propter Dei consciéntiam, sústinet quis tristítias, pátiens injustè. *I. Petr.* 2.

Ant. 3. g. Usque in tempus sustinébit pátiens ; & pósteà reddítio jucunditátis. *Eccli.* 1.

Capitulum. Apoc. 3.

Qui vícerit, vestiétur vestimentis albis, & non delébo nomen ejus de libro vitæ, & confitébor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

In Duplicibus II. Classis & suprà, ℟. Beátus vir qui suffert tentatiónem, quóniam * Cùm probátus fúerit, † Accípiet corónam vitæ, quam reprómísit Deus diligéntibus se. ℣. Pro certo habet omnis qui te colit, Dómine, quòd vita ejus, si in probatióne fúerit, coronábitur. * Cùm. Glória. † Accípiet. *Jac.* 1. *Tob.* 3.

Hymnus.

Ex quo, salus mortálium,
Fluxit sacer Dei cruor,

Homo redemptus æmulum
Deo litávit sánguinem.

Non jam crucis Christi pudet;
Quin surgit ingens glória,
Deum fatéri mórtuum,
Pro mórtuo mori Deo.

Hoc iste plenus Spíritu
Ridet minas, ridet neces;
Tuâque fretus déxterâ,
Tibi, Redemptor, mílitat.

Parata spectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut speret mori,
Et morte mortem víncere.

Unus tot armátas manus
Stupente lassat júdice;
Et tortus ipsis qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.

Da, Christe, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da sustinére pro tuo
Quodcumque durum nómine.

¶ Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

[*Tempore Paschali, loco præcedentis strophes dicitur:*

Da, Christe, nos tecum mori,
Tecum simul da súrgere,
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Et sic dicitur, in ceteris Communibus, in fine Hymnorum hujus metri, usque ad Ascensionem, nisi aliter notetur].

℣. Justus, cùm cecíderit, non collidétur; ℟. Quia Dóminus suppónit manum suam. *Ps.* 36.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo; sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3.

Oratio, ut infrà ad Laudes, nisi propria sit.

Si eodem die occurrat Commemoratio alteriùs Martyris, fiet per Ant. ad Benedictus, *&* ℣. *ex Laudibus, cum ea Oratione quæ in Proprio San-*

ctorum assignata est. Quod servatur in omni alio Communi.

¶ *In Duplicib. & infrà, à die 2. Januarii ad Præsentationem Domini fit Commem. de Virg. Deip. ut notatur in Proprio de Tempore ad I. & II. Vesper. & sic in quolibet Communi*].

[*In Annualibus*, AD COMPLET. (*in quo semper dicuntur Psalm. Feriales.*) *Ant.* 3. c. Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris; sed habébit lumen vitæ. *Joann.* 8.

Ad Nunc dimittis, *Ant.* 5. a. Ego ad Dóminum aspíciam; expectábo Deum Salvatórem meum. *Mich.* 7].

AD LAUDES.

[*In Semiduplicibus & infrà, Antiphona unica, eaque quarta; & sic in quolibet Communi*].

Antiphona, 8. *toni* g.

Propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens ánimam suam. *Philipp.* 2.

Ant. 3. a. Patienter sústinens destinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. *II. Mach.* 6.

Ant. 1. a. Magìs éligens affligi cum pópulo Dei, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, invisíbilem tanquam videns sustínuit. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Gloriosíssimam mortem.

Canticum. Eccli. 51.

Confitébor tibi, Dómine rex, * & collaudábo te Deum salvatórem meum.

Confitébor nómini tuo, * quóniam adjútor & protector factus es mihi.

Et liberasti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium; * & in conspectu astántium factus es mihi adjútor.

Et liberasti me secundùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui * à rugiéntibus præparátis ad escam:

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me.

Ant. Gloriosíssimam mortem magis quàm odibilem vitam compléctens, voluntáriè præíbat ad supplícium. *II. Mach.* 6.

Ant. 6. F. Hoc modo vitâ decessit, universæ genti memóriam mortis suæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis dere

linquens. *II. Mach.* 6.

Capitulum. Rom. 8.

Fratres, exíſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis.

Hymnus.

JAM non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas Cœlítuum choros:
Nunc pro cárcere cæco
Fulgentes hábitas domos.

NON jam vincla manus; non cóhibent pedes;
Tu liber Súperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

NEC te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus, & índuit.

SIC tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet;
Confundíſque tyrannum,
Dum quos déprimit, élevas.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio:
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritûs.
Amen.

℣. Cantábo, Dómine, fortitúdinem tuam; ℟. Et exultábo manè miſericórdiam tuam. *Pſ.* 58.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi: in réliquo repóſita eſt mihi corona juſtítiæ. *II. Tim.* 4.

Oratio.

Præſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui beáti Mártyris tui *N.* natalítia cólimus, interceſſióne ejus in tui nóminis amóre roborémur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui beátum Mártyrem tuum *N.* virtúte conſtántiæ in paſſióne roboraſti; ex ejus imitatióne tríbue pro amóre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla ejus adverſa formidáre; Per Dóminum.

Si ſit Pontifex, Oratio.

Fac nos, Dómine, imitári ſacerdotálem conſtántiam beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis; ut fidem ſervantes quam dócuit, ejuſdem corónæ conſortes

efficiámur ; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui beáto *N.* dignam Mártyre atque Pontífice fidem & fortitúdinem tribuísti ; fac nos ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui solus vera vita es, perveníre ; Per Dóminum.

[*Si facienda sit Commemoratio alteriûs Martyris, fiet per Ant. ad* Magníficat, *&* ℣. *II. Vesperarum. Quod servatur in omni alio Communi*].

¶ *In Duplicibus & infrà, à Die 2. Januarii ad Præsentationem Domini, fit Commemoratio de Virg. Deip. ut notatur in Proprio de Tempore, & sic in quolibet Communi*].

AD PRIMAM.

Ant. 8. g. Propter.

AD TERTIAM.

Ant 3. a. Patienter.

Capitulum. II. Tim. 2.

Labóra sicut bonus miles Christi Jesu ; nam & qui certat in agóne, non coronátur, nisi legitimè certáverit.

℟. *br.* In Deo salutáre meum, * Et glória mea. ℣. Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est. * Et glória mea. Glória. ℟. In Deo. *Ps.* 61.

℣. Deus meus adjútor meus, ℟. Et sperábo in eum. *Ps.* 17.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Magis.

Capitulum. II. Tim. 1.

Pátior, sed non confundor ; scio enim cui crédidi, & certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem.

℟. *br.* Si consístant advérsùm me castra, * Non timébit cor meum. ℣. Si exurgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. * Non. Glória. ℟. Si.

℣. Dóminus illuminátio mea & salus mea ; ℟. Quem timébo ? *Ps.* 26.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Hoc modo.

Capitulum. Tob. 3.

Post tempestátem tranquíllum facis, Dómine ; & post lacrymatiónem & fletum exultatiónem infundis. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedíctum in sécula.

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Suscéptor meus. ℣. Et refúgium meum in die tribulatiónis. * Suscéptor meus. Glória.

℟. Factus es, Dómine. *Ps.* 58.

℣. Tu, Dómine, adjuvísti me, ℟. Et consolátus es me. *Ps.* 85.

AD II. VESPERAS.

[*In Semiduplicibus, Antiph. unica, eaque prima, nisi aliter notetur. Et sic in quolibet Communi*].

Antiphona, 4. toni f.

Cùm à morte possem liberári, duros córporis sustíneo dolóres; secundùm ánimam verò libenter hæc pátior. *II. Mach.* 6.

Ant. 7. a. Gaúdeo in passiónibus, & adímpleo ea quæ desunt passiónum Christi in carne mea. *Coloss.* 1.

Ant. 5. a. Replétus sum consolatióne, superabundo gaúdio in omni tribulatióne. *II. Cor.* 7.

Ant. 8. g. Dóminus mihi ástitit, & confortávit me: & salvum fáciet in regnum suum cœleste. *II. Tim.* 4.

Ant. 4. f. Eripuísti me de témpore iníquo; proptéreà confitébor & laudem dicam tibi, & benedícam nómini Dómini. *Eccli.* 51.

Capitulum. I. Joann. 5.

Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; & hæc est victória quæ vincit mundum, fides nostra.

Hymnus, Jam non te lácerant, *ut in Laudibus, pag.* ix.

℣. Dóminus exaudívit eum; ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum. *Ps.* 33.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Justum à peccatóribus liberávit Dóminus, & non derelíquit illum, & dedit illi claritátem ætemam. *Sap.* 10.

Oratio, ut suprà ad Laudes pag. ix *vel* x.



arbitrétur obséquium se præstáre Deo. *Joann.* 16.

Ant. 3. a. Injícient vobis manus suas, & persequentur trahentes ad reges & præsides. *Luc.* 21.

Ant. 4. f. Occídent vos, & éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. *Matth.* 24.

Ant. 5. a. In mundo pressúram habébitis; sed confídite, ego vici mundum. *Joann.* 16.

Ant. 1. D. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras. *Luc.* 21.

Capitulum. I. Petr. 4.

Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis; quóniam quod est honóris, glóriæ & virtútis Dei, & qui est ejus Spíritus, super vos requiescit.

peccatóris ne tim
confortámini, &
ter ágite in lege.
Glória.† Vobis d
Philipp. 1. *I.* M

Hymnus.

FORTES cade
tyres,
Quos empta f
guine
Cœlestis ornat p
Junctis canámus

IMPLERE vo
decet
Passo Deo quod
Per tot neces læ
Fit plena Chris

QUEM lictor
sitit,
Quem cæcus ef
ror;
Amor sacerdos p
Christo cruóren
crat.

ET ille mixtus

Certáre das & víncere;
Tuóque múnerans, tua
Æquus corónas múnera.
¶ ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus. *Ps.* 33.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte; ecce enim merces vestra multa est in cœlo. *Luc.* 6.

Oratio, ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualib.* AD COMPLETORIUM. *Ant.* 3. c. Complebuntur dies luctûs tui, Sion: non óccidet ultrà sol tuus. *Is.* 60.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Sérvient Deo servi ejus, & vidébunt fáciem ejus; & nomen ejus in fróntibus eórum. *Apoc.* 22].

AD LAUDES.

Antiphona, 7. *toni* d.

Vidi ánimas interfectórum propter verbum Dei, & propter testimónium quod habébant. *Apoc.* 6.

Hiemalis. b *

Ant. 1. a. Stabant ante thronum in conspectu Agni, & palmæ in mánibus eórum. *Apoc.* 7.

Ant. 2. D. Datæ sunt illis síngulæ stolæ albæ, & dictum est illis ut requiéscerent. *Apoc.* 6.

Ant. 6. F. Hi sunt.

Canticum. Sap. 3.

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, * & non tanget illos torméntum mortis.

Visi sunt óculis insipiéntium mori, * & æstimáta est afflíctio éxitus illórum;

Et quod à nobis est iter, extermínium: * illi autem sunt in pace.

Et si coram homínibus tormenta passi sunt, * spes illórum immortalitáte plena est.

In paucis vexáti, in multis benè disponentur; * quóniam Deus tentávit eos, & invénit illos dignos se.

Tanquam aurum in fornáce probávit illos, & quasi holocausti hóstiam accépit illos; * & in témpore erit respéctus illórum.

Fulgébunt justi, * & tanquam scintillæ in arundinéto discurrent.

Judicábunt natiónes &

nec cadet super illos sol, neque ullus æstus. *Apoc.* 7.

Capitulum. Jac. 1.

Omne gaúdium existimáte, Fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis: sciéntes quòd probátio fídei vestræ patiéntiam operátur; patiéntia autem opus perféctum habet.

Hymnus.

QUAM, Christe, signásti viam
Primus, profúso sánguine,
Per hanc tui te fórtiter
Ducem sequuntur mílites.

Fossus manus, fossus pedes,
Ovans ad astra tránsvolas;
Et membra trunci Mártyres,
Addunt triumpho se tuo.

Ne blandiendo m
Frangat voluptas
Ipsis tyrannis sæv

¶ ÆTERNE u
Pater,
Æterne Fili par P
Et par utríque Spí
Laudéris omni té
Amen.

℣. Salus justóru mino: ℟. Et prot rum in témpore tiónis. *Ps.* 36.

Ad Bened. *An* Beáti qui persec patiuntur propte tiam, quóniam i est regnum c *Matth.* 5.

Oratio.

Concéde, qua omnípotens sanctórum Mártyr rum *N.* & *N.* qu lebrámus victóri

nec terróri-
iunt; da no-
m diligentes,
ndi simul &
iciámus; Per

. I M A M.
. Vidi.
R T I A M.
. Stabant.
n. Sap. 3.
a aurum, in
probávit il-
isi holocausti
épit illos, &
erit respectus

robasti nos,
ie nos exami-
ut exáminátur
Igne. Glória.
. Ps. 65.
ti sumus pro
us nos humi-
Annis quibus
ila. Ps. 89.
X T A M.
D. Datæ sunt.
n. Sap. 10.
t justis Deus
lem labórum
: deduxit illos
ábili, & fuit
amento diéi:
llos per mare
: transvexit il-
am nímiam.
Transívimus *
& aquam, ℣.
nos, Deus, in

b 2

refrigérium. * Per. Glória. ℟. Transívimus. Ps. 65.

℣. Salvasti nos, Dómine, de affligéntibus nos; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in séculum. Ps. 43.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Non esúrient.

Capitulum. Is. 9.

Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victóres captâ prædâ, quando dívidunt spólia.

℟. *br.* Qui séminant in lácrymis, * In exultatióne metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes sémina sua. * In. Glória. ℟. Qui.

℣. Venientes vénient cum exultatióne, ℟. Portantes manípulos suos. Ps. 125.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 5. *toni* 2.

Lætítia sempitérna super caput eórum, gaúdium & lætítiam obtinébunt, & fúgiet dolor & gémitus. Is. 35.

Ant. 3. c. In perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum. *Sap.* 5.

Ant. 1. D. Judicábunt natiónes, & dominabuntur pópulis, & regnábit

Dóminus illórum in perpétuum. *Sap.* 3.

Ant. 4. E. Qui vicérunt, habent cítharas Dei, & cantant cánticum Agni. *Apoc.* 15.

Ant. 8. g. Agnus qui in médio throni est, reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Apoc.* 7.

Capitulum. Is. 65.

Oblivióni tráditæ sunt angústiæ prióres, & non erunt in memória prióra, & non ascendent super cor; sed gaudébitis & exultábitis usque in sempiternum.

Hymnus. Quam, Christe, *ut in Laudibus, pag.* xiv.

℣. Exultent justi in conspectu Dei, ℟. Et delecténtur in lætítia. *Ps.* 67.

Ad Magníf. Ant. 7. d. Ecce quómodò computáti sunt inter fílios Dei, & inter sanctos sors illórum est. *Sap.* 5.

Oratio, ut suprà ad Laudes, pag. xiv.

COMMUNE SS. PONTIFICUM.

In primis Vesperis.

Antiphona, 5. *toni* a.

Suscitábo super oves meas Pastórem unum; ipse pascet eas, & ipse erit eis in Pastórem. *Ezech.* 34.

Ant. 8. g. Elégi eum ex ómnibus mihi in sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incensum. *I. Reg.* 2.

Ant. 6. F. Pones tiáram in cápite ejus, & sanctificábo eum ut sacerdótio fungátur mihi. *Exod.* 29.

Ant. 2. D. Juxta cor meum & ánimam meam fáciet, & ambulábit coram Christo meo cunctis diébus. *I. Reg.* 2.

Ant. 3. c. Gestábit judícium filiórum Israel in péctore suo in conspectu Dómini semper. *Exod.* 28.

Capitulum. Hebr. 5.

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificávit ut Pontifex fíeret, sed qui locútus est ad eum: Tu es Sacerdos in æternum, secun-

dùm órdinem Melchísedech.

[*In Duplicibus II. Classis & suprà*, ℞. Locútus es sanctis tuis, Dómine, & dixisti : Invéni servum meum, * Oleo sancto meo unxi eum : † Manus mea auxiliábitur ei. ℣. Huic Deus testimónium pérhibens dixit : Invéni virum secundùm cor meum. * Oleo. Glória. † Manus. *Ps.* 88. *Act.* 13].

Hymnus.

CHRISTE, Pastórum caput atque princeps,
Præsulis festam veneráta lucem,
Débitis supplex tua templa votis
Turba frequentat.

ILLE non vano ténuit treméndam
Spíritu sedem, próprio nec ausu;
Sed sacrum jussus, Dómino vocante,
Sumpsit honórem.

STRENUUM bello púgilem superni
Chrísmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, posuítque sanctam
Páscere gentem.

FIT gregis Pastor, pater atque forma,
Omnium curas levat & labóres;
Lætus impendit sua seque, cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit gementes,
Erigit lapsos, tenebrásque pellit.
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hostem.

FAC ut illíus précibus juvémur,
Christe; fac, Patrem paritérque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℞. Páscere hæreditátem suam. *Ps.* 77.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Ipsum elégit Dóminus ab omni vivente, offerre sacrifícium Deo, incensum & bonum odórem, in memóriam placáre pro pópulo suo. *Eccli.* 45.

Oratio, ut infrà ad Laudes, nisi propria assignetur.

[*In Annualibus*, AD COMPLETORIUM, *Ant.* 3. a. Ténebræ tuæ erunt sicut merídies; & réquiem tibi dabit Dóminus semper. *Is.* 58.

Ad Nunc dimittis. *Ant.*

7. G. Cùm vénerit Dóminus & pulsáverit , beáti servi quos invénerit vigilantes. *Luc.* 12].

AD LAUDES.

Antiphona, 1. *toni* f.

Sacerdos magnus in vita sua suffulsit domum , & in diébus suis corroborávit templum. *Eccli.* 50.

Ant. 2. D. Zelando zelum Dei , accépit testamentum sacerdótii ætérni. *I. Mach.* 2.

Ant. 3. a. De omni corde suo laudávit Dóminum , & diléxit Deum qui fecit illum , & dedit in celebratiónibus decus. *Eccli.* 47.

Ant. 7. d. In ascensu.

Canticum. Eccli. 50.

Sacerdos magnus in ascensu altáris sancti,* glóriam dedit sanctitátis amictum.

In accipiendo autem partes de manu Sacerdótum , * & ipse stans juxta aram.

Et circa illum coróna fratrum , * quasi plantátio cedri in monte Líbano.

Sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ ; * & omnes fílii Aaron in glória sua.

Oblátio autem Dómini in mánibus ipsórum , * coram omni synagóga Israel.

Et consummatióne fungens in ara , * amplificáre oblatiónem excelsi Regis.

Porrexit manum suam in libatióne , * & libávit de sánguine uvæ.

Effúdit in fundamento altáris odórem divínum* excelso Príncipi.

Ant. In ascensu altáris sancti, glóriam dedit sanctitátis amictum. *Eccli.* 50.

Ant. 6. F. Abstulit abominatiónes , & fecit omnes servíre Dómino Deo suo. *II. Paral.* 34.

Capitulum. Eccli. 45.

Factum est illi in testamentum ætérnum sicut dies cœli , fungi sacerdótio , & habére laudem , & glorificáre pópulum suum in nómine ejus.

Hymnus.

Jesu Sacerdótum decus ,
In hac die quâ glóriâ
Sanctum corónas Præsulem ,
Votis adesto súpplicum.

Sui probátus præmium
Amóris , & pignus tui ,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páscere.

Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páſcua,
Victúmque præbet: aúdiunt,
Sequuntur & vivunt oves.

Quam ſentit errantem jugis,
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet inventam ſuo
Portans ovíli réddere.

Arcet frementes béſtias;
Lupi retundit ímpetus,
Dolóſque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.

Offert frequentem víctimam
Cum plebe Paſtor ínnocens;
Secúmque devótum gregem
Pius Sacerdos ímmolat.

¶ Supreme, Chriſte, Póntifex,
Jugis tibi ſit glória:
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo; ℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Pſ.* 88.

Ad Bened. *Ant.* 5. C. Sacerdótes tui induantur ſalútem: Dómine Deus, ne avérteris fáciem Chriſti tui: memento miſericordiárum ſervi tui. *II. Paral.* 6.

Oratio.

Da, quæſumus, omnípotens Deus, intercedente beáto *N.* Pontífice, Spíritum ſapiéntiæ, quibus præeſſe dediſti Eccléſiæ tuæ; ut de profectu ſanctárum óvium fiant gaúdia æterna Paſtórum; Per.... in unitáte ejuſdem Spíritûs.

Alia Oratio.

Exaudi, quæſumus, Dómine, preces noſtras, quas in beáti *N.* Pontíficis feſtivitáte deférimus; & ejus qui tibi dignè méruit famulári, intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos abſolve peccátis; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Sacerdos.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Zelando.

Capitulum. Hebr. 5.

Omnis Póntifex ex homínibus aſſumptus, pro homínibus conſtitúitur in iis quæ ſunt ad Deum, ut ófferat dona & ſacrifícia pro peccátis.

℟. br. Introíbo * Ad

altáre Dei. ℣. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam. * Ad. Glória Patri. ℟. Introíbo. Pſ. 42.

℣. Altária tua, Dómine virtútum, ℟. Rex meus & Deus meus. Pſ. 83.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. De omni.

Capitulum. Eccli. 50.

Manus ſuas éxtulit in omnem congregatiónem filiórum Iſrael, dare glóriam Deo à lábiis ſuis, & in nómine ipsíus gloriári; & iterávit oratiónem ſuam, volens oſténdere virtútem Dei.

℟. *br.* In ſancto, Dómine, * Appárui tibi. ℣. Ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam. * Appárui tibi. Glória. ℟. In. Pſ. 62.

℣. Dómine, dilexi decórem domûs tuæ, ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Pſ. 25.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Abſtulit.

Capitulum. Hebr. 5.

Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis; & gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. ℣. Et in intellectibus mánuum ſuárum deduxit eos. * In. Glória. ℟. Pavit. Pſ. 77.

℣. Deduxit eos in viam rectam, ℟. Ut irent in civitátem habitatiónis. Pſ. 106.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. *toni* a.

Dedit illi Dóminus ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. *Eccli.* 45.

Ant. 2. D. Curávit gentem ſuam, & liberávit eam à perditióne. *Eccli.* 50.

Ant. 7. d. Sacrifícia ipsíus conſumpta ſunt igne quotídiè. *Eccli.* 45.

Ant. 5. C. Quaſi ſol refulgens, ſic ille efſulſit in templo Dei. *Eccli.* 50.

Ant. 8. g. Ad ejus eruditiónem omnis Iſrael ſanctificabátur Dómino. *II. Paralip.* 35.

Capitulum. Eccli. 45.

In bonitáte & alacritáte ánimæ ſuæ plácuit Deo pro Iſrael: ídeo ſtátuit illi teſtamentum pacis, príncipem ſanctórum & gentis ſuæ, ut ſit illi ſacerdótii dígnitas in ætérnum.

nus, Jesu sacer-
decus, *ut in Lau-*
pag. xviij.
Magna est glória
salutári tuo, ℟.
a & magnum de-
impónes super
f. 20.

Ad Magnif. Ant. 1. D. Beatificávit illum Deus in glória, & índuit eum stolam glóriæ, & coronávit eum in vasis virtútis. *Eccli.* 45.

Oratio, ut suprà ad Laudes, pag. xix.

MMUNE SS. DOCTORUM.

IMIS VESPERIS.
phona, 5. *toni* a.
ior est sapiéntia
nctis pretiosíssi-
: omne desiderábi-
on potest compa-
rov. 8.
4. D. Doctrix est
næ Dei: prudén-
locet, & justítiam
item. *Sap.* 8.
. 8. g. Beátus vir
sapiéntia morábi-
t in sensu cogitá-
umspectiónem Dei.
14.
. 1. D. Danti mihi
iam, dabo gló-
dedit mihi Dómi-
nguam mercédem
, & in ipsa laudá-
1. *Eccli.* 51.
. 3. a. Quò introí-
piéntia, benedícet
qui audit illam,
bit gentes. *Eccli.*

Capitulum. Sap. 7.

Deus ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor. In manu enim illíus & nos & sermónes nostri, & omnis sapiéntia, & óperum sciéntia & disciplína.

[*In Duplicibus II. Classis & suprà*, ℟. Dóminus dat sapiéntiam sapiéntibus, & sciéntiam intelligéntibus disciplínam: * Ipse revélat profunda & abscóndita; & lux cum eo est. ℣. Spíritus ómnia scrutátur, étiam profunda Dei. * Ipse. Glória. * Ipse. *Dan.* 2. *I. Cor.* 2].

Hymnus.

O QUI perpétuus nos
mónitor doces,
Vox ætérna Patris, Christe, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm benè súfficis!

Hi semper vígilant, ne
quid adúlterum
Corrumpat fídei virgíneum decus.
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His custódibus íntegra.
INFAMES ábolent relliquias deûm,
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Christo restítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúserat hæresis.
PATRUM canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides.
Quæ sunt prisca, docent; quæ nova, súbruunt:
Servant depósitum Dei.
SIT supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum quando foris sonas,
Nullo vocis egens corda doces sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine; ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Ps.* 93.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Sápiens in pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in ætérnum. *Eccli.* 37.

Oratio, ut infrà ad Laudes, pag. xxiv. *nisi sit propria.*

[*In Annualibus*, AD COMPLET. *Ant.* 6. C. Qui vigiláverit propter sapiéntiam, citò securus erit. *Sap.* 6...

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 2. D. Oriétur in ténebris lux tua. *Is.* 58.].

AD LAUDES.

Antiphona, 8. *toni* g.

Dedit se ad diligéntiam lectiónis legis & Prophetárum, & aliórum librórum qui nobis à paréntibus nostris tráditi sunt. *Prolog. Eccli.*

Ant. 4. f. Vóluit & ipse scríbere áliquid eórum quæ ad doctrínam & sapiéntiam pértinent. *Prolog. Eccli.*

Ant. 7. d. Dedit illi Sapiéntia sciéntiam sanctórum, honestávit illum in labóribus. *Sap.* 10.

Ant. 1. a. Fuit maximus.

Canticum. Eccli. 15.

Cibávit illum Deus pane vitæ & intelléctus, * & aquâ sapiéntiæ salutáris potábit illum.

Et firmábitur in illo, & non flectétur; * & continébit illum, & non confundétur.

Et exaltábit illum apud

ximos suos, * & in médio ecclésiæ apériet os jus.

Et adimplébit illum spíritu sapiéntiæ & intelléctûs, * & stolâ glóriæ véstiet illum.

Jucunditátem & exultationem thesaurizábit super illum, * & nómine ætemo hæreditábit llum.

Ant. Fuit máximus in alútem electórum Dei, xpugnáre insurgentes hostes, ut consequerétur æreditátem Israel. *Eccli.* 6.

Ant. 2. D. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & sque in séculum non deebitur. *Eccli.* 39.

Capitulum. *Eccli.* 51.

A juventúte mea investigábam sapiéntiam; inclinávi módicè urem meam, & excépi lam: multam invéni in neipso sapiéntiam, & multùm proféci in ea.

Hymnus.

Vos succensa Deo
spléndida lúmina:
'os sal, nos hómines quo sápimus Deum;
Evum, puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in álterum.
Per vos Relígio túta-
que Véritas,
Per vos virgíneis fulget honóribus.
Per vos Christus amat pándere dívites
Thesauros sapiéntiæ.

Vestris unda fluit pura canálibus;
Christi floret ager, munda nitet seges.
Lac aptum púeris, & sólidum viris
Cauti sufficitis cibum.

Hi sunt, summe Deus, qui tibi mílitant,
Hi sunt, qui stábiles ædíficant domos;
Unâ docta cohors arma tenet manu,
Muros cónstruit álterâ.

Vicistis stygias vos quibus hæreses,
Hæc nos accípimus tela supérstites.
His pugnámus adhuc nec dúbio éxitu;
His armis quoque víncimus.

Sit supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum quando foris sonas,
Nullo vocis egens corda doces sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

℣. Deus, docuisti me à juventúte mea; ℟. Et usque nunc pronuntiábo mirabília tua. *Ps.* 70.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Sapiéntia & fortitúdo Dómini sunt. Tibi, Deus, confíteor, teque laudo, quia sapiéntiam & fortitúdinem dedisti mihi. *Dan.* 2.

Oratio.

Excita, quæsumus, Dómine, intercedente beáto *N.* tuórum corda fidélium; ut sacris intenta doctrínis, & stúdeant amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit; Per.

Alia Oratio.

Tua nos, quæsumus, Dómine, intercedente beáto *N.* véritas semper illúminet, & ab omni pravitáte defendat; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 8. g. Dedit.

AD TERTIAM.

Ant. 4. f. Vóluit.

Capitulum. Eccli. 24.

Doctrínam quasi prophetíam effundam, & relinquam illam quæréntibus sapiéntiam; & non désinam in progénies illórum usque in ævum sanctum.

℟. *br.* Os meum annuntiábit * Justítiam tuam, Dómine. ℣. Totâ die salutáre tuum. * Justítiam tuam, Dómine. Glória. Os meum an ℟. *Ps.* 70.

℣. Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum, ℟. Quia ómnia mandáta tua æquitas. *Ps.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Dedit.

Capitulum. Eccli. 51.

Animam meam direxi ad sapiéntiam, & in agnitióne invéni eam: possédi cum ipsa cor ab inítio; propter hoc non derelinquar.

℟. *br.* Bonum mihi * Lex oris tui. ℣. Super míllia auri & argenti. * Lex. Glória. ℟. Bonum.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui; ℟. In via testimoniórum tuórum delectátus sum. *Ps.* 118.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Collaudábunt.

Capitulum. Eccli. 39.

Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

℟. *br.* Annuntiávi justítiam tuam * In ecclésia magna. ℣. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi. * In. Glória. ℟. Annuntiávi. *Ps.* 39.

℣.

...ctávit cor meum ...m bonum : ℟. Dico ...peta mea regi. Psal. 44.

...I. VESPERAS.

...phona, 2. toni D. ...minus dedit mihi ...inguam eruditam, ...am sustentáre eum ...ssus est, verbo. Is. ...

...t. 5. a. Doctrínam ...antelucánum illúmi...nibus, & enarrábo ...usque ad longin... Eccli. 24.

...t. 3. c. Auxílio ad... Dei sto, testíficans ...ri atque majóri, ni...trà dicens quàm ea ...rophétæ locúti sunt. 26.

...t. 6. F. Sermo meus ...n persuasíbilibus hu...: sapiéntiæ verbis, ...ostensióne Spíritûs ...rtútis. I. Cor. 2.

...t. 4. f. Non judi...me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum & hunc crucifíxum. I. Cor. 2.

Capitulum. Eccli. 14.

Beátus vir qui exco... gitat vias sapiéntiæ in corde suo, vadens post illam quasi investigátor, & in viis illíus consístens: protegétur sub tégmine illíus, & in glória ejus requiéscet.

Hymnus, O qui perpétuus, *ut in I. Vesperis*, *pag.* xxj.

℣. Ignítum elóquium tuum, Dómine; ℟. Et servus tuus diléxit illud. Ps. 118.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes. *Dan.* 12.

Oratio, ut suprà ad Laudes, pag. xxiv.

COMMUNE

...NCTORUM PRESBYTERORUM.

...RIMIS VESPERIS.

...tiphona, 7. toni d. ...cútus est Dóminus ad ...óysen: Tribum Levi ...itue super tabernáculum testimónii, & quidquid ad cæremónias pértinet. Num. 1.

Ant. 6. F. Cunctórum consecrábis manus, san...

...ternalis, ... c *

ctificabísque illos, ut sacerdótio fungantur mihi. *Exod.* 28.

Ant. 1. a. Stabunt in conspectu meo, ut ófferant mihi ádipem, & custódiant cæremónias meas. *Ezech.* 44.

Ant. 3. a. Tuli eos pro cunctis primogénitis Israël; ut sérviant mihi pro Israël in tabernáculo fœderis, & orent pro eis. *Num.* 8.

Ant. 5. a. Sancti erunt Deo suo, & non pólluent nomen ejus: incensum enim Dómini & panes Dei sui ófferunt. *Levit.* 21.

Capitulum. Hebr. 7.

Reprobátio fit præcedentis mandáti propter infirmitátem ejus & inutilitátem; nihil enim ad perfectum adduxit lex.

[*In Duplicib. II. Class. & suprà*, ℟. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es sacerdos in ætérnum secundùm órdinem Melchísedech. ℣. Non secundùm legem mandáti carnális factus. * Tu es. Glória. * Tu es. *Ps.* 109. *Hebr.* 7].

Hymnus.

Jam satis fluxit cruor hostiárum;
Prístinæ cessent holocausta legis:
Christe, quos formas, melióra libant
Sacra minístri.

Elicit flammas Elías ab alto;
Mysta nunc major jubet, & potenti
Obsequens verbo Deus astat aris,
Hóstia factus.

Pingue libámen, novus & Sacerdos,
Orbe jam toto Deus immolátur:
Se manu nostrâ litat incruento
Fúnere Christus.

Tale nil priscis pátribus tribútum:
Angelis nusquàm data par potestas:
Se manu nostrâ Deus ipse cunctis
Præbet in escam.

Christe, fac semper tua sacra puro
Corde tractémus, manibúsque puris:
Cáritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

Luminis splendor, Patris una proles
Christe, te pronus venerétur orbis;
Qui Sacerdótes per Amóris almi

a inungis,
men,
ël, non accípiam
tua vítulos; ℟.
Deo sacrifícium
s, 49.
agníf. *Ant.* 5. a.
òlis usque ad oc-
in omni loco sa-
& offertur nó-
o oblátio mun-
t Dóminus. *Ma-*

, *infrà ad Lau-*
sit propria.
Annualibus, AD
TOR. *Ant*, 3. c.
pédibus meis
uum, Dómine.

nc dimittis. *Ant.*
bum tuum, Dó-
ien sémitis meis.
].

LAUDES.

na, 8. *toni* c.
o Dei, sectáre
tiam, pietátem,
ritátem, patién-
nansuetúdinem,
5.
G. Noli neglíge-
n quæ est in te,
est tibi cum im-
mánuum Pres-
, *Tim.* 4.
. *d.* Nemo ado-
n tuam contem-
: 4

nat: sed exemplum esto fidélium. *I. Tim.* 4.

Ant. 5, a, Vígila.

Canticum, Malach. 2.

Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis; * & dedi ei timórem, & tímuit me, & à fácie nóminis mei pavébat.

Lex veritátis fuit in ore ejus, * & iníquitas non est inventa in lábiis ejus.

In pace & in æquitáte ambulávit mecum, * & multos avertit ab iniquitáte.

Lábia enim Sacerdótis custódient sciéntiam, & legem requírent ex ore ejus; * quia Angelus Dómini exercítuum est.

Ant. Vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple: sóbrius esto, *II. Tim.* 4.

Ant. 7. G. Beátus ille servus, quem cùm vénerit Dóminus ejus, invénerit sic faciéntem. *Matth.* 24.

Capitulum, II. Tim. 3.

Pérmane in iis quæ didicisti, & crédita sunt tibi, sciens à quo didíceris; & quia ab infántia sacras lítteras nosti, quæ te possunt instrúere ad

salútem per fidem quæ est in Christo Jesu.

Hymnus.

O Sacerdótum veneranda jura!
Ceu vices Christi téneant, salútis
Arbitri claudunt, reserántque nobis
Atria cœli.

OMNE pendentes scelus in statéra,
Cùm reum solvunt, Deus ipse solvit:
Cùm ligant sontem, Deus ipse sontis
Víncula nectit.

QUAM manus morbis ádhibent perítas!
Cùm secant, semper pia dextra cædit;
Cùm fovent, semper pia lenit ungens
Vúlnera dextra.

VERBA dum promunt, pópulus fidélis
Excipit vocem, cúpidus docéri:
Nempè divínæ sacra verba legis
Mente recondunt.

IRRUENS prompti cohibére fulmen,
Stant ab adverso, Domi-númque placant,
Víndices in nos quóties ab alto
Dépluit iras.

DUM Sacerdótes tua sacra tractant,
Christe, fac sacris quibus applicasti,
Cónsonent mores; populíque fiat
Forma Sacerdos.

LUMINIS splendor, Patris una proles,
Christe, te pronus venerétur orbis;
Qui Sacerdótes per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Voluntáriè sacrificábo tibi, ℟. Et confitébor nómini tuo, Dómine. *Ps.* 53.

Ad Bened. *Ant.* I. J. Euge, serve bone & fidélis; quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constítuam: intra in gáudium Dómini tui. *Matth.* 25.

Oratio.

Dómine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut Sacerdótio tibi fungerétur à pópulo segregasti; præsta, quæsumus, ut ejus exempla sectantes, regále Sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Præsta, quæsumus, miséricors Deus, ut beáti *N.* Sacerdótis tui précibus

adjúti, hóstia sancta tibi consecrémur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. O homo Dei.

AD TERTIAM.

Ant. 1. G. Noli.

Capitulum. II. Tim. 1.

Admóneo te ut resúscites grátiam Dei, quæ est in te per impositiónem mánuum meárum.

℟. *br.* Quid retríbuam Dómino * Pro ómnibus quæ retríbuit mihi? ℣. Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. * Pro ómnibus. Glória. ℟. Quid.

℣. Vota mea Dómino reddam, ℟. Coram omni pópulo ejus. *Ps.* 115.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Nemo.

Capitulum. Tit. 2.

In ómnibus teipsum præbe exemplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte: verbum sanum, irreprehensíbile; ut is qui ex adverso est, vereátur, nihil habens malum dícere de nobis.

℟. *br.* Dómine, dilexi * Decórem domûs tuæ: ℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. * Decórem. Glória. ℟. Dómine.

℣. Ego in innocéntia mea ingressus sum: ℟. Rédime me, & miserére meî. *Ps.* 25.

AD NONAM.

Ant. 7. G. Beátus.

Capitulum. I. Tim. 4.

Exerce teipsum ad pietátem: nam corporális exercitátio ad módicum útilis est; píetas autem ad ómnia útilis est, promissiónem habens vitæ quæ nunc est, & futúræ.

℟. *br.* Hic accípiet * Benedictiónem à Dómino. ℣. Et misericórdiam à Deo salutári suo. * Benedictiónem. Glória. ℟. Hic. *Ps.* 23.

℣. Beátus quem elegisti & assumpsisti; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Ps.* 64.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 8. *toni* G.

Natus est homo firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum pópuli. *Eccli.* 49.

Ant. 2. D. De omni corde suo laudávit Dóminum; & diléxit Deum qui fecit illum, & dedit in celebratiónibus decus. *Eccli.* 47.

Ant. 5. a. Operátus est bonum & rectum, & ve-

rum coram Dómino Deo suo in universa cultúra ministérii domûs Dómini; & prosperátus est. *II, Paral.* 31.

Ant. 1. D. Obtulit holocausta super altáre; odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis. *Gen.* 8.

Ant. 7. d. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & legem exquisívit, & ábstulit omnem iníquum & malum; sancta glorificávit. *I, Mach,* 14.

Capitulum, Eccli. 50.

Consummatióne fungens in ara, amplificáre oblatiónem excelsi Regis, porrexit manum suam in libatióne, & libávit de sánguine uvæ: effúdit in fundamento altáris odórem divínum excelso Príncipi.

Hymnus, O Sacerdótum, *ut in Laudibus*, *pag.* xxviij.

℣. Memor sit Dóminus omnis sacrifícii tui, ℟. Et holocaustum tuum pingue fiat. *Ps.* 19.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & cógnitus est in verbis suis fidélis; & invocávit Dóminum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes úndique, in oblatióne agni inviolláti. *Eccli.* 46.

Oratio, *ut suprà ad Laudes*, *pag.* xxviij.

COMMUNE SS. ABBATUM, MONACHORUM, CŒNOBITARUM & ANACHORETARUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1, *toni* D.

Dóminus ponet desertum Sion quasi delícias, & solitúdinem ejus quasi hortum Dómini. *Is.* 51.

Ant. 3. a. Gaúdium & lætítia inveniétur in solitúdine, gratiárum áctio & vox laudis. *Is.* 51.

Ant. 8. g. In cubílibus in quibus priùs dracónes habitábant, oriétur viror cálami & junci; & erit ibi sémita & via, & Via sancta vocábitur, *Is.* 35.

Ant. 5. a. Exultábit solitúdo, & florébit quasi lílium : gérminans germinábit, & exultábit lætabunda & laudans. *Is.* 35.

Ant. 1. a. Erit opus justítiæ pax, & cultus justítiæ siléntium, & secúritas usque in sempitérnum. *Is.* 32.

Capitulum. II. Cor. 6.

Exíte de médio eórum, & separámini, dicit Dóminus, & immundum ne tetigéritis: & ego recípiam vos: & ero vobis in Patrem, & vos éritis mihi in fílios.

[*In Duplicibus II. Classis & suprà*, ℟. Suscéptor meus es tu, Dómine, & in verbum tuum supersperávi; * Declináte à me, maligni, & † Scrutábor mandáta Dei mei. ℣. Magister, sequar te quocumquè íeris. * Declináte. Glória Patri. † Scrutábor. *Ps.* 118. *Matth.* 8].

Hymnus.

Felices némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio secli
Mores læderet íntegros.
Ut te possídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt;
Totus víluit orbis,
Dum cœléstia cógitant.
Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vastum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.
Æternas ut opes cértaque gaúdia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confísi melióribus.
Illis summa fuit glória déspici;
Illis divítiæ paupériem pati;
Illis summa volupt as
Longo supplício mori.
Fac nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relíctâ,
Immortália quærere.
Æternus sit honos ingénito Patri;
Sit par unigénæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

Si sit Abbas, ℣. Potens in terra erit semen ejus; ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Ps.* 111.

Ad Magníf. *Ant.* 3. E. Egrédere de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedícam tibi. *Gen.* 12.

Si non sit Abbas, ℣. Pinguescent speciósa deserti; ℟. Et exultatióne colles accingentur. *Ps.* 64.

Ad Magníf. *Ant.* 6. *C.* Habitábit in solitúdine judícium; & sedébit pópulus meus in pulchritúdine pacis, & in tabernáculis fidúciæ. *Is.* 32.

Oratio, ut infrà ad Laudes, pag. xxxiv. *nisi propria assignetur.*

[*In Annualib. ad* Compiet. *Ant.* 4. c. Qui hábitant in deserto, secúri dórmient. *Ezech.* 34.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 2. A. Ponam in circúitu collis mei benedictiónem. *Ezech.* 34].

AD LAUDES.

Antiphona, 8. *toni* c.

Deus dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatióne tua; & tunc éxiit. *Act.* 7.

Ant. 1. a. Majóres divítias æstimans thesauro Ægyptiórum impropérium Christi, fide relíquit Ægyptum. *Hebr.* 11.

Ant. 6. F. Flétibus & luctui apta induménta suscépit, cínere implévit caput, & corpus suum humiliávit jejúniis. *Esth.* 14.

Ant. 5. á. Nocte.

Canticum. Thren. 3.

Pars mea Dóminus, dixit ánima mea; * proptéreà expectábo eum.

Bonus est Dóminus sperántibus in eum, * ánimæ quærenti illum.

Bonum est præstolári cum siléntio * salutáre Dei.

Bonum est viro, * cùm portáverit jugum ab adolescéntia sua.

Sedébit solitárius, & tacébit; * quia levávit super se.

Ant. Nocte & ante lucem egrediebátur ad oratiónem, & deprecabátur Dóminum. *Judith.* 12.

Ant. 2. A. In loco solitúdinis Dóminus dócuit eum, & custodívit quasi pupillam óculi sui. *Deut.* 32.

Capitulum. Hebr. 12.

Omnis disciplína in præsenti quidem vidétur non esse gaúdii, sed mœróris: póstea autem fructum pacatíssimum exercitátis per eam reddet justítiæ.

[redacted]

o Abbate ,
Cœnobita ,
ius.
.AS ácies ,
que fórtia ,
ı fides, unus
git !
ıb una ,
· mílitant.
ntis rápiunt
óribus !
·tuis quésti-
ra.
nga
s átterunt.
ánimes , vi
flétuum
cias ingémi-
ces ,
ıs armis
ıul ínferunt.
ata Deo : sic
timus
rymas , per
, Pater :
·âtur
itiónibus.
quando die
ımúltibus ,
silet : cétera
ent ,
a rumpunt
siléntia.
vígiles con-
.bor ;
peri non ré-
nus.
olónis
ditat suis.
na suî mens

quoque súbditur ,
Rectorísque studet núti-
bus óbsequi :
Nil servat sibi juris ,
Capto libérior jugo.
ÆTERNUS sit honor ingénito Patri ;
Sit par unígenæ glória Fílio ;
Sacri nexus amóris ,
Laus compar tibi , Spíritus.
Amen.

Pro Sancto Anachoreta , & Solitario ,
Hymnus.

QUID tu , relictis úrbibus ,
Mortálium consórtia
Timens fugis ? Quid tu vides ,
Solúsque tecum cógitas ?
MENTIS volátu líbero
Percurris æternas domos ;
Et quæ negas mortálibus ,
Transfers Deo commércia.
PRÆSENS choris cœléstibus ,
Sacro quiétus ótio ,
Totus tuendo númini ,
Totus colendo tu vacas.
QUAM púra , qui te díligunt ,
O Christe , libant gáudia !
Te propter antris ábditos
Sinu recondis in tuo.
¶ ÆTERNE tu Verbi Pater ,

Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Si sit Abbas, ℣. Veníte, fílii, audíte me; ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Ps.* 33.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum & in porténtum Israel à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion. *Is.* 8.

Oratio.

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet; ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Da nobis, quæsumus, Dómine, beáti Abbátis *N.* intercessiónibus sublevári; ut per quem servis tuis perfectiónis evangélicæ documenta donasti, per eum nobis subsídia perpétuæ salútis impendas; Per Dóminum.

Si non sit Abbas, ℣. Cogitávi dies antíquos; ℟. Et annos ætérnos in mente hábui. *Ps.* 76.

Ad Bened. *Ant.* 4. E. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Galat.* 6.

Oratio.

Deus, qui nos ádmones exemplo beáti *N.* temporália despícere & ad ætérna festináre; da fámulis tuis, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipso pro nobis intercedénte, implére valeámus; Per.

Alia Oratio.

Deus, qui nos ánnua beáti *N.* festivitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Deus.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a. Majóres.

Capitulum. Baruch. 4.

Exui me stolâ pacis, índui autem me sacco obsecratiónis, & clamábo ad Altíssimum in diébus meis.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum, * Ego custodívi vias duras. ℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis. * Ego. Glória. ℟. Propter.

℣. Induébar cilício; ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Ps.* 34.

TAM.
étibus.
Is. 26.
n & me-
uum, Dó-
lério áni-
éa deside-
te; sed &
›ræcórdiis
vigilábo

ávi ad te,
xi: Tu es
órtio mea
um. * Di-
Clamávi.

:a alárum
›,Dómine,
éat iníqui-

NAM.
n loco.
Deut. 7.
eus ipse est
idélis, cu-
1 & miseri-
ntibus se;
diunt præ-
:ille gene-

íciis tuis *
. ℣. Quia
iisti mihi.
. ℟. A ju-

ındatórum
i, ℟. Cùm
neum. *Ps.*

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 5. *toni a.*

In voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salúte Dómino. *Jon.* 2.

Ant. 4. D. Pósui fáciem meam ad Dóminum Deum meum rogáre, & deprecári in jejúniis, sacco & cínere. *Daniel.* 9.

Ant. 8. g. Quæ retrò sunt oblivíscens, pérsequor ad bravíum supernæ vocatiónis Dei in Christo Jesu. *Philipp.* 3.

Ant. 1. D. Curro, non quasi in incertum; pugno, non quasi áerem vérberans: sed castígo corpus meum, & in servitútem rédigo, ne réprobus effíciar. *I. Cor.* 9.

Ant. 6. F. Spem habens in Deum, stúdeo sine offendículo consciéntiam habére ad Deum. *Act.* 24.

Capitulum. I. Cor. 9.

Omnis qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: & illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant; nos autem, incorruptam.

Hymnus, Felíces némorum, *ut in primis Vesperis*, *pag.* xxxj.

Si sit Abbas, ℣. Justus ut palma florébit; ℟. Si-

cut cedrus Líbani multiplicábitur. *Ps.* 91.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Circa illum coróna fratrum : quasi plantátio cedri in Líbano, sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ. *Eccli.* 50.

Si non sit Abbas, ℣. Abscondit me in tabernáculo suo ; ℟. In die malórum protexit me. *Ps.* 26.

Ad Magníf. *Ant.* 7. d. Omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. *Matth.* 19.

Oratio, ut suprà ad Laudes, pag. xxxiv.

COMMUNE JUSTORUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 7. *toni* a.

Tenébit justus viam suam, & mundis mánibus addet fortitúdinem. *Job.* 17.

Ant. 2. D. Fortitúdo símplicis via Dómini ; justus in ætérnum non commovébitur. *Prov.* 10.

Ant. 6. c. Cor suum tradet ad vigilandum dilúculò ad Dóminum qui fecit illum. *Eccli.* 39.

Ant. 8. c. Quasi virens fólium germinábit ; fructus justi, lignum vitæ. *Prov.* 11.

Ant. 3. a. Timenti Dóminum bene erit, & in diébus consummatiónis illíus benedicétur. *Eccli.* 1.

Capitulum. Eccli. 2.

Qui timétis Dóminum, crédite illi ; & non evacuábitur merces vestra. Qui timétis Dóminum, speráte in illum ; & in oblectatiónem véniet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum ; & illuminabuntur corda vestra.

[*In Duplicibus II. Classis & suprà*, ℟. Qui timent Dóminum, non erunt incredíbiles verbo illíus : * Et † Qui díligunt illum, conservábunt viam illíus. ℣. Qui servat verbum ejus, verè in hoc cáritas Dei perfecta est. * Et. Glória. † Qui díligunt. *Eccli.* 2. *I. Joann.* 2].

Hymnus.

us.
illus grex
m sólvite ;
os amor
i cómpo-
nter Cœli-
n século
is sibi,
& sciens
pœniténtiæ
viam Cru-
istum præ-
on timet se-
terit jejú-
iat siléntio ;
. parcus sibi,
spargit sinu.
verbi pásci-
:m péctore
at pérvigil ;
ersátur polo.
t ad cœlum
i da, Pater,
a, cùm Spí-
sémitâ.
ine tuo exul-
, Dómine ;
s. d *

℞. Et in justítia tua exaltabuntur. *Ps.* 88.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilábitur viro sapienti, qui ædificávit domum suam supra petram. *Matth.* 7.

Oratio, ad Laudes.

[*In Annualibus*, AD COMPLET. *Ant.* 2. A. Vigiláte, & estóte paráti ; quia quâ nescítis horâ Fílius hóminis ventúrus est. *Matth.* 24.

Ad Nunc dimíttis. *Ant.* 6. C. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te. *Is.* 64. *Et sic in die*].

AD LAUDES.

Antiphona, 4. *toni* f.

Erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo. *Job.* 1.

Ant. 7. d. Consérvávit legem Excelsi, & in tentatióne inventus est fidélis. *Eccli.* 44.

Ant. 5. a. Custodívit ánimam suam, & memor fuit Dómini in toto corde suo. *Tob.* 1.

Ant. 2. d. Erat.

Canticum. Eccli. 2.

Qui timétis Dóminum, crédite illi ; * & non evacuábitur merces vestra.

Qui timétis Dóminum, speráte in illum ; * & in oblectatiónem véniet vobis misericórdia.

Qui timétis Dóminum, dilígite illum ; * & illuminabuntur corda vestra.

Respícite, fílii, natiónes hóminum ; * & scitóte quia nullus sperávit in Dómino, & confúsus est.

Quis enim permansit in mandátis ejus, & derelíctus est ; * aut quis invocávit eum, & despexit illum ?

Quóniam pius & miséricors est Deus, & remittet in die tribulatiónis peccáta ; * & protector est ómnibus exquiréntibus se in veritáte.

Ant. Erat religiósus ac timens Deum, fáciens eleemósynas multas plebi, & déprecans Deum semper. *Act.* 10.

Ant. 1. a. Non prætérriit de universis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus. *Josue*, 11.

Capitulum. Eccli. 31.

Erit illi glória ætérna, qui pótuit tránsgredi, & non est transgressus ; fácere mala, & non fecit.

Hymnus.

Qui te, Deus, sub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suspírat, oblítus sui.

Quid ergo gaudes nécterere
Tristes moras amántibus ?
Terris retardas éxules,
Cives polo quos déstinas.

Hinc fervet in dies amor,
In vota toti díffluunt ;
Ad astra festinántibus
Fit pœna vita lóngior.

Vix iste, tardi córporis
Pondus molestum sústinet ;
Præ mortis óccupat diem,
Ardens Deo se júngere.

¶ Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque, Spíritus ;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. In justítia apparébo conspéctui tuo : ℟. Satiábor cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Propter Christum ómnia detrimentum feci, ad cognoscendum illum ; si quo modo occurram ad re-

ı, quæ eſt ex
ilipp. 3.
utio.
Dómine ,
ıtiónibus no-
in beáti *N.*
férimus ; ut,
juſtítiæ fidú-
abémus, ejus
uit, précibus
Per.

Oratio.
quæſumus ,
ors Deus ; ut
s ſervus tuus
te juſto júdi-
, eamdem &
interceſſióne,
nmátum ritè
pere mereá-

IMAM.
. Erat.

RTIAM.
Conſervávit.
n. Job. 23.
i cuſtodívi,&
clinávi ex ea ;
labiórum ejus
, & in ſinu
ıdi verba oris

via teſtimo-
rum, Dómi-
ctátus ſum ; ℣.
nibus divítiis.
s ſum. Glória.

℣. A mandátis tuis intel-lexi ; ℟. Proptéreà odívi omnem viam iniquitátis. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Cuſtodívit.

Capitulum. Eccli. 33.

Sápiens non odit mandáta & juſtítias, & non illidétur quaſi in procella navis : homo ſensátus credit legi Dei, & lex illi fidélis.

℟. *br.* Beátus vir * Qui timet Dóminum : ℣. In mandátis ejus volet nimìs. * Qui. Glória. ℟. Beátus vir. *Pſ.* 111.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus ; ℟. Et non ſupplantabuntur greſſus ejus. *Pſ.* 36.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Non prætériit.

Capitulum. Eccli. 51.

Ambulávit pes meus iter rectum, zelátus ſum bonum, & non confundar.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In directióne cordis : ℣. In eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ. * In. Glória. ℟. Confitébor.

℣. Servávi mandáta tua & teſtimónia tua, ℟. Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *Pſ.* 118.

AD VESPERAS.

Antiphona, 5. toni E.

Ante Dóminum qui elegit me, vilior fiam plus quam factus sum; & ero humilis in óculis meis. *II. Reg.* 6.

Ant. 3. a. Semper quasi tumentes super me fluctus, tímui Deum, & pondus ejus ferre non pótui. *Job*, 31.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permansit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ. *Tob.* 2.

Ant. 7. c. Tu fecisti, Dómine, cum servo tuo misericórdiam magnam. *III. Reg.* 3.

Ant. 1. G. Anima mea exultábit in Dómino, & delectábitur super salutári suo. *Ps.* 34.

Capitulum. Gal. 6.

Quæ semináverit homo, hæc & metet: quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem; qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

Hymnus, Summi, ut in I. Vesperis, p. xxxvj.

℣. In memória ætérna erit justus; ℟. Coram eis celebrábitur in glória. *Ps.* 111.

Ad Magnif. Ant. 5. C. Diléctus Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne est: símilem illum fecit in glória sanctórum, & osténdit illi glóriam suam. *Eccli.* 45.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE VIRGINUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 8. toni g.

Quid bonum Dómini est, & quid pulchrum ejus? nisi fruméntum electórum & vinum gérminans vírgines? *Zach.* 9.

Ant. 6. F. Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum. *If.* 56.

Ant. 1. f. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen sempitérnum dabo eis. *If.* 56.

Ant. 4. d. Ultrà mori non póterunt; æquáles enim Angelis sunt, &

:i, cùm sint
ctiónis. *Luc.*

. Non omnes
ıum istud, sed
m est. *Matth.*

ı. *I. Cor.* 7.
que próprium
ı habet ex Deo;
m sic, álius
co autem non
víduis: Bo-
is, si sic per-

lic:b. II. Clas-
i, ℟. Audi,
le, & inclína
ı. * Oblivís-
ım tuum, &
tris tui: &
: Rex decó-
† Quóniam
óminus Deus
íritus ubi vult
ocem ejus au-
ivíscere. Gló-
niam. *Ps.* 44.

Martyr,
mnus.
ıta sonent sí-
: cántibus:
e tubas, súmi-
:pana,
gélici; dícite
ıem,
ite Mártyrem.
s illa fuit dé-
rtibus,

Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis ímmemor.

Sed quid cogis, amor! fórtiter ámbiit
Sponso vírgineum fúndere sánguinem.
Oblíti méminit tunc benè córporis,
Præclâræ sítiens necis.

Sic quâ parte minor, vos superéminet,
Immortále genus; quæ pótuit mori,
Et per damna sui córporis íntegram
Testári Dómino fidem.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque sacro máxima Flámini,
A quo magnánimæ prælia sústinent,
Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.

℣. Hæréditas immaculatórum in ætérnum erit;
℟. Non confundentur in témpore malo. *Ps.* 36.

Ad Magníf. *Ant.* 4. E. Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. *I. Cor.* 1.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Martyr,
Hymnus.

Vos ô Virgínei cum
cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis
óptima,
Sponsum Virgíneo progé-
nitum sinu
Puris tóllite laúdibus.
Hæc est sacra dies,
óbvia quâ suo
Cum plena rútilans lám-
pade júngitur
Sponso, stansque throno
próxima, cóncinit
Virgo cántica Vírgini.
Solo digna Deo cón-
juge, réspuit
Mortáles thálamos: ut
semel óbligat
Sese fída suo, quem benè
déperit,
Ultrò se Deus óbligat.
Purum ne máculent
pectus imágines,
In se, tota sui córporis
ímmemor
Mens, sese récipit; nil
óculi vident,
Surdis nil sonat aúribus.
Ægro vix sua sunt
pábula córpori:
Ardet mille modis ante
diem mori:
Quidquid mors rápiet,
jam sibi prærípit;
Unus fit Deus ómnia.
Fac, ô Christe, tuæ
Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ
gráditur, viâ.
Qui gens sancta sumus,
móribus íntegris
Fac soli tibi vívere.
Da te, summe Pater,
tóllere laúdibus;
Da te, Christe, sequi,
laúreâ Vírginum.
Fac, incensa tuis, Spíri-
tus, árdeant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Afferentur Regi Vírgines, ℟. In lætítia & exultatióne. *Ps.* 44.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Córpora vestra membra sunt Christi: membra vestra templum sunt Spíritûs sancti, qui in vobis est. *I. Cor.* 6.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In Annualibus*, ad Complet. *Ant.* 2. A. Ego dórmio, & cor meum vígilat. *Cant.* 5.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Quæ est expectátio mea? Nonne Dóminus? *Ps.* 38. *Et sic in die*].

AD LAUDES.

Antiphona, 2. *toni* D.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui páscitur inter lília. *Cant.* 6.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem desideráveram, sedi; & fructus

cis gútturi meo.

b. Dilectus meus
r in me caritá-
it. 2.

. c. Cantábant.

cum. Is. 61.
ens gaudébo in
nino, * & exul-
ma mea in Deo

induit me vesti-
lútis, * & indu-
stítiæ circúmde-

sponsum deco-
rónâ, * & quasi
ornátam moní-
.

nim terra profert
ium, * & sicut
emen suum gér-

minus Deus ger-
justítiam, * &
coram univérsis
.

Cantábant vírgi-
cum novum an-
1 Dei & Agni.

. a. Lauda, fília
táre & exulta in
de, fília Jerúsa-
h. 3.

lum. Apoc. 14.
; & ecce Agnus
bat supra mon-
1, & cum eo cen-
tum quadragínta quátuor míllia, habentes nomen ejus & nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Si sit Martyr,

Hymnus.

Quid sacram, Virgo, generósa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempe non uno géminum reportas
Hoste triumphum.

Mollior fregit neque te voluptas,
Impotens flexit neque te tyrannus.
Tu graves pœnas, paritérque blandos
Vincis amóres.

Liliis Sponsus récubat, rosísque;
Tu, tuo semper benè fida Sponso,
Et rosas Martyr, simul & dedisti
Lília Virgo.

Summa laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriusque Nexus:
Fac, tibi semper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Deus præcinxit me virtúte, ℟. Et pósuit immaculátam viam meam. *Ps.* 17.

Ad Bened. *Ant.* 8. G. Casta generátio in perpétuum coronáta triumphat, incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulisti; concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

Omnípotens, sempiterne Deus, cujus múnere beáta *N.* virginitátis & martyrii palmam adepta est: da nobis ejus précibus, ita córporis & mentis serváre puritátem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per Dóminum.

Si non sit Martyr,
Hymnus.

O Virgo, pectus cui sacrum
Amóris expers ímprobi,
Intùs suis ardóribus
Sanctus peruslit Spíritus.

Non te voluptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérsequi
Cœléstis Agni núptias.

Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.

Beata, cui nunc Cœlitum
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponsi potíri gáudiis.

¶ Ætérne sponse Vírginum,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Lætábor, & exultábo in te: ℟. Psallam nómini tuo, Altíssime. *Ps.* 9.

Ad Bened. *Ant.* 1. J. Exultábit ánima mea in Deo meo, quia índuit me vestimentis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis. *Is.* 61.

Oratio.

Deus, qui habitáculum tuum in corde pudíco constituisti, concéde ut qui fidélis sponsæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obséquio, piæ conversatiónis sequámur exemplo; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Fidéles tuos, quæsumus, Dómine, intercedente beátâ *N.* Vírgine tuâ, córpore & mente purífica; ut, tuâ inspiratióne compúncti, nóxias delectatiónes vitáre prævaleant, atque, ut eárum non capiantur illécebris, tuâ semper suavitáte pascantur; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Ego.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Sub umbra.

Capitulum. I. Cor. 7.

De virgínibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tanquam misericórdiam consecútus à Dómino, ut sim fidélis.

℟. *br.* Fiat cor meum immaculátum * In justificatiónibus tuis; ℣. Ut non confúndar. * In. Glória. ℟. Fiat. *Ps.* 118.

℣. Sitívit in te ánima mea; ℟. Quàm multipl íciter tibi caro mea. *Ps.* 62.

AD SEXTAM.

Ant. 7. b. Dilectus.

Capitulum. II. Cor. 11.

Æmulor vos Dei æmulatióne; despondi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

℟. *br.* Quid mihi est in cœlo? * Et à te quid vólui super terram? ℣. Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætternum. * Et. Glória. ℟. Quid. *Ps.* 72.

℣. Súscipe me secundùm elóquium tuum, & vivam; ℟. Et non confundas me ab expectatióne mea. *Ps.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Lauda.

Capitulum. II. Reg. 22.

Quia compl ácui Dómino, retríbuet mihi secundùm justítiam meam; & secundùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi.

℟. *br.* Retríbuet mihi Dóminus * Secundùm justítiam meam; ℣. Et secundùm puritátem mánuum meárum, * Secundùm. Glória. ℟. Retríbuet. *Ps.* 17.

℣. Laudábo nomen Dei cum cántico; ℟. Et magnificábo eum in laude. *Ps.* 68.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 4. *toni* D.

Vírgines accipientes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso & sponsæ. *Matth.* 25.

Ant. 3. a. Prudentes accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus, & ornavérunt lámpades suas. *Matth.* 25.

Ant. 7. d. Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit; exíte óbviam ei. *Matth.* 25.

Ant. 2. D. Venit sponsus, & quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias. *Matth.* 25.

Ant. 1. D. Vírgines sequuntur Agnum quocumque íerit; sine mácula enim sunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

Capitulum. Apoc. 14.

Audívi vocem de cœlo; & vocem quam audívi, sicut citharœdórum citharizántium in cítharis suis: & cantábant quasi cánticum novum ante sedem Agni.

Si sit Martyr, Hymnus Quid sacram, *pag.* xliij.

℣. Me propter innocéntiam suscepisti, ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. *Ps.* 40.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Fecisti viríliter, & confortátum est cor tuum, eò quòd castitátem amáveris; ideò & manus Dómini confortávit te. *Judith*, 15.

Si non sit Martyr, Hymnus, O Virgo, *pag.* xliv.

℣. Vírgines laudent nomen Dómini, ℟. Quia exaltátum est nomen ejus solíus. *Ps.* 148.

Ad Magníf. *Ant.* 6. F. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se. Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti sunt. *Apoc.* 19.

Oratio, ut suprà ad Laudes.



COMMUNE

SANCTARUM MULIERUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1. *toni* I.

Mulíerem fórtem quis invéniet? Procul, & de últimis fínibus prétium ejus. *Prov.* 31.

Ant. 4. f. Domus & divítiæ dantur à paréntibus; à Dómino autem próprie uxor prudens. *Prov.* 19.

Ant. 2. D. Grátia super grátiam, múlier sancta & pudoráta. *Eccli.* 26.

Ant. 7. d. Grátia verecúndiæ mulíeris sensátæ & bonæ super aurum. *Eccli.* 7.

Ant. 3. *a.* Múlier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26.

Capitulum. Eccli. 26.

Fundamenta æterna supra petram sólidam; mandáta Dei in corde mulíeris sanctæ.

[*In Duplicibus II. Classis & suprà*, ℟. Virum, Dómine, cum timóre tuo, non cum libídine mea consensi suscípere; * Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in sécula. ℣. Non vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem. * Sit. Glória. * Sit. *Tob.* 3. *I. Thess.* 4.

Hymnus.

Adeste, sanctæ Cónjuges:
En illa fortis fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Triumphat inter Cœlites.

Non illa luxu véstium,
Non crine torto spléndduit;
Cultu nitens sed símplice,
Puris placébat móribus.

Se sub serénis vúltibus
Austéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne suum,
Dum prodit, amittat decus.

Pascenda cœlesti cibo,
Sacris studébat lítteris;
Templo frequens, sed sédula
Redíbat ad curam domûs.

¶ Æterne tu Verbi Pater,

Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Si sit Martyr,

℣. Factus es spes mea, Dómine, ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci. *Ps.* 60.

Ad Magníf. *Ant.* 4. D. Deus cœlórum, exaudi me deprecantem, & de tua misericórdia præsumentem; ut gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est álius præter te. *Judith*, 9.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non sit Martyr,

℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem; ℟. In via tua vivífica me. *Ps.* 118.

Ad Magníf. *Ant.* 1. A. Exultávit cor meum in Dómino, & dilatátum est os meum, quia lætáta sum in salutári tuo. *I. Reg.* 2.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*In Annualibus*, AD COMPLET. *Ant.* 3. c. Non extinguétur in nócte lucerna ejus. *Prov.* 31.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 5. a. Deus ostendet splendórem suum in te. *Baruch*, 5. *Et sit in die.*]

AD LAUDES.

Antiphona, 6. *toni* f.

In ancilla sua adimplévit Dóminus misericórdiam suam. *Judith*, 13.

Ant. 3. *a.* Magnificáta est; erat virtúti cástitas adjuncta. *Judith*, 16.

Ant. 2. D. Non discedébat de templo, jejúniis & obsecratiónibus sérviens nocte ac die. *Luc.* 2.

Ant. 7. *a.* In opéribus.

Canticum. Prov. 31.

Os suum apéruit sapiéntiæ (múlier fortis,) * & lex cleméntiæ in lingua ejus.

Considerávit sémitas domûs suæ; * & panem otiósa non comédit.

Surrexérunt filii ejus, & beatíssimam prædicavérunt; * vir ejus & laudávit eam:

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: * tu supergressa es universas.

Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: * múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur.

Date ei de fructu mánuum suárum; * & laudent eam in portis ópera ejus.

Ant. In opéribus bonis testimónium habens, fílios educávit, omne opus bonum

bonum subsecúta est. *I. Tim.* 5.

Ant. 5. a. Surrexérunt fílii ejus, & beatíssimam prædicavérunt; vir ejus & laudávit eam. *Prov.* 31.

Capitulum. Eccli. 26.

Sicut sol óriens mundo in altíssimis Dei, sic mulíeris bonæ spécies in ornamentum domûs ejus.

Hymnus.

O JAM beáta, quæ suo
Tandem solúta córpore,
Vinclis perenniòribus
Uni Deo conjúngitur!

PER quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos solútæ Cónjuges.

INSIGNIS & nos Féminæ
Sequi decet vestígia;
Magnum vel ipsis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.

QUEIS arsit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre, fac, mens te colat.

¶ ÆTERNE tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Laudéris omni témpore.
Amen.

Si sit Martyr,

℣. Adhæsit ánima mea post te, Deus meus; ℞. Me suscépit déxtera tua. *Ps.* 62.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Supra modum mirábilis, & bonórum memóriâ digna, bono ánimo ferébat propter spem quam in Deum habébat. *II. Mach.* 7.

Oratio.

Deus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perfícitur; largíre nobis, quæsumus, beátæ *N.* Mártyris tuæ triumphum recoléntibus, ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincendi grátiam nobis obtíneat; Per Dóminum.

Si non sit Martyr,

℣. Anima mea Dómino vivet; ℞. Et semen meum sérviet ipsi. *Ps.* 21.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Benedicta es à Dómino; scit enim omnis pópulus mulíerem te esse virtútis. *Ruth*, 3.

Oratio.

Esto, quæsumus, Dómine, intercedénte beátâ *N.* propítius plebi tuæ; ut, quæ tibi non

placent respuentes, tuórum repleámur desidério mandatórum; Per Dóminum.

Si sit Vidua, Oratio.

Deus, in quem sperat omnis ánima quæ, adhuc in terris pósita, se verè víduam sentit ac desolátam; tríbue nobis, quæsumus, ut exemplo beátæ *N.* obsecratiónibus & oratiónibus nocte ac die instantes, cœléstium consolatiónum mereámur esse partícipes; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. In ancilla sua.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Magna.

Capitulum. Eccli. 40.

Fílii & ædificátio civitátis confirmábit nomen, & super hæc múlier immaculáta computábitur.

℟. *br.* Deus meus * Protector est sperántium in se: ℣. Pósuit immaculátam viam meam. * Protector. Glória Patri. ℟. Deus. *Ps.* 17.

℣. Ab omni via mala prohíbui pedes meos, ℟. Ut custódiam verba tua. *Ps.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Non discedébat.

Capitulum. I. Tim. 2.

Volo mulíeres oráre in hábitu ornáto, cum verecúndia & sobrietáte ornantes se, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veste pretiósâ.

℟. *br.* Exultábo & lætábor * In misericórdia tua, Dómine: ℣. Quóniam respexísti humilitátem meam. * In. Glória. ℟. Exultábo. *Ps.* 30.

℣. Ad ómnia mandáta tua dirigébar: ℟. Omnem viam iníquam ódio hábui. *Ps.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Surrexérunt.

Capitulum. Eccli. 36.

Qui póssidet mulíerem bonam, ínchoat possessiónem; adjutórium secundùm illum est, & columna ut réquies.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo; ℣. Et glorificábo nomen tuum in ætérnum. * In. Glória. ℟. Confitébor. *Ps.* 85.

℣. Tu, Dómine, glória mea, ℟. Et exaltans caput meum. *Ps.* 3.

AD VESPERAS.

Antiphona, 5. *toni* a.

Eò quòd castitátem amáveris, manus Dómini confortávit te; &

›enedicta in æ-
ıdith, 15.
g. Multæ fíliæ
érunt divítias :
:essa es univer-
, 31.
d. Tu glória Je-
u lætítia Israel,
ficéntia pópuli
lith, 15.
F. Deus det ti-
ı, ut sit nomen
número sanctó-
ʹtórum. *Judith*,

D. Ora pro no-
iam múlier san-
timens Deum.

m. I. Tim. 2.
r salvábitur per
›rum generatió-
permánserit in
ilectióne, & san-
ıe cum sobrie-

Hymnus, O jam beata, pag. xlix.

Si sit Martyr,

℣. Videant qui odérunt me, & confundantur, ℟. Quóniam tu, Dómine, adjuvisti me. *Ps.* 85.

Ad Magníf. *Ant.* 3. a. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam adjútor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditióne. *Eccli.* 51.

Si non sit Martyr,

℣. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me, ℟. In æquitáte tua. *Ps.* 142.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. Fortitúdo & decor induméntum ejus : date ei de fructu mánuum suárum ; & láudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31.

Orat. ut suprà ad Laudes.



OFFICIUM BEATÆ MARIÆ, IN SABBATO.

Semiduplex.

In omnibus Sabbatis, præter quàm in Adventu, Quadragesimâ, Vigiliis cujuscumque Festi, intra Octavas, & nisi occurrat Festum semiduplex aut suprà, ac nisi Officium fieri debeat de Feria, propter Officium alicujus Dominicæ eo die ponendum, fit Officium de Beata Maria *sub ritu semiduplici, incipiendo à Vesperis Feriæ VI. & terminando cum Nona.*

¶ *Tempore Paschali, hoc Officium fit ut infrà (exceptâ Oratione) addendo unicum* Allelúia *in fine Invitatorii, & in fine omnium Antiphonarum: duplex verò* Allelúia *in Responsoriis etiam brev.*]

Psalmi de Feria in toto Officio.

IN VESPERIS.

Ant. 7. d. Super te oriétur Dóminus, & glória ejus in te vidébitur. *Is.* 60.

Capitulum. Is. 11.

Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascendet; & requiescet super eum Spíritus Dómini.

Hymnus.

Ave, maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Fœlix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

incla reis,
en cæcis,
a pelle,
a poſce.
LA te eſſe ma-

:e preces,
bis natus,
uus.
ingularis,
s mitis,
ſolútos
x caſtos.
præſta pu-

itum;
:s Jeſum,
lætémur.
ſumma Patri,
nma Nato:
ncto
par & honor.
1.
æſentationem,
it eam Deus,
itatiónem ſibi.

;níf. *Ant*. 7. a.
iter qui te por-
ibera quæ ſuxi-
1.
, *ut infrà ad*

eſentationem,
na mea exultá-
nino; ℟. Et de-
ſuper ſalutári
4.
;níf. *Ant*. 5. a.
píritus meus in

Deo ſalutári meo; quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ. *Luc*. 1.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

COMPLETORIUM *ut in Pſalterio.*

Hymnus.

VIRGO Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
HINC méritò dicent te ſécula cuncta Beátam;
Hinc pópuli Matrem te Dominámque colunt.
TU Mater pietátis: opem te póſcimus omnes.
Subvénias fámulis, ô Benedicta, tuis.
GLORIA magna Patri; compar ſit glória Nato:
Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

AD LAUDES.

Ant. 8. g. Benedicta es, *Pſalmi de Sabbato, cum Cantico, ut ſequitur.*

Canticum. Judith. 13.

LAudáte Dóminum Deum noſtrum, * qui non deséruit ſperantes in ſe.

Et in me ancillâ suâ adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israel.

Et interfécit in manu mea * hostem pópuli sui.

Benedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelso * præ ómnibus muliéribus super terram.

Benedictus Dóminus qui creávit cœlum & terram; * qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum:

Quia hódiè nomen tuum ita magnificávit, * ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

Ant. Benedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelso pro ómnibus muliéribus super terram. *Judith,* 13.

Capitulum. Cant. 6.

Quæ est ista quæ progréditur quasi auróra consurgens? pulchra ut luna, electa ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Hymnus.

NUNC auróra, novæ
    núntia lucis,
Tristes orbe procul díssipat umbras.
Quantò lucídior, nocte
    sepultis
Portans ipsa diem, Virgo
    refulges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera
    lucis:
Te si terra dedit munus
    olympo,
Quæ non dona memor
    reddet olympus?

INTER perpétuos Núminis haustus,
O Regína, tibi sánguine
    junctum
Ne dedisce genus; nostra
    fuisti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.

DIVINÆ sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória
    Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen.
Amen.

Ante Præsentationem,

℣. Ipse tanquàm sponsus, ℟. Procédens de thálamo suo. *Ps.* 18.

Ad Bened. Ant. 8. g. Péperit María Fílium suum primogénitum, & vocávit nomen ejus Jesum. *Matth.* 1.

Oratio.

Beáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tui

Nativitátem & partum Maríæ Vírginis consecrasti : quæsumus, Dómine, ut ejusdem Dei genitrícis intercessióne, & in illo renasci & tanti mystérii fructum júgiter in nobis conservare mereámur ; Per eumdem.

Post Præsentationem, ℣. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus ; ℟. Deus in médio ejus; non commovébitur. *Ps.* 45.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. A. Benedícta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis sanitáte gaudére, & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsenti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ ; Per eumdem.

Tempore Paschali,

Oratio.

Deus, qui per Resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es, præsta, quæsumus, ut per ejus genitrícem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ ; Per eumdem.

AD HORAS,

Tempore Paschali, ante Doxologiam, dicitur strophe, Da, Christe. *Et quocumque tempore dicitur sequens Doxologia :*

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Benedictus Dóminus qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum. *Judith*, 13.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Multæ fíliæ congregavérunt divítias ; tu supergressa es univérsas. *Prov.* 31.

Capitulum. Genes. 3.

Ait Dóminus Deus ad serpentem : Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum & semen illíus : ipsa cónteret caput tuum.

℟. *br.* Recordátus est Dóminus * Misericórdiæ suæ ; ℣. Et veritátis suæ dómui Israël. * Misericórdiæ suæ. Glória. ℟. Recordátus est. *Ps.* 97.

℣. Deus operátus est salútem in médio terræ; ℟. Tu confregísti cápita dracónis. *Ps.* 73.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. In te benedicentur univérsæ cognatiónes terræ. *Genes.* 12.

Capitulum. Eccli. 24.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Israël hæreditáre, & in eléctis meis mitte radíces.

℟. *br.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. ℣. Adjuvábit eam Deus manè dilúculo. * Non commovébitur. Glória ℟. Deus. *Ps.* 45.

℣. Oriétur in diébus ejus justítia, ℟. Et abundántia pacis. *Ps.* 71.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Deus osténdet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. *Baruch*, 5.

Capitulum. Judith, 13.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit; ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabúntur, ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabúntur. Glória. ℟. Vultum.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44.



OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Non dicitur, quoties fit Officium semiduplex, aut suprà, aut intra Octavas quascumque, nec à Dominica I. Adventûs ad Octavam Epiphaniæ, nec à Dominica Passionis ad Dominicam in Albis. Aliàs autem dicitur in Choro secundùm usum & consuetudinem locorum, in Festis Simplicibus & Feriis; tuncque omittitur Suffragium de Beata *in Laudibus & Vesperis.*

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Vesperæ dicuntur intra Suffragia: Prima post Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia post Benedicamus *Tertiæ, & sic de cæteris Horis.*

¶ *Tempore Paschali (si dicatur Officium parvum ad devotionem) fit ut infrà, addendo semel* Allelúia, *in fine Invitatorii & Antiphonarum, & bis* Allelúia, *in fine Responsoriorum, etiam brev.*

Absolutio. I. Petr. 1.

Benedictus Deus qui, secundùm misericórdiam suam magnam, regenerávit nos in spem vivam per Resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis. Amen.

Benedictiones de B. ut infrà.

Non dicitur Te Deum.

Ad Laud. & Vesp. tantùm, Oratio Deus qui per Resurrectiónem. *ut suprà pag.* lv. *Fit sola Commemor. de Cruce ut habetur pro Temp. Pasch.*

Quocumque Tempore, ab his qui privatim recitant ad devotionem, potest dici, ad Laud, loco Cantici, Benedicta tu inter mulíeres. *Cantic.* Benedictus Dóminus Deus Israël. *& ad Vesp. loco Cantici,* Ne tímeas. *Cantic.* Magníficat.]

AD MATUTINUM.

Dómine, lábia mea. Deus, in adjutórium. Glória Patri.

Invitatorium. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Psalmus 94.

Veníte, exultémus Dómino; jubilémus Deo salutári nostro. Præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes Deos: quóniam non repellet Dóminus plebem suam: quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud; & áridam fundavérunt manus ejus. Veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos; quia ipse est Dóminus Deus noster, nos autem pópulus ejus & oves páscuæ ejus.

Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Hódiè si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráte corda vestra, sicut in exacerbatióne, secundùm diem tentatiónis in deserto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipsi verò non cognovérunt vias meas; quibus jurávi in ira mea: Si introíbunt in réquiem meam.

Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto; sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sǽcula sæculórum. Amen.

* Veníte, adorémus.

Jesum de María natum, * Veníte, adorémus.

Hymnus.

Davidis sóboles, glória Vírginum,
Christi Virgo parens, te pósuit Deus
Partu virgíneo quæ malè súbdoli
Anguis contéreres caput.

Per te quod mulier perdíderat vetus,
Humáno géneri rédditur áuctius.
Tu clausas míseris, heu nímiùm diù!
Cœlórum réferas fores.

Qui lucis Pater est,
glória sit Patri :
Cujus Virgo parens, gló-
ria Fílio :
Quo fœcunda, tibi, Nexus
amábilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

In Festis Beatæ Mariæ, quibus assignantur in Proprio Psalmi de Officio parvo, dicuntur in Nocturnis novem sequentes Psalmi, cum Antiphonis propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantùm tres Psalmi, secundùm ordinem Feriarum, ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

FERIA II. & V.

Ant. 1.a. Tota pulchra es.

Psalmus 8.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in universa terra !

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium & lactentium perfecisti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus ? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum ?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronasti eum, * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, * oves & boves universas, ínsuper & pécora campi;

Vólucres cœli & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in universa terra !

Psalmus 18.

Cœli enarrant glóriam Dei; * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum; * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ neque sermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum; * & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad

currendam viam : * à summo cœlo egréssio ejus.

Et occursus ejus usque ad summum ejus ; * nec est qui se abscondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in séculum séculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multùm ; * & dulcióra supel mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea ; * in custodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit ? ab occultis meis munda me ; * & ab aliénis parce servo tuo.

Si meì non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * & emundábor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei ; * & meditátio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine, adjut[...] meus, * & redempt[...] meus.

Psalmus 23.

Dómini est terra [...] plenitúdo ejus, [...] orbis terrárum, & unive[...] si qui hábitant in eo.

Quia ipse super már[...] fundávit eum, * & sup[...] flúmina præparávit eu[...]

Quis ascendet in mo[...] tem Dómini ? * aut qu[...] stabit in loco sancto eju[...]

Innocens mánibus [...] mundo corde, * qui n[...] accépit in vano ánima[...] suam, nec jurávit in do[...] próximo suo.

Hic accípiet bene[...] ctiónem à Dómino, * [...] misericórdiam à Deo [...] lutári suo.

Hæc est generátio q[...] réntium eum, * quæ[...] tium fáciem Dei Jac[...]

Attóllite portas, [...] cipes, vestras ; & [...] mini, portæ æterná[...] & introíbit Rex gl[...]

Quis est iste Re[...] riæ ? * Dóminus f[...] potens, Dóminus [...] in prælio.

Attóllite portas [...] cipes, vestras ; & [...] mini, portæ æter[...] & introíbit Rex [...]

Quis est iste

ıinus virtú-
Rex glóriæ.
pulchra es ,
›n eſt in te.

us tanquam
'rocédens de
. *Pſ.* 18.
CTURNO.
:I. & VI.
Suávis es.
s 44.
cor meum
bonum : * .
·a mea regi.
ea cálamus
.óciter ſcri-

formâ præ
ım : diffúſa
ábiis tuis ; *
:nedixit te
ıum.
gládio tuo
uum , * Po-

ẋ pulchritú-
nde , * pró-
& regna ,
ritátem , &
:m , & juſtí-
·dúcet te mi-
era tua.
: acútæ, pó-
dent , * in
·órum regis.
Deus, in ſé-
: * virga di-
ʒa regni tui.
ıſtítiam, &
. f *

odiſti iniquitátem: * pro-ptéreà unxit te , Deus , Deus tuus , óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha & gutta & cáſia à veſtimentis tuis à dómibus ebúrneis , * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Diviſio Pſalmi 44.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto , * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam : * & oblivíſcere pópulum tuum , & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decórem tuum : * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus , & adorábunt eum ;

Et fíliæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis , ab intùs ; * in fímbriis aúreis circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam : * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne , * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nat-

ſunt tibi filii : * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in ætérnum, * & in ſéculum ſéculi.

Pſalmus 45.

Deus noſter refúgium & virtus : * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra ; * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum : * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei ; * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus ; non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna ; * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum : * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram : * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus : * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum : * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Ant. Suávis es & decóra ſicut Jeruſalem : terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta. *Cant. 6.*

℣. Adducentur Regi vírgines poſt eam ; ℟. Próximæ ejus afferentur tibi. *Pſ. 44.*

IN III. NOCTURNO.

FERIA IV. & SABBATO.

Ant. 1. D. Quod naſcétur.

Pſalmus 86.

Fundamenta ejus in móntibus ſanctis : * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum : * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo & homo natus eſt

in ea : * & ipse fundávit eam Altíssimus ?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum , * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium, * ómnium habitátio est in te.

Psalmus 96.

Dóminus regnávit , exultet terra , * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus ; * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet , * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ ; * vidit & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à fácie Dómini , * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus , * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília , * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum , omnes Angeli ejus : * audívit & lætáta est Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua , Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram ; * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odite malum : * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum , de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo , * & rectis corde lætítia.

Lætámini , justi , in Dómino , * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino cánticum novum , * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus , * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : * in conspectu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ * & veritátis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo , omnis terra : * cantáte, & exultáte & psállite.

Psállite Dómino in cíthara , in cíthara & voce psalmi : * in tubis ductílibus , & voce tubæ córneæ.

℣. Deus operátus est salútem in médio terræ; ℟. Tu confregísti cápita dracónis. *Ps.* 73.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. In te benedicentur univérsæ cognatiónes terræ. *Genes.* 12.

Capitulum. Eccli. 24.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Israël hæreditáre, & in eléctis meis mitte radíces.

℟. *br.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. ℣. Adjuvábit eam Deus manè dilúculo. * Non commovébitur. Glória ℟. Deus. *Ps.* 45.

℣. Oriétur in diébus ejus justítia, ℟. Et abundántia pacis. *Ps.* 71.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Deus osténdet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. *Baruch*, 5.

Capitulum. Judith, 13.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabuntur, ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabuntur. Glória. ℟. Vultum.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44.



FFICIUM PARVUM
EATÆ MARIÆ VIRGINIS.

on dicitur, quoties fit Officium semiduplex, aut á, aut intra Octavas quascumque, nec à Do-ca I. Adventûs ad Octavam Epiphaniæ, nec Dominica Passionis ad Dominicam in Albis. is autem dicitur in Choro secundùm usum & con-udinem locorum, in Festis Simplicibus & Feriis; que omittitur Suffragium de Beata *in Laudibus Vesperis.*

ingulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: cium Nocturnum, Laudes & Vesperæ dicuntur Suffragia: Prima post Primam diei, ante Offi-Capituli: Tertia post Benedicamus *Tertiæ, & e cæteris Horis.*

Tempore Paschali (fi ur Officium parvum votionem) fit ut in-ddendo semel Alle- *in fine Invitatorii iphonarum, & bis* a, *in fine Respòn-n, etiam brev.*

ctio. I. Petr. I.

ictus Deus qui, n misericórdiam gnam, regenerá- in spem vivam rectiónem Jesu mórtuis. Amen.

tiones de B.

tur Te Deum.

AD LAUD. & VESP. tantùm, Oratio Deus qui per Resurrectiónem. *ut suprà pag.* lv. *Fit sola Commemor. de Cruce ut habetur pro Temp. Pasch.*

Quocumque Tempore, ab his qui privatìm recitant ad devotionem, potest dici, ad Laud, loco Cantici, Benedicta tu inter mulíeres, *Cantic.* Benedictus Dóminus Deus Israël. *& ad Vesp. loco Cantici,* Ne tímeas. *Cantic.* Magnífic.]

AD MATUTINUM.

Dómine, lábia mea. Deus, in adjutórium. Glória Patri.

Paráta sedes tua ex tunc: * à século tù es.

Elevavérunt flúmina, Dómine; * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos: * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimìs: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo, omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus; * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus, * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus: in æternum misericórdia ejus, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Canticum. Judith, 13.

Laudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperantes in se;

Et in me ancillâ suâ adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israël.

Et interfécit in manu mea * hostem pópuli sui.

Benedícta es tu, fília, à Dómino Deo excelso, * præ ómnibus muliéribus super terram.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. In ancilla sua adimplévit Dóminus misericórdiam suam. *Judith*, 13.

Capitulum. Gal. 4.

Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret, ut

loptiónem filiórum recperémus.

Hymnus.

O Gloriósa Cœlitum
Regína! cœlis púrior:
Quanto, María, fœnore
Reddis quod Eva pérdidit!

CUNCTIS Deum Virgo paris
Desiderátum géntibus.
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redemptæ, pláudite.

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ,
℟. Et veritátis suæ dómui Israël. *Ps.* 97.

Ant. 4. A. Benedícta tu.

Canticum. Luc. 1.

Benedicta tu inter mulíeres, * & benedictus fructus ventris tui.

Et unde hoc mihi, * ut véniat mater Dómini mei ad me?

Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, * exultávit in gaúdio infans in útero meo.

Et beáta quæ credidisti, * quóniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino.

Ant. Benedícta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui, *Luc.* 1.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluisti: præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur; Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Hymnus.

SALUTIS auctor, sis memor
Nostri quòd olim córporis
De puríssima Vírginum
Nascendo formam súmpseris.

MARIA Mater grátiæ,
Mater misericórdiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et, mortis horâ, súscipe.

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempiterna sécula.
Amen.

Ant. 1. D. Benedictiónem.

Psalmus 53.

Deus, in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam, * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam alièni insurrexérunt adversùm me, & fortes quæsiérunt ánimam meam, * & non proposuérunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dísperde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me: * & super inimícos meos despexit óculus meus.

Psalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum, * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspectu ejus; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Divisio Psalmi 95.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus universa terra: * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovébitur; * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cœli, & exultet terra; commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

it orbem terræ
e; * & pópulos
: sua.
atri, & Fílio, *
sancto:
at, &c.
Benedictiónem
géntium dedit
nus. *Eccli.* 44.
n. Genes. 22.
it semen tuum
; inimicórum
k benedicentur
e tuo omnes
ræ.
nedicentur in
s tribus terræ;
es gentes ma-
it eum. *Ps.* 71.
ratio.
, Dómine, fá-
; tuos subsídiis
beátæ Maríæ
írginis patrocí-
dentes, à cun-
bus & perículis
úros; Per Dó-

ERTIAM.
ymnus.
maris stella,
mater alma,
iper virgo,
i porta.
ıs illud Ave
ore,
os in pace,
væ nomen.
ıs summa Patri,
umma Nato:

Spirítui sancto
Par laus, par & honor.
Amen.
Ant. 4. d. Sanctificávit.
Psalmus 14.

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non accépit adversùs próximos suos.

Ad níhilum deductus est in conspectu ejus malignus; * timentes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo, & non décipit: * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, * ánimam meam convertit.

Deduxit me super sé-

mitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam * adversùs eos qui tribulant me.

Impinguasti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Psalmus 127.

Beáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivárum * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúsalem
diébus vitæ tuæ
Et vídeas fil
rum tuórum,
super Israël.

Ant. Sanctifi
bernáculum suu
simus: Deus i
ejus. *Ps.* 45.

Capitulum. E

Qui creávit
quiévit in t
lo meo, & di
In Jacob inhábi
Israël hæreditá
electis meis mitt

℣. Elégit ea
nus, ℟. In habi
sibi. *Ps.* 131.

Oratio.

Deus, qui sal
næ, beáta
virginitáte fœcu
máno géneri
præstitisti: tribu
sumus, ut ipsan
bis intercédere se
per quam mer
ctórem vitæ susc
minum nostru
Christum Filiu
Qui tecum.

AD SEXT

Hymnus

Solve vincla
Profer lumen
Mala nostra pel
Bona cuncta pos
Monstra te
trem;

te preces,
obis natus,
tuus.
summa Patri,
mma Nato:
ncto
par & honor.
i.
i. Tu glória.
lmus 98.
us regnávit,
ntur pópuli: *
per Chérubim,
terra.
us in Sion ma-
: excelsus super
pulos.
ntur nómini
o, quóniam
: sanctum est; *
regis judícium

asti directió-
lícium & justí-
cob tu fecisti.
Psalmi 98.
: Dóminum
nostrum, &
abellum pedum
óniam sanctum

& Aaron in
us ejus, * &
ter eos qui in-
omen ejus.
ant Dóminum,
audiébat eos: *
na nubis loque-
eos.
iébant testimó-

nia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propítius fuísti eis, & ulciscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus; * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël, * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiissent nos.

Cùm irascerétur furor eórum in nos, * fórsitàn aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransívit ánima nostra: * fórsitàn pertransisset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erepta est * de láqueo venántium:

Laqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Tu glória Jeru-

salem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. *Judith*, 16.

Capitulum. Eccli. 24.

Et sic in Sion firmáta sum : & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potestas mea.

℣. Magna est glória ejus, ℟. In salutári tuo. *Ps.* 20.

Oratio.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium : ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio, à nostris iniquitátibus resurgámus; Per eumdem Dóminum.

AD NONAM.

Hymnus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus summa Patri,
Sit laus summa Nato :
Spirítui sancto
Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 1. g. In omni.

Psalmus 84.

Benedixisti, Dómine, terram tuam; * avertisti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem plebis tuæ; * operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigasti omnem iram tuam, * avertisti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus salutáris noster; * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irascéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Divisio Psalmi 84.

Deus, tu conversus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Ostende nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem suam;

Et super sanctos suos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum salutáre ipsíus; * ut inhábitet glória in terra nostra.

Altera divisio Psalmi 84.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta
t, * & justítia de cœlo
rospexit.

Etenim Dóminus dabit
enignitátem, * & terra
ostra dabit fructum
uum.

Justítia ante eum am-
bulábit, * & ponet in
ia gressus suos.

Ant. In omni gente
quæ audíerit nomen
uum, magnificábitur su-
per te Dóminus Deus
Israël. *Judith*, 13.

Capitulum. Judith, 13.

Nomen tuum ita ma-
gnificávit Dóminus,
ut non recédat laus tua de
ore hóminum qui mémo-
res fúerint virtutis Dómi-
ni in ætérnum.

℣. Mémores erunt nó-
minis tui, ℟. In omni
generatióne & generatió-
nem. *Ps.* 44.

Oratio.

Concéde, quæsumus,
omnípotens Deus,
ut fidéles tui qui colunt
nomen sanctíssimæ Vír-
ginis Maríæ, ejusdem
piâ intercessióne, à cun-
ctis malis eruantur in
terris, & ad gaúdia ætér-
na pervéniant in cœlis;
Per Dóminum nostrum
Jesum Christum Filium
tuum qui tecum vivit &
regnat in unitáte, &c.

A D V E S P E R A S.

℣. Deus, in adjutó-
rium, &c.

Ant. 3. c. Quàm pul-
chra es.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dó-
mino meo: * Sede
à dextris meis,

Donec ponam inimícos
tuos * scabellum pedum
tuórum.

Virgam virtútis tuæ emit-
tet Dóminus ex Sion; *
domináre in médio inï-
micórum tuórum.

Tecum princípium in
die virtútis tuæ, in splen-
dóribus sanctórum; * ex
útero ante lucíferum gé-
nui te.

Jurávit Dóminus, &
non pœnitébit eum: * Tu
es Sacerdos in ætérnum
secundùm órdinem Mel-
chísedech.

Dóminus à dextris
tuis, * confrégit in die
iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus,
implébit ruínas; * con-
quassábit cápita in terra
multórum.

De torrente in via bi-
bet; * proptéreà exaltá-
bit caput.

Psalmus 112.

Laudáte, púeri, Dó-
minum: * laudáte
nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum * ex hoc nunc, & usque in séculum.

A solis ortu usque ad occásum * laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus; * & super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster qui in altis hábitat, * & humília réspicit in cœlo & in terra?

Súscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens paúperem;

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Psalmus 121.

Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi:* In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Jerúsalem;

Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipsum.

Illùc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini; * testimónium Israel, ad confitendum nómini Dómini:

Quia illìc sedérunt sedes in judício, * se[...] domum David.

Rogáte quæ [...] sunt Jerúsalem, [...] dántia diligénti[...]

Fiat pax in virt[...] & abundántia i[...] tuis.

Propter fratres [...] próximos meos, [...] bar pacem de te[...]

Propter domum [...] Dei nostri, * qu[...] na tibi.

Psalmus 1[...]

Nisi Dóminus [...] verit dom[...] vanum laborav[...] ædíficant eam.

Nisi Dóminus [...] rit civitátem, [...] vígilat qui cust[...]

Vanum est v[...] lucem súrgere: [...] postquam sedér[...] manducátis pan[...] ris.

Cùm déderit d[...] somnum: * ecc[...] tas Dómini fílii [...] fructus ventris.

Sicut sagittæ [...] potentis, * ita f[...] sórum.

Beátus vir qui [...] desidérium suu[...] sis: * non co[...] cùm loquétur ini[...] in porta.

mus 130.
e, non eſt exal-
ı cor meum; *
. ſunt óculi mei.
nbulávi in ma-
que in mirabíli-
me.
umíliter ſentié-
d exaltávi áni-
n;
lactátus eſt ſu-
ſua, * ita retri-
ıima mea.
ſrael in Dómi-
oc nunc, & uſ-
ılum.
ıàm pulchra es,
decóra; caríſſi-
íciis! *Cant.* 7.
ım. Eccli. 24.
ter pulchræ di-
ıis & timóris, &
, & ſanctæ ſpei.
ymnus.
ınc, Virgo, colis
da regna,
lè tuæ múnera
:is:
a dedit munus
ympo,
dona memor
ldet olympus!
ι perpétuos Nú-
nis hauſtus,
, tibi ſánguine
ıctum
:e genus; noſtra
iſti,
cta parens, Vir-
, Tonantis.

g 2

Divinæ sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Vultum tuum deprecabuntur ℟. Omnes dívites plebis. *Pſ.* 44.

Ant. 8. g. María.

Canticum. Luc. 1.

Ne tímeas, María; * invenisti enim grátiam apud Deum.

Ecce concípies in útero, & páries fílium, * & vocábis nomen ejus Jeſum.

Hic erit magnus, * & Fílius Altíſſimi vocábitur.

Et dabit illi Dóminus Deus * ſedem David patris ejus.

Et regnábit in domo Jacob in æternum; * & regni ejus non erit finis.

Ant. María, invenisti grátiam apud Deum. *Luc.* 1.

Oratio.

Córdibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; &, intercedente ſanctíſſimâ Dei Genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 4. f. Oculi.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Divisio Psalmi 120.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & usque in séculum.

Psalmus 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum;

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ suæ, * ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Miserére nostrî, Dómine, miserére nostrî; * quia multùm repléti sumus despectióne.

Quia multùm repléta est ánima nostra; * oppróbrium abundántibus & despéctio supérbis.

Ant. Oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum donec misereátur nostri.

Ps. 122.

Hymnus.

Maria, mater grátiæ,
Mater misericórdiæ,
Tu nos ab hoste prótege,
Et, mortis horâ, súscipe.
Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

Capitulum. Esther, 15.

Memoráre dictum humilitátis tuæ, & ínvoca Dóminum: & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte.

℣. Ora pro nobis, san-

·nitrix, ℞. Ut di-
ámur promissió-
:isti.
℣. d. Sub tuum
n.

cum. Luc. 2.

dimittis servum
ı, Dómine, * se-
verbum tuum in

vidérunt óculi
utáre tuum,
parasti * ante fá-
ıium populórum;
ad revelatiónem
, * & glóriam
e Israel.
ub tuum præsí-
ıfúgimus; sancta
trix: nostras de-
ıes ne despícias
itátibus, sed à
cunctis líbera nos
Virgo gloriósa &
ı.

Oratio.

Maríæ semper
nis, quæsumus,
, intercéssio glo-
prótegat, & ad
rdúcat æternam;
ıinum.
. DE BEATA,
devotionem.
ta, íntegra &
ı es, María:
effecta fúlgida
i porta.

O Mater alma Christi
cáríssima!
Súscipe pia laudum præ-
cónia.
Nostra ut pura péctora
sint & córpora,
Te nunc flágitant devóta
corda & ora.
Tua per precáta dulcí-
sona
Nobis concédas véniam
per sécula.
O benigna! O benigna!
O benigna!
Quæ sola involáta per-
mansisti.

Responsor. sequens IN ECCL. CATH. cantatur singulis Sabbatis à Natali Domini ad Præsentationem Domini exclusivè.

℞. Gaude, María Virgo: cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabriélis Archángeli dictis credidisti: * Dùm Virgo Deum & hóminem genuisti: † Et post partum, Virgo inviolàta permansisti. ℣. Gabriélem Archángelum scimus divínitùs te esse affátum, úterum tuum de Spíritu Sancto crédimus imprægnátum. Erubescat Judæus infélix, qui dicit Christum ex Joseph sémine esse natum * Dùm Virgo. Glória. † Et post partum.

OFFICIUM S. ELIGII,

PER HEBDOMADAM,

IN ECCLESIA CATHEDRALI TANTUM.

Semiduplex.

[*In omni Feria III.* (*extra Adventum, Quadrag. & totum Tempus Paschale*), *quæ non est impedita per Vigiliam cujuscumque Festi, aut per diem intra quamcumque Octavam, vel per Festum Semiduplex, aut suprà, fit de S. Eligio, sub ritu Semiduplici, incipiendo à Vesperis Feriæ II; nisi in hac Feria II. fiat de Festo Semid. aut suprà; tunc enim Vesperæ integræ dicentur de Festo, cum Comm. de S. Eligio. Et pariter si occurrat Feriâ IV. Festum Semid. aut suprà, tunc in Feria III. Vesperæ erunt integræ de sequenti cum Commem. de S. Eligio*].

Omnia de Communi SS. Pontificum pag. xvj. *exceptis quæ sequuntur.*

Psalmi Feriales in toto Officio.

AD I. VESPERAS.

Capitulum. I. Machab. 14.

Vir amátor civitátis, & benè aúdiens pro affectu Pater appellabátur.

Hymnus.

Eligi, Regis populíque votis
Te vocat Christus; Dómino jubente,
Te fides semper comitata nostras
Vexit ad aras.

Ad sacras ædes áditus nefandos
Cuncta perrumpens sibi fecit aurum:
Una te virtus tulit ad suprémi
Culmen honóris.

Prodigus vitæ, cupidúsque mortis,
Ausus insános abolére cultus,
Et reluctantes stygios ubíque
Cónteris hostes.

s gregem pavit dape
lautióri?
ɔeres fovit potióre
curâ?
s labor, quæ vis te-
neríque quantus
rdor amóris!
potens verbo, rege
nos Magister;
oce pompam fugien-
tis ævi.
ue da verum per opá-
ca noctis
érnere lumen.
STRA te summum
célebrent Parentem
, te summo génitum
Parente;
sit ambórum tibi laus
per omne
píritus ævum. Amen.
. Veníte, filii, audíte
: ℟. Timórem Dómi-
locébo vos. *Ps.* 33.
l Magníficat. *Ant.* 1. f.
tis mihi est Deus, quó-
dò cúpiam omnes vos
viscéribus Christi. *Phi-
*). 1.
atio, infrà ad Laudes.
die 2. Jan. ad Præsent.
Commemor. de B. V.
ip. ut notatur in Pro-
ɔ de Tempore, & sic ad
udes, & II. Vesp.

ADLAUDES.

apitulum. Philipp. 1.
Confídens hoc ipsum,
quia qui cœpit in vo-
opus bonum, perfí-
t usque *in diem Christi*
Jesu: sicut est mihi justum
hoc sentíre pro ómnibus
vobis: eò quòd hábeam
vos in corde, in defen-
sióne & confirmatióne
Evangélii, sócios gáudii
mei omnes vos esse.

Hymnus.

ASTRIS Elígium te
pósuit Deus
Quem terris plácidum
præbúerat ducem:
Tellus orba dolet, dítior
at suo
Exultat polus hóspite.
QUI tot largus opes
fudit egéntibus,
Thesauris frúitur nunc Sa-
piéntiæ:
Spretis delíciis gáudia pér-
cipit;
Spretis regnat honóribus.
QUI tot virgínibus con-
stítuit domos,
Admisítque suis sédibus
ádvenas,
Illum, Christe, memor,
sidéreâ domo,
Ætérno récipis sinu.
PATRI máxima laus,
máxima Fílio,
Ambórum tibi par laus
quoque Spíritus;
Fac nos, Elígio sub duce,
fílios
Cœli præmia cónsequi.
Amen.
℣. Non abscondi mise-
ricórdiam tuam, & veri-
tátem tuam, ℟. A concí-
lio multo. *Ps.* 39.

Ad Benedictus *Ant.* 6. F. Os nostrum patet ad vos; cor nostrum dilatátum est ad vos. *II. Corinth.* 6.

Oratio.

Deus, qui beátum Elígium, Pontíficem nostrum, misericórdiæ viscéribus implevisti; quæsumus ut quem, tuâ grátiâ, paúperum patrem efficisti, benignum pro nobis intercessórem júgiter esse largiáris; Per Dóminum.

AD II. VESPERAS.

Capitulum. Hebr. 13.

Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei; quorum intuentes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

Hymnus, Eligi. *ut in I. Vesperis*, *p.* lxxviij.

℣. Transíbo in locum tabernáculi admirábilis, ℟. Usque ad domum Dei. *Ps.* 41.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. a. Memória ejus in benedictióne est. Magnificávit eum Deus; glorificávit illum, & ostendit illi glóriam suam. *Eccli.* 45.

Oratio, Deus qui, *ut suprà ad Laudes*.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Ant. Dómine.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè: * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tuì: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; lavábo per síngulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter ómnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes

:·mini iniquitá-
|uóniam exaudí-
inus vocem fletûs

/it Dóminus de-
ıem meam: * Dó-
ratiónem meam

ˆcant & contur-
:hementer omnes
mei: * conver-
erubeſcant valdè
·.

ˆalmus 31.

quorum remiſſæ
iniquitátes; * &
tecta ſunt peccáta.
: vir cui non im-
Dóminus peccá-
nec eſt in ſpíritu
ıs.
ım tácui, invete-
: oſſa mea * dum
n totâ die.
iam die ac nocte
eſt ſuper me ma-
* converſus ſum
na mea dum con-
pina.
um meum cógni-
i feci, * & in-
ı meam non abſ-

Confitébor adver-
injuſtítiam meam
); * & tu remiſiſti
:em peccáti mei.
c orábit ad te om-
:tus * in témpore
no.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me: * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris: * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fíeri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris; * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino & exultáte, juſti; * & gloriámini, omnes recti corde.

Pſalmus 37.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergressæ sunt caput meum, * & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt & corruptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem; * totâ die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliátus sum nimìs, * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum; * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est; derelíquit me virtus mea, * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amíci mei & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè stetérunt, * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam, * & sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non aúdiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi: * tu exaúdies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagella parátus sum, * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me; * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi, * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus; * ne discésseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Psalmus 50.

Miserére meî, Deus, * secundùm magnam misericórdiam tuam.

Et secundùm multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci; * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dexisti; * incerta & occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssópo, & undábor: * lavábis me, super nivem dealbár.

udítui meo dabis gaú'm & lætitiam, * & ltábunt ossa humiliáta.

verte fáciem tuam à átis meis, * & omnes uitátes meas dele.

or mundum crea in Deus, * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum sanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrifícium, dedissem útique: * holocaustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocausta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Psalmus 101.

Dómine, exaudi oratiónem meam: * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me : * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me.

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pelicáno ſolitúdinis : * factus ſum ſicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam; * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt : * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes : * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miſeréberis Sion; * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus : * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine; * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion; * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium; * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera : * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : * Dóminus de cœlo in terram aſpexit:

Ut audíret gémitus compeditórum; * ut ſólveret fílios interemptórum;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jeruſalem;

In conveniendo pópulos in unum, * & reges, ut ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ : * Paucitátem

diérum

diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundásti: * & ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes; * & omnes sicut vestimentum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt; * & semen eórum in séculum dirigétur.

Psalmus 129.

De profundis clamávi ad te, Dómine; * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est, * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus, * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Psalmus 142.

Dómine, exaudi oratiónem meam; áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua justítia:

Et non intres in judícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam; * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi; * & anxiátus est super me spíritus meus: in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avertas fáciem

uam à me, * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * & in misericórdia tua disperdes inimícos meos:

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego servus tuus sum.

Ant. Dómine, memor esto meî, & ne vindíctam sumas de peccátis meis, neque reminiscáris delícta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3.

LITANIÆ SANCTORUM.

Kyrie, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miserére nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli & Archángeli, oráte.
Omnes sancti beatórum spirítuum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joannes Baptista, ora pro nobis.
Sancte Joseph, or
Sancte Jóachim, o
Omnes sancti Patriarc & Prophétæ, or
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andréa,
Sancte Jacóbe, (2
ora pro nobis.
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacóbe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholom
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,

ıadæe, ora.
atthía, ora.
rnaba, ora.
ca, ora.
arce, ora.
ncti Apóstoli &
:listæ, oráte.
ancti Discípuli
ıi, oráte.
nctiInnocentes,
ro nobis.
:phane, ora.
ne, ora.
ete, ora.
emens, ora.
ste, ora.
ɔrnéli, ora.
ypriáne, ora.
urenti, ora.
ıſi, ora.
ɔdegári, ora.
ıcenti, ora.
ma, ora.
niáne, ora.
ıyſi cum sóciis
ora.
íci cum sóciis
ora.
ſi cum sóciis
ora.
íne cum só-
ora.
yte cum só-
ora.
Mártyres,
bis.
ora.
, ora.
, ora.
e, ora.

Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Medarde, ora.
Sancte Achári, ora.
Sancte Elígi, ora.
Repetitur,
Sancte Elígi, ora.
Sancte Mommoléne, ora.
Sancte Eunúci, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Germáne, ora.
Sancte Remígi, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Albíne, ora.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Francisce Saléſi, ora pro nobis.
Omnes sancti Pontífices, oráte pro nobis.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Furſæe, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominíce, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte Hermelande, ora.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte pro nobis.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte pro nobis.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Vanenge, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes sancti Justi, oráte pro nobis.
Sancta Anna, ora.

Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Godeberta, ora.
Sancta Hunegundis, ora.
Sancta Therésia, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta Radegundis, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta María Ægyptia, or.
Omnes sanctæ Vírgines, Víduæ & Pœnitentes, oráte pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto; parce nobis, Dómine.
Propítius esto; exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera.
A damnatióne perpétua, líbera nos, Dómine.
A subitánea & improvísa morte, líbera nos, Dómine.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos, Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.

Ab omni immundítia mentis & córporis, líbera nos, Dómine.
Ab ira & ódio, & omni mala voluntáte, líbera nos, Dómine.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem & Circumcisiónem tuam, líbera.
Per Baptísmum & sanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Passiónem & Crucem tuam, líber
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbe
Per admirábilem Asc siónem tuam, líb
Per adventum Spír sancti Paracléti, líb
In die judícii, lí
Peccatóres, Te rogá audi nos.
Ut pacem & sanitáte bis dones, te rog
Ut Ecclésiam tuan ctam régere & co re dignéris, te ro
Ut Domnum Apos & omnes grad siásticos in san gióne conserv gnéris, te
Ut Pontíficem cum omni co ne sibi comn serváre dig rogámus, a

Ut Regem nostrum in salútem pópuli conserváre dignéris, te rogámus.

Ut cunctum pópulum Christiánum tuo pretióso sánguine redemptum régere & conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut Régibus & Princípibus Christiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, te.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempiterna bona retríbuas, te.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrórum ab æterna damnatióne erípias, te.

Ut fructus terræ dare & conserváre dignéris, te.

Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut nos exaudíre dignéris, te rogamus, audi nos.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater. *usque ad* Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non secundùm peccáta nostra fácias nobis, ℟. Neque secundùm iniquitátes nostras retríbuas nobis. *Ps.* 102.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Ps.* 60.

℣. Orémus pro Pastóre nostro. ℟. Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum. *Ps.* 40.

℣. Pro Rege nostro. ℟. Dómine, salvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19.

℣. Pro benefactóribus nostris. ℟. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, & lux perpétua lúceat eis.

℣. Pro infirmis, afflictis, captívis & peregrínis. ℟. Líbera eos, Deus, ex ómnibus tribulatiónibus suis. *Ps.* 24.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te. *Ps.* 85.

℣. Memor esto congregatiónis tuæ, ℟. Quam possedisti ab inítio. *Ps.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

Psalm. Deus, in adjutórium, *pag.* 143.

℣. Dómine, exaudi, &c.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper, & párcere: súscipe deprecatiónem nostram; ut nos & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietátis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam clementer ostende: ut simul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpas delinquéntium districtè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúses; ut, qui pondus tuæ animadversiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam sentiámus.

Deus, ómnium fidélium Pastor & rector, fámulum tuum *N.* quem Pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, propítius réspice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest profícere, ut ad vitam, unà cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* & dírige eum secundùm tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ: ut, te donante, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noster *N.* qui tuâ miseratióne suscépit regni gubernácula, virtú-

tum étiam ómnium percípiat increménta; quibus decenter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, (hoſtes ſuperáre); & ad te, qui via, véritas & vita es, gratióſius váleat perveníre.

Deus, à quo ſancta deſidéria, recta consília, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, &, hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquilla.

Ure igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

Actiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat & per te cœpta finiátur.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

Omnípotens ſempiterne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniumque miſeréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænoſcis; te ſúpplices exorámus ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quóſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur; Per Dóminum.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.



ORDO

COMMENDATIONIS ANIMÆ,

ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrie, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Sancta María, ora pro eo [*vel* ea].
Omnes sancti Angeli & Archángeli, oráte pro eo [*vel* ea].
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Justórum, ora pro eo [*vel* ea].
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes-Baptista, ora pro eo [*vel* ea].
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocentes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.

Sancte Laurenti, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Sylvester, ora
Sancte Grégori, or
Sancte Augustíne, or
Sancte Medarde, o
Sancte Elígi, o
Omnes sancti Pontific
or
Sancte Benedicte,
Sancte Francisce,
Omnes sancti Mona
Eremítæ,
Sancta María Magd
Sancta Lúcia,
Sancta Anastásia,
Omnes sanctæ Vir
Víduæ,
Omnes Sancti &
Dei, intercédi
[*vel* ea].
Propítius esto;
Dómine.
Propítius esto; l
[*vel* eam].
Propítius esto;
[*vel* eam]
Ab ira tua,

ıala morte , líbera.
ıcnis inferni , líbera.
omni malo , líbera.
ɔoteſtáte diáboli ,
líbera.
Nativitátem tuam ,
líbera.
Crucem & Paſſiónem
uam , líbera.
Mortem & Sepultú-
am tuam , líbera.
gloriófam Reſurre-
ctiónem tuam , líbera.
admirábilem Aſcen-
iónem tuam , líbera.
grátiam Spíritûs ſancti
Paracléti , líbera.
die judícii , líbera.
ccatóres , te rogámus ,
udi nos.
ei parcas , te rogámus.
ie , eléiſon.
iſte , eléiſon.
e , eléiſon.
de , cùm in agone ſui
ùs anxiatur anima ,
dicitur :
oficiſcere , ánima
riſtiána , de hoc
o in nómine Dei
omnipotentis , qui
vit ; in nómine Jeſu
Fílii Dei vivi, qui
aſſus eſt ; in nómi-
tûs ſancti , qui in
s eſt ; in nómine
um & Archange-
in nómine Thro-
& Dominatió-
nómine Princi-
pátuum & Poteſtátum , in nómine Chérubim & Séraphim , in nómine Patriarchárum & Prophetárum, in nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum , in nómine ſanctórum Mártyrum & Confeſſórum , in nómine ſanctórum Monachórum & Eremitárum , in nómine ſanctárum Vírginum , & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus , & habitátio tua in ſancta Sion ; Per Christum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.

Deus miséricors, Deus clemens , Deus , qui ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles , & præteritórum críminum culpas véniâ remiſſiónis evácuas , réſpice propítius ſuper * hunc fámulum tuum *N.* [*vel* hanc fámulam tuam *N.*] & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcentem deprecátus exaudi. Rénova in * eo [*vel* ea], piiſſime Pater , quidquid terrénâ fragilitáte corruptum , vel quidquid diabólicâ frau-

de violátum est; & unitáti córporis Ecclésiæ membrum redemptiónis annecte. Miserére, Dómine, gemítuum; miserére lacrymárum ejus; & non habentem fidúciam nisi in tua misericórdia, ad tuæ sacramentum reconciliatiónis admitte; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, * caríssime frater [*vel* caríssima soror,] & ei, cujus es creatúra, committo: ut, cùm humanitátis débitum persólveris, ad eum qui te de limo terræ formávit, revertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de córpore spléndidus Angelórum cœtus occurrat: judex Apostolórum tibi senátus advéniat; candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Confessórum turma circumdet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat; beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus adstringat; mitis atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decernat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod str det in flammis, quod cr ciat in tormentis. Ced tibi teterrimus sátan cum satellítibus suis: i adventu tuo, te comitá tibus Angelis, contremi cat, atque in ætérnæ no ctis chaos immáne diffi giat. Exurgat Deus, dissipentur inimíci eju & fúgiant qui odéru eum à fácie ejus. Sic déficit fumus, defíciant sicut fluit cera à fáci ignis, sic péreant peccat res à fácie Dei; & ju epulentur, & exultent i conspectu Dei. Confu dantur ígitur & erube cant omnes tartáreæ le giónes, & minístri sát næ iter tuum imped non aúdeant. Líberet t cruciátu Christus qui te crucifixus est: líb te ab ætérna morte C stus qui pro te mori gnátus est. Constítu Christus Fílius Dei intra paradísi sui se amœna viréntia, & oves suas te verus i stor agnoscat. Ille a nibus peccátis tuis solvat, atque ad dé suam in electóru rum te sorte con Redemptórem tuu ad fáciem vídeas;

ſens ſempérque aſſiſtens, manifeſtiſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. * Conſtitútus [*vel* Conſtitúta] ígitur inter ágmina Beatórum contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Súſcipe, Dómine, * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam] in locum ſperandæ ſibi ſalvatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus ex ómnibus perículis inferni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Enoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Noë de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti tres púeros de camíno ignis ardentis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti David de manu regis Saül, & de manu Góliæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatíſſimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus * ſervi tui [*vel* ancillæ tuæ,] &

tecum fácias in bonis cœléstibus congaudére. ℟. Amen.

Commendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ,] precamúrque te, Dómine Jesu Christe, Salvátor mundi, ut eam, propter quam ad terram descendisti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnosce, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, sed à te solo Deo vivo & vero; quia non est álius Deus præter te, & non est secundùm ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspectu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum quas suscitávit furor mali desidérii. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum sanctum non negávit, sed crédidit; & zelum Dei in se hábuit, & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit. ℟. Amen.

Oratio.

Delicta juventútis, & ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris, Dómine: sed secundùm magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiantur ei Cœli; collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, creatúram tuam súscipe. Suscípiat eam sanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiæ cœlestis méruit principátum. Véniant illi óbviàm sancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœlestem Jerúsalem. Suscípiat eam beátus Petrus Apóstolus, cui à Deo claves regni cœlestis tráditæ sunt. Adjuvet eam beátus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro ea sanctus Joannes, electus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia. Orent pro ea omnes sancti Apóstoli, quibus à Dómino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercédant pro ea omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Christi nómine tormenta in hoc século sustinuérunt; ut vínculis carnis exúta, perveníre mereátur ad glóriam regni cœlestis, præstante Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spíritu sancto vivit & regnat in sécula seculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Psalmus Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam, *pag.* 58. *& totus Psalmus* Beáti immaculáti, *per Horas Dominicæ distributus, pag.* 60. *& seq.*

Egressâ autem animâ, dicitur: ℟. In te, Dómine, sperávi; non confúndar in æternum: accélera ut éruas me. In manus tuas commendo spíritum meum: * Redemísti me, Dómine Deus veritátis: illustra fáciem tuam super * servum tuum [*vel* ancillam tuam], * salvum [*vel* salvam] me fac in misericórdia tua.

℣. Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. * Redemísti me. *Ps.* 30. *Act.* 7.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò Pater noster.

Clarâ voce ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * servo tuo [*vel* ancilla tua], Dómine; ℟. Quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens. *Ps.* 142.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi; ℟. Et ánimas paúperum tuórum ne obliviscáris in finem. *Ps.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* ut * defunctus [*vel* defuncta] século, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

Tum aspergitur Corpus aquâ benedictâ.



OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora sequentis Officii incipitur absolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Psalmus 114.

Dilexi; quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus & justus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus; * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In hoc Officio, in fine omnium Psalmorum & Canticorum dicitur:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

Ant. O Dómine, líbera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi!

Psalmus 119.

Ad Dóminum, cùm tribulárer clamávi, * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, ad linguam dolósam?

Sagittæ potentis ac tæ, * cum carbónib desolatóriis.

Heu mihi! quia in látus meus prolong est; habitávi cum h tántibus Cedar: * tùm íncola fuit á mea.

Cum his qui od pacem, eram pacífic

cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est.

Ant. 8. d. Auxílium.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. g. Si

Psalmus 129.

De profundis clamávi ad te, Dómine; * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est, * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus, * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes observáveris, Dómine; Dómine, quis sustinébit?

Ant. 2. D. Opera.

Psalmus 137.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nó-

Super misericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini; * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excelsus Dóminus, & humília réspicit; * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me; * & super iram inimicórum meórum extendisti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retribuet pro me: * Dómine, misericórdia tua in séculum; ópera mánuum tuárum ne despícias.

Ant. Opera mánuum tuárum ne despícias.

Continuò dicitur:

Ad Magníficat. *Ant.* 1. a. Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet; & eum qui venit ad me, non ejíciam forás. *Joann.* 6.

Kyrie, eléison. ℟. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò Pater noster.

Clarâ voce. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem: ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt justi; ℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Ps.* 111.

℣. A porta ínferi, ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. *Ps.* 88.

℣. Credo vidére bona Dómini, ℟. In terra viséntium. *Ps.* 26.

Psalmus 145.

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea, * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, * in filiis hóminum in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit verit[illegible] in séculum, facit judí[illegible] injúriam patiéntibu[illegible] dat escam esuriénti[illegible]

Dóminus solvit compeditos, * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas: pupillum & víduam suscípiet, * & vias peccatórum disperdet.

Regnábit Dóminus in sécula; * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

In depositione Defuncti,
Oratio.

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui *N.* quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis ac lucis regióne constituas, & sanctórum tuórum júbeas esse consortem; Per Dóminum nostrum.

Pro Diacono, post litteram N. *additur* Diáconi.

In depositione Defunctæ,
Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* & à contágiis mortalitátis exútam in ætérnæ salvatiónis partem restítue; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

In depositione Sacerdotis,
Oratio.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Sacerdotáli fecisti dignitáte vigére: præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio; Per Dóminum nostrum.

Pro Episcopo, loco Sacerdotáli, *dicitur* Pontificáli.

In Anniversariis dicuntur tres Orationes; scilicet, 1. Deus indulgentiárum, 2. Deus, véniæ largitor *vel* Miserére, 3. Fidélium.

Deus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ * fámuli tui *N.* [Sacerdótis, *vel* Pontíficis] [*vel* famulæ tuæ *N*]. cujus [*vel* animábus famulórum tuórum *N.* & *N.* quorum] [*vel* famulárum tuárum *N.* & *N.* quarum] anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigé-

rii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro Benefactoribus.

Deus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos & benefactóres, qui ex hoc século transiérunt, beátâ Maríâ semper vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.

Alia Oratio pro Benefactoribus.

Miserére, quæsumus, Dómine, animábus ómnium benefactórum nostrórum defunctórum; & de benefíciis quæ nobis largíti sunt in terris, æterna præmia consequantur in cœlis.

Pro omnibus Defunctis.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequantur; Qui vivis & regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Si aliud Officium non sequatur, hæc Oratio finitur per istam conclusionem : Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs sancti, Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Requiescant in pace. ℟. Amen.

[*Privatim pro patre & matre,*

Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepisti, miserére clementer animábus patris mei, ac matris meæ, eorúmque peccáta dimitte; meque eos in æternæ claritátis gaúdio fac vidére; Per Dóminum].

AD VIGILIAS.

Invitatorium. Deum cui omnes vivunt, * Veníte, adorémus. *Luc,* 20.

Psalm. Veníte, *p.* lviij.

Vigiliæ dicuntur cum tribus Nocturnis in depositione corporis, & in omnibus Anniversariis, ritu duplici celebrandis. In iis verò quæ ritu simplici fiunt, ubi dicitur unicum Nocturnum, Feriâ II. & V. dicitur primum; Feriâ III. & VI. secundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Dómine.

Psalmus 5.

Verba mea aúribus pércipe ; Dómine : * intéllige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, * Dómine, manè exaúdies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem : * perdes omnes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ,

Introíbo in domum tuam ; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtítia tua : * propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas : * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum ; linguis ſuis dolóſè agébant : * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis : ſecundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos, * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te : * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces juſto.

Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ * coronaſti nos.

Ant. Dómine, deduc me in juſtítia tua : propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam.

Ant. 8. g. Salvum me fac.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me ; * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum : * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè : * sed tu, Dómine, úsquequò ?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam:* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tuî : * in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo; lavábo per síngulas noctes lectum meum,* lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubescant valdè velóciter.

Ant. Salvum me fac propter misericórdiam tuam, quóniam non est in morte qui memor sit tuî.

Ant. 3. c. Illúmina.

Psalmus 12.

Usquequò, Dóm oblivíscéris me nem ? * úsquequò a fáciem tuam à me ?

Quámdiù ponam c lia in ánima mea, lórem in corde me diem ?

Usquequò exalt inimícus meus super réspice, & exaudi Dómine Deus meu

Illúmina óculos n ne unquàm obdór in morte : * nequ dicat inimícus m Præválui adversùs

Qui tríbulant me, tábunt si motus fúe ego autem in mise dia tua sperávi.

Exultábit cor me salutári tuo : cantáb mino qui bona tríbu hi, * & psallam n Dómini altíssimi.

Ant. Illúmina ó meos, ne unquam o miam in morte.

℣. Ne tradas l ánimas confiténtes ℟. Et ánimas paúp tuórum ne oblivíscá finem. *Ps.* 73.

Secretò. Pater. *D altâ voce* ℣. Et ne n dúcas in tentatió ℟. Sed líbera nos à r

Lectiones leguntur sine Absolutione, & sine Benedictionibus.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 7.

Milítia est vita hóminis super terram; & sicut dies mercenárii dies ejus. Sicut servus desíderat umbram, & sicut mercenárius præstolatur finem óperis sui; sic & ego hábui menses vácuos, & noctes laboriósas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam: Quando consurgam? & rursùm expectábo vésperam, & replébor dolóribus usque ad ténebras. Indúta est caro mea putrédine & sórdibus púlveris; cutis mea aruit & contracta est. Dies mei velóciùs transíerunt quàm à texente tela succíditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento quia ventus est vita mea; & non revertétur óculus meus, ut vídeat bona: nec aspíciet me visus hóminis.

In fine Lectionum non dicitur Tu autem, *nec quidquam aliud.*

℟. *j.* Velóciter exaudi me, Dómine; quia defecérunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruérunt: * Dies mei sicut umbra declinavérunt. ℣. Quæ est vita? Vapor est ad módicum parens. * Dies mei. *Ps.* 101. *Jac.* 4.

Lectio ij. Cap. 17.

Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt torquentes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm post ténebras spero lucem. Si sustinúero, infernus domus mea est, & in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es: Mater mea, & soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, & patiéntiam meam quis consíderat? In profundíssimum infernum descendent ómnia mea: putásne saltem ibi erit réquies mihi?

℟. *ij.* Peccávi valdè; sed * Precor, Dómine, ut tránsferas iniquitátem servi tui; quia stultè egi nimìs. ℣. Deus, propítius esto mihi peccatóri. * Precor, Dómine. *II. Reg.* 24. *Luc.* 18.

Lectio iij. Cap. 19.

Pelli meæ, consumptis cárnibus, adhæsit os meum; & derelícta sunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miserémini meî, miserémini meî, saltem vos amíci mei,

quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribantur sermónes mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo férreo, & plumbi láminâ, vel celte sculpantur in sílice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: & rursùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, & óculi mei conspectúri sunt, & non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. *iij.* Non intres in judícium cum servo tuo, Dómine; * Quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. Si justus vix salvábitur, ímpius & peccátor ubi parébunt? * Quia non justificábitur. *Psalm.* 142. *I. Petr.* 4.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. In médio.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, * ánimam meam convertit.

Deduxit me super sémitas justítiæ * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala; * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguasti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine. *Ps.* 22.

Ant. 8. g. Delicta.

Psalmus 24.

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confído, non erubescam.

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim universi qui sústinent te, non confundentur.

Confundantur omnes

iníqua agentes * supervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonstra mihi; * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me, * quia tu es Deus salvâtor meus, & te sustínui totâ die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * & misericordiárum tuárum quæ à século sunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secundùm misericórdiam tuam memento meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício, * docébit mites vias suas.

Ant. Delícta juventútis meæ & ignorántias meas ne memíneris. *Ps.* 24.

Ant. 4. a. Vide.

Divisio Psalmi 24.

Universæ viæ Dómini misericórdia & véritas * requiréntibus testamentum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo; * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum est Dóminus timéntibus eum; * & testamentum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum, * quóniam ipse evellet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére meî, * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt; * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum, * & dimitte universa delícta mea.

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæsérunt mihi; * quia sustínui te.

tuam à me ; ℟. Ne declínes in ira à servo tuo. *Ps.* 26.

Pater noster. *secretò.*

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

Homil. de Dormient. Edit. Bened. §. 1. & 2. *Lectio iv.*

Deus corpus dissolvit, & in illo habitantem ánimam priùs edúcit ceu ex domo quápiam ; ut pòst in eamdem magnificéntiùs constructam domum ánimam cum majóri glória redúcat.... Ne ítaque intueáris eum cujus clausi sunt óculi, qui mutus jacet ; sed eum qui resúrget, & accípiet glóriam ineffábilem & stupendam mirabilémque : atque à præsenti hujúsmodi aspectu cogitatiónes transfer in spem

molestéque fe dignéris. Grá qui ábstulit, ctum exorna fúneri hæc j didè persolv mittas.

℟. iv. Deu ssleas à me : trahas me cu ribus ; & cu bus iniquitá das me. ℣. P erit in stag igne & súlph simul. *Ps.* 27

Lectio v.

Mors quie sudóribu seculáribus lib ígitur ex pro quem víderis tem, ne ind sed compúnge ipsum redi

præcíde, facta tua expende, erráta córrige, óptimam fac morum mutatiónem...... Cógita ad quem abíerit, & consolatiónem áccipe. Eò scílicet ubi Paulus est, ubi Petrus, ubi Sanctórum chorus omnis. Cógita quómodò resurrectúrus sit, cum quanta glória & splendóre. Animo réputa, te fletu & lácrymis in re illa nihil immutatúrum, vel emendatúrum; sed tibi ipsi damnum ingens allatúrum. Cógita, cùm id facis, quos imitéris, & fuge consórtium in peccátis hujúsmodi. Quos ergò imitáris? Quos æmuláris? Infidéles, qui spem non habent; quemádmodùm & Paulus dixit: Ut non contristémini sicut & céteri qui spem non habent.

℟. v. Ego ad Dóminum aspíciam, expectábo Deum salvatórem meum: consurgam, cùm sédero in ténebris: * Iram Dómini portábo, quóniam peccávi ei. ℣. Flagellat Dóminus omnem fílium quem récipit. * Iram Dómini. *Mich.* 7. *Hebr.* 12.

Lectio vj. Homil. 41. *in I. Corinth.*

Si amícus tuus excessit, oportet, quoad fíeri potest, te ei succúrrere, non lácrymis, sed précibus, sed eleemósynis, sed oblatiónibus. Non sunt enim hæc témerè excogitáta, neque frustrà eórum qui excessérunt, in divínis mystériis meminimus, & pro ipsis accédimus rogantes Agnum propósitum, qui mundi peccátum tulit; sed ut indè eis áliqua sit consolátio. Nec abs re is qui astat altári, dum veneranda peraguntur mystéria, clamat: Pro ómnibus qui in Christo dormiérunt, & iis qui ipsórum célebrant memóriam. Proptéreà fidenter pro orbe terræ tunc rogámus, & eos cum Martyribus nominámus, cum Confessóribus, cum Sacerdótibus. Etenìm unum corpus omnes sumus, etiamsi sint membra membris splendidióra; & fíeri potest, ut véniam eis omni ex parte conciliémus, & à précibus, & à donis quæ pro iis offeruntur, & ab iis qui cum ipsis nominantur. Cur ergò doles? Cur luges & lamentáris?

quando defúncto potest tanta conciliári vénia.

℞. vij. Clamávi ad te, Dómine; dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium. * Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo. ℣. Jesu, Fili David, miserére mei. * Educ. *Ps.* 141. *Marc.* 10.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Unam pétii.

Psalmus 26.

Dóminus illuminátio mea & salus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ: * à quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocentes, * ut edant carnes meas;

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt & cecidérunt.

Si consístant adversùm me castra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram; * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me

in tabe
die mal
in absc
fui.
In pet
& nun
meum
meos.
Circu
in taber
stiam v
cantábo
cam Dó
Ant.
mino,
ut inhá
Dómini.
Ant. 4
Divis
Exaud
cem
vi ad te
& exaud
Tibi d
Exquisívi
fáciem tu
requíram
Ne aver
à me: * n
à servo tu
Adjúto
ne dereli
que despí
salutáris
Quónia
& mater
runt me;
tem assum
Legem
mine, in

dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me; * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age; * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Ps.* 26.

Ant. 8. d. Sitívit.

Psalmus 41.

Quemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam & apparébo ante fáciem Dei;

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídiè: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam, * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis usque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confessiónis, * sonûs epulantis.

Quare tristis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultûs mei & Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbáta est; * proptéreà memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblítus es meî, * & quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es, ánima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? *Ps.* 41.

℣. Quare tristis es, ánima mea, & quare conturbas me? ℞. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi. *Ps.* 41.

Pater noster. *secretò*.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli, ad Corínthios.

Lectio vij. Cap. 15.

Si Christus prædicátur quòd resurrexit à mórtuis, quómodò quidam dicunt in vobis: Quóniam resurréctio mortuórum non est? Si autem resurréctio mortuórum non est; neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inánis est ergò prædicátio nostra, inánis est & fides vestra: invenímur autem & falsi testes Dei; quóniam testimónium díximus adversùs Deum, quòd suscitáverit Christum quem non suscitávit, si mórtui non resurgunt. Nam si mórtui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccátis vestris. Ergò & qui dormiérunt in Christo, periérunt. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabilióres sumus ómnibus homínibus. Nunc autem Christus resurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

℞. *vij*. Scio quòd Redemptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: * Et in carne mea vidébo Deum meum. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. * Et in carne mea. *Job.* 19. *I. Cor.* 15.

Lectio viij.

Sed dicet áliquis: Quómodò resurgunt mórtui? qualíve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, nisi priùs moriátur? Et quod séminas, non corpus quod futúrum est,

ſéminas, ſed nudum granum, ut puta trítici aut alicújus ceterórum: Deus autem dat illi corpus ſicut vult; & unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro eádem caro: ſed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píſcium. Et córpora cœléſtia, & córpora terréſtria: ſed ália quidem cœléſtium glória, ália autem terréſtrium: ália cláritas ſolis, ália cláritas lunæ, & ália cláritas ſtellárum; ſtella enim à ſtella differt in claritáte. Sic & reſurréctio mortuórum. Seminátur in corruptióne, ſurget in incorruptióne: ſeminátur in ignobilitáte, ſurget in glória: seminátur in infirmitáte, ſurget in virtúte: ſeminátur corpus animále, ſurget corpus ſpiritále.

℞. *viij*. Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium. ℣. Procédent qui bona fecérunt, in reſurrectiónem vitæ: qui verò mala egérunt, in reſurrectiónem judícii. * Evigilábunt. *Daniel.* 12. *n.* 5.

Lectio ix.

Ecce myſtérium vobis dico: Omnes quidem reſurgémus, ſed non omnes immutábimur. In momento, in ictu óculi, in noviſſima tuba, canet enim tuba, & mórtui reſurgent incorrupti: & nos immutábimur. Oportet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. Cùm autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victória. Ubi eſt, mors, victória tua? Ubi eſt, mors, ſtímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum eſt: virtus verò peccáti, lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum. Itaque, fratres mei dilecti, ſtábiles eſtóte & immóbiles: abundantes in ópere Dómini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inánis in Dómino.

℞. *ix*. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me. Non absórbeat me profundum; neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. * Exaudi me, quóniam * Benigna eſt mi-

ſericórdia tua : * Intende ánimæ meæ, & libera eam. ℣. Miſerére meî, Dómine, fili David: Dómine, ádjuva me. * Exaudi me. ℣. Dómine Deus, Rex ſeculórum, ſolus pius es. * Benigna eſt. ℣. Occíſus es, Dómine, & redemiſti nos Deo in ſánguine tuo. * Intende ánimæ meæ. *Pſ.* 68. *Matth.* 15. *Apoc.* 15. *Apoc.* 5.

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Secundùm.

Pſalmus 50.

Miſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea ; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti ; * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſsópo, & mundábor : * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & om nes iniquitátes meas del

Cor mundum crea i me, Deus, * & ſpíritu rectum ínnova in viſcé bus meis.

Ne projícias me à fa tua, * & Spíritum ſanct tuum ne aúferas à me

Redde mihi læti ſalutáris tui, * & ſp principáli confirma

Docébo iníquos tuas, * & ímpii convertentur.

Líbera me de ſan bus, Deus, Deus meæ ; * & exultá gua mea juſtítian

Dómine, lábia r ries, * & os m nuntiábit lauden

Quóniam ſi vol crifícium, dedi que : * holoca delectáberis.

Sacrifícium

s contribulátus : * cor
ntrítum & humiliátum,
eus , non despícies.
Benignè fac , Dómine ,
bona voluntáte tua
on ; * ut ædificentur
uri Jerúsalem.
Tunc acceptábis sacrifí-
um justítiæ , oblatiónes
holocausta : * tunc im-
nent super altáre tuum
tulos.
Ant. Secundùm multi-
dinem miseratiónum
árum dele iniquitátem
eam. *Ps.* 50.
Ant. 8. g. Exaudi.
Psalmus 64.
Te decet hymnus, Deus,
in Sion; * & tibi red-
tur votum in Jerúsalem.
Exaudi oratiónem me-
: * ad te omnis caro
iet.
erba iniquórum præ-
érunt super nos ; * &
etátibus nostris tu
itiáberis.
átus quem elegisti &
ipsisti ! * inhabitábit
iis tuis.
ébimur in bonis do-
ıæ : * sanctum est
ım tuum , mirábile
itáte.
i nos , Deus salu-
ster ; * spes óm-
nium terræ , & in
ıgè.
rans montes in
virtúte tua , accinctus po-
téntiâ : * qui conturbas
profundum maris, sonum
flúctuum ejus.
Turbabuntur gentes ,
& timébunt qui hábitant
términos à signis tuis : *
éxitus matutíni & véspere
delectábis.
Visitasti terram , & in-
ebriasti eam:* multiplica-
sti locupletáre eam.
Flumen Dei replétum
est aquis: parasti cibum
illórum ; * quóniam ita
est præparátio ejus.
Rivos ejus inébria, mul-
típlica genímina ejus ; *
in stillicídiis ejus lætá-
bitur gérminans.
Benedíces corónæ anni
benignitátis tuæ , * &
campi tui replebuntur
ubertáte.
Pinguescent speciósa
deserti , * & exultatióne
colles accingentur.
Indúti sunt aríetes
óvium , & valles abundá-
bunt frumento : * clamá-
bunt ; étenim hymnum
dicent.
Ant. Exaudi, Deus, ora-
tiónem meam : ad te om-
nis caro véniet. *Ps.* 64.
Ant. 4. E. Propter.
Psalmus 142.
Dómine, exaudi ora-
tiónem meam : aúri-
bus pércipe obsecratió-

nem meam in veritáte tua; * exaudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam; * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi, * & anxiátus est super me spíritus meus; in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine; ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego servus tuus sum.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me. *Ps.* 142.

Ant. 2. D. Miserére nostri.

Canticum. Baruch. 3.

Dómine omnípotens, Deus Israel, * ánima in angústiis, & spíritus ánxius clamat ad te.

Audi, Dómine, & miserére, * quia Deus es miséricors.

Et miserére nostrì, * quia peccávimus ante te.

Quia tu sedes in sempitérnum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Israel, * audi nunc oratiónem mortuórum Israël.

Et filiórum ipsórum qui peccavérunt ante te, &

non audiérunt vocem Dómini Dei sui, * & agglutináta sunt nobis mala.

Noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum; * sed memento manûs tuæ, & nóminis tui in témpore isto.

Quia tu es Dóminus Deus noster, * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miserére nostrî, Dómine, quia peccávimus ante te. *Baruch.* 3.

Ant. 7. b. Omnis spíritus.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono ubæ: * laudáte eum in saltério & cíthara.

Laudáte eum in tymino & choro: * laudáte um in chordis & órgano.

.audáte eum in cymbabenè sonántibus; laue eum in cymbalis jutiónis: * omnis spírilaudet Dóminum.

t. Omnis spíritus lau-Dóminum. *Ps.* 150.

Benedictus *Ant.* 1. a. sum resurréctio, & qui credit in me, etiamsi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum. *Joann.* 11.

Pater. *& cetera ut suprà ad Vesperas,* p. c. *excepto quòd loco Psalmi* Lauda, ánima, *dicitur Psalm.* 129. De profundis, *pag.* 155.

COMMENDATIONES DEFUNCTORUM.

Quando pro pluribus fiunt, dicuntur Orationes in plurali.

℟. Dómine Deus, audi nunc oratiónem mortuórum Israel, qui peccavérunt ante te. Noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum, sed * Memento manûs tuæ & nóminis tui. ℣. Occísus es, Dómine, & redemisti nos Deo in sánguine tuo. * Memento. *Baruch.* 3. *Apoc.* 5.

Absolutè sine Orémus.

Oratio.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus (*vel* fámulæ tuæ *N.* ut defuncta) século tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis absterge; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Oratio.

órdiam tuam, ine sancte, Pa- potens, æterne etátis affectu ro- áliis cógimur, nostris rogáre s nequáquàm suffi- Tamen de tua i gratúita pietáte & bili bonitáte, cle- iam tuam depósci- , ut ánimam * fá- li tui (*vel* fámulæ e) N. ad te reverten- m cum benignitáte suscí- ias. Adsit ei Angelus estamenti tui Míchael, & per manus sanctórum Angelórum tuórum inter sanctos & electos tuos, in sinu Abrahæ, Isaac & Jacob Patriarchárum tuó- rum eam collocáre di- gnéris, quátenùs liberáta de princípibus tenebrá- rum & de locis pœná- rum, nullis jam primævæ nativitátis vel ignorán- tiæ, aut própriæ iniqui- tátis, seu fragilitátis con- fundátur erróribus; sed agnoscátur à Sanctis tuis, & sanctæ beatitúdinis réquie perfruátur; ut, cùm magni judícii dies advé- nerit, inter sanctos & electos tuos * resuscitá- tus, (*vel* resuscitáta) glóriâ manifestæ contem- platiónis tuæ perpétuò satiétur; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Psalm. 113. In éxitu Israel de Ægypto, pag. 75. *in cujus fine*, Réquiem, &c. *& posteà dicitur:*

Ant. 2. D. Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; adjútor eó- rum & protector eórum est. *Ps.* 113.

Oratio.

Omnípotens sempit ne Deus, qui hu no córpori ánimam similitúdinem tuam spiráre dignátus es; te jubente, pulv púlverem revértit imáginem tuam sanctis & electis t dibus æternis F sociári; eámqu reverténtem de pártibus bland que suscípias, tuos sanctos mittas: viám stítiæ demon tas glóriæ Repelle, qu mine, ab e cipes tene agnosce d quod tuu Dómine, non à d tam, se

'ero; quia non
)eus præter te,
& non est se-
pera tua. Lætífi-
ntíssime Pater,
jus, & clarífica
ıultitúdine mi-
: tuæ. Ne me-
ąuæsumus, ini-
ejus antiquá-
suscitávit furor
.érii. Licèt enim
, tamen te non
sed signo fídei
te, qui ómnia,
ıter ómnia fe-
liter adorávit;
& regnas Deus.
ɜn.
Dilexi, *p.* 173.
›. 139. Laudáte
, omnes gentes,
ıfitémini, *p.* 58.
lm. Beáti imma-
Horas Domini-
us, p. 60. *In fine*
lmi, Réquiem,
led dicitur:
;. Circumdedé-
olóres mortis;
ı inferni inve-
:. O Dómine,
imam meam.

›ratio.

lneris novitáte
.si, & quodám-
libus sauciáti,
iam tuam,
lemptor, flebí-

libus vócibus implorámus; ut ánimam * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, reverténtem blandè leniterque suscípias; & quas ex carnáli contagióne contraxit máculas, tu, Deus, inólitâ bonitáte clementer déleas, piè indúlgeas, oblivióni in perpétuum tradas: atque hanc, laudem tibi cum céteris reddituram, & ad corpus próprium quandóque reversúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias; Qui cum Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò.*

Clara voce, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Clamávi ad te, Dómine; dixi: Tu es spes mea, ℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Ps.* 141.

℣. Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo; ℟. Me expectant justi, donec retríbuas mihi. *Ps.* 141.

℣. Custódi ánimam meam, & éruc me, ℟.

Non erubescam, quóniam sperávi in te. *Ps.* 24.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Partem beátæ resurrectiónis obtíneat, quæsumus, Dómine, ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* vitámque ætérnam habére mereátur in cœlis; Per te, Jesu Christe, Salvátor mundi.

Deus, cui soli cómpetit, medicínam præstáre post mortem; præsta, quæsumus, ut ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* terrénis exúta contágiis in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

ANTE PRANDIUM.

Benedícite. ℟. Dóminus. ℣. Oculi ómnium in te sperant, Dómine; & tu das illis escam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Ps.* 144.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò Pater. *usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Oratio.

Bénedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, Domne, benedícere.

Benedictio. Mensæ cœléstis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur: Tu autem, Dómine, miserére nostrî.

℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO
Post Prandium.

Qui benedixit mensam, incipit: ℣. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, ℟. Et sancti tui benedícant tibi. *Ps.* 144.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. *Postea dicit:*

Agimus

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro universis benefíciis tuis; Qui vivis & regnas in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

Deindè, procedendo ad Ecclesiam, alternatìm dicitur Ps. 50. Miserére, *p.* 176. *Quotiès verò non proceditur, dicitur:*

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus: ℟. Justítia ejus manet in sǽculum sǽculi. *Ps.* 111.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Ps.* 33.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Aúdiant mansuéti, & læténtur. *Ps.* 33.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipsum. *Ps.* 33.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, ℟. Ex hoc nunc & usque in sǽculum. *Ps.* 110.

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Submissiori voce: Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ante Cœnam.

Benedícite. ℟. Dóminus. ℣. Edent paúperes, & saturabúntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in sǽculum sǽculi. *Ps.* 21.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò Pater noster, &c. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Oratio.

Bénedic, Dómine, dona † tua quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum.

Ad Lect. Benedict. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO post Cœnam.

Qui benedixit mensam, dicit :

Memóriam fecit mirabílium suórum, *& alii prosequuntur*, Miséricors & miserátor Dóminus : escam dedit timéntibus se. *Ps.* 110.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. *Posteà dicit ;*

Benedíctus Deus in donis suis, & sanctus in ómnibus opéribus suis : Qui vivit & regnat in sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

Psalm. Laudate *& reliqua, ut suprà*, pag. cxxj.

[IN JEJUNIIS.

Ad refectionem fit Benedictio mensæ, & Gratiarum actio, ut notatum est pro Cœna.]

PRÆDICTUS modus benedicendi mensam, & gratias agendi mutatur diebus infrà scriptis, ut sequitur.

AD UTRAMQ. REFECT.

TEMP. ADVENT.

Ad libitum & devotionem.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dóminus. ℣. Vénient & laudábunt in monte Sion, & confluent ad bona Dómini; ... & ultrà non esúrient. *Jerem.* 31. Glória Patri. Kyrie, *& reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

Beátus qui manducábit panem in regno Dei. *Luc.* 14. Glória Patri *& reliqua omnia, ut suprà, excepto quòd loco Psalmi* Miserére *dicitur: Ps.* 64. Benedixísti, Dómine, terram tuam, *cum suis Divisiónibus*, pag. xxij.

A NATALI DOMINI, *ad Vigil. Epiphaniæ.*

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dóminus. ℣. Verbum caro factum est; allelúia; & habitávit in nobis; allelúia. *Joann.* 1. Glória Patri. Kyrie eléison. *& reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

Notum fecit Dóminus, allelúia; salutáre suum; allelúia. *Ps.* 97. Glória Patri. *& reliqua omnia ut suprà, excepto quòd loco Psalmi* Miserére, *dicitur Ps.* 97. Cantáte Dómino cánticum novum; * quia mirabília fecit, *pag.* 129.

[redacted]

IN EPIPHANIA DOMINI, & per Octavam.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dómi-nus. ℣. Omnes de Saba vénient, allelúia, aurum & thus deferentes: allelúia. *Is.* 60. Glória. Kyrie. & *reliqua*, *ut suprà*.

GRATIARUM ACTIO.

Reges Tharsis & Insulæ múnera ófferent, allelúia; Reges Arabum & Saba dona adducent; allelúia. *Ps.* 71. Glória & *reliqua omnia*, *ut suprà*, *excepto quòd loco Psalmi* Miserére, *dicitur Psalmus* 71. Deus, judícium tuum Regi da, *pag.* 128.

A SEPTUAGESIMA *Ad Fer. IV. Maj. Hebd.* *Ad libitum & devotionem.*

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dómi-nus. ℣. In sudóre vultus tui vescéris pane, nec revertáris in terram de quâ sumptus es. *Gen.* 3. Glória Patri, ...

GRATIARUM ACTIO.

...áti qui lavant stolas suas in sánguine ..., ut sit potestas ... in ligno vitæ. ... 22. Glória, & *re-* ... *omnia*, *ut suprà*, *excepto quòd loco Psalm* Miserére, *dicitur Psalmus* 31. Beáti quorum remissæ sunt iniquitátes, &c. *pag.* 141.

FER. IV. V. ET VI. *Majoris Hebdomadæ.*

BENEDICTIO.

Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem. *Philipp.* 2. *Secretò*, Pater. *integrè*.

Deindè nihil dicendo, signo crucis benedicitur mensa: quæ benedictio Feriâ sextâ omittitur.

Ad Lectionem non datur benedictio, nec dicitur Tu autem.

GRATIARUM ACTIO.

Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Philipp.* 2. *Psalm.* Miserére *sine* Glória. *Secretò*. Pater. *integrè*.

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre torméntum, *secretò*, Qui tecum.

SABB. SANCTO.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dómi-nus. ℣. Cùm transísset Sábbatum, María Magda-

lénæ, & María Jacóbi, & Salóme emérunt arómata, ut venientes úngerent Jesum; allelúia. *Marc.* 16. Kyrie. & *reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

Vésperè autem Sábbati quæ lucéscit in prima Sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María vidére sepulcrum; allelúia. *Matth.* 28.

Benedíctus Deus in donis suis, &c. *Psalmus*, Laudáte Dóminum, omnes gentes, *p.* cxxj. Kyrie. Pater. Dispersit. & *reliqua, ut suprà.*

IN DIE SANCTO PASCHÆ,

& *usque ad Prandium sequentis Sabbati inclusivè.*

BENEDICTIO.

Benedícite. ℞. Dóminus. ℣. Hæc dies quam fecit Dóminus; exultémus & lætémur in ea; allelúia. *Ps.* 117. Glória Patri. Kyrie, eléison. & *reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

Hæc dies quam fecit Dóminus; allelúia; exultémus & lætémur in ea; allelúia. *Ps.* 117. Glória. & *reliqua omnia, ut suprà, excepto quòd loco Psalmi* Miserére, *dicitur Ps.* 117. Confitémini, *pag.* 58.

TEMPORE PASCH.

Sive ab Octava Paschæ ad Ascensionem.

Ad libitum & devotionem.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℞. Dóminus. ℣. Non esúrient neque sítient; ... quia miserátor eórum reget eos, & ad fontes aquárum potábit eos; allelúia. *Is.* 49. Glória.

GRATIARUM ACTIO.

Non esúrient neque sítient ámplius; ... quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos, & dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum; allelúia. *Apoc.* 7. Glória, & *reliqua omnia, ut suprà, excepto quòd loco Psalmi* Miserére, *dicitur Psalmus* 117. Confitémini, *p.* 58.

IN ASCENSIONE DOMINI,

& *usque ad Vigiliam Pentecostes.*

BENEDICTIO.

Benedícite. ℞. Dóminus. ℣. Ascendens Christus in altum, allelúia; captívam duxit captivitátem; allelúia. *Ephes.* 4. Glória Patri. Kyrie eléison. & *reliqua, ut suprà.*

[redacted]

GRATIARUM ACTIO.

Ascendit Deus in jubilatióne; allelúia; &)óminus in voce tubæ; llelúia. *Ps.* 46. Glória. *reliqua omnia, ut suprà, xcepto quòd loco Psal. Aiserére, dicitur Psalmus* 37. Confitébor.... quoiam audisti, *pag.* 91.

N PENTECOSTE *& per Hebdomadam.*

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dóminus. ℣. Spíritus Dóini replévit orbem terrárum; allelúia; & hc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis allelúia. Glória. *Sap.* 1. Kyrie. *& reliqua, ut suprà.*

GRATIARUM ACTIO.

Repléti sunt omnes Spíritu sancto; allelúia; & cœpérunt loqui; allelúia. *Act.* 2. Glória Patri. *& reliqua omnia ut suprà, excepto quòd loco Ps.* Miserére, *dicitur Psalm.* 147. Lauda, Jerusalem, Dóminum, *pag.* 115.

ITINERARIUM.

Viator, in ipso itineris ressu, si solus fuerit, t in singulari, si cum 's, in plurali, ea quæ untur.

unticum, Benedictus inus, *pag.* 57.

ur. 5. C. In viam & prosperitátis dícos omnípotens & cors Dóminus: & s Ráphael comitéoiscum in via, ut e, salúte & gaúdio nur ad própria.

RECES.

, eléison. Christe, on. Kyrie, eléi-

Pater. *usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos, ℟. Deus meus, sperantes in te. *Ps.* 85.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto, ℟. Et de Sion tuére nos. *Ps.* 19.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Ps.* 60.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis; ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Ps.* 88.

℣. Benedictus Dóminus die quotídie, ℟. Prósperum iter fáciat nobis

n nostró-
s, Dómine,
nobis; ℟. Et
s édoce nos.
am dirigantur
æ, ℟. Ad custo-
justificatiónes
Ps. 118.
unt prava in dire-
℟. Et áspera in vias
s. Is. 40.
. Angelis suis Deus
ndávit de te, ℟. Ut
stódiant te in ómnibus
iis tuis. Ps. 90.
℣. Dómine, exaudi,
&c.

Oratio.

Deus, qui filios Israel per maris médium sicco vestígio ire fecisti, quíque Magis iter ad te, stellâ duce, pandisti; tríbue nobis, quæsumus, iter prósperum, tempúsque tranquillum; ut, Angelo tuo sancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demùm ad æternæ salútis portum perveníre felíciter valeámus.

Deus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custo-
... quæsumus ut nos fámulos tuos custodíre dignéris. Esto nobis, Dómine, in procinctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore tegumentum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, prósperè perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

Adesto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris; & viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperit
dispóne; ut inter om
viæ & vitæ hujus v
tátes tuo semper pr
mur auxílio.

Præsta, quæsu
nípotens De
mília tua per vi
incédat; & be
præcursóris
sectando, ad
prædixit,
niat, Dóm
Jesum Ch
tuum; Qu
℟. Am
℣. P
pace in
℟.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Ps. 83. Quàm dilecta, *pag.* 135.

Ps. 84. Benedixisti, *cum suis Divisionibus*, *p.* lxxij.

Ps. 85. Inclína, *p.* 177.

Ps. 115. Crédidi, *p.* 139.

Ps. 129. De profundis, *pag.* 155.

Ant. Dómine, memor esto meî; & ne vindíctam sumas de peccátis meis, neque reminiscáris delícta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3.

PRECES.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, &c. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40.

℣. Convértere, Dómine: úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, ℟. Quemádmodum sperávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur justítiam, ℟. Et sancti tui exultent. *Ps.* 131.

℣. Ab occultis meis munda me, Dómine, ℟. Et ab aliénis parce servo tuo. *Ps.* 18.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

Oratio.

Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, & grátiâ sancti Spíritûs illúmina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministráre, téque æternâ caritáte dilígere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet secrétum: purífica per infusiónem sancti Spíritûs cogitatiónes cordis nostri, ut te perfectè dilígere, & dignè laudáre mereámur.

Ure igne sancti Spíritûs renes nostros, & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto córpore serviámus, & mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paraclétus qui à te procé-

illúminet, & indú- omnem, ficut tuus nisit Filius veritátem. dsit nobis, quæsumus, Dómine, vir- Spíritûs sancti; quæ corda nostra clementer xpurget, & ab ómnibus ueátur adversis.

Deus, qui corda fidélium sancti Spíritûs illustratióne docuisti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, & de ejus semper consolatióne gaudére.

Consciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purífica; ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO
POST MISSAM.

Cant. trium puer. Dan. 3. Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino, *p.* 55. *Ps.* 150. Laudate Dóminum in sanctis ejus, *p.* 56.

Ant. Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: laudáte & superexaltáte eum in sécula.

PRECES.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, ℟. Et sancti tui benedícant tibi. *Ps.* 144.

℣. Exultábunt sancti in glória; ℟. Lætabuntur in cubílibus suis. *Ps.* 149.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis, ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Ps.* 113.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

Oratio.

Majestátem tuam, D[illegible] mine, supplíci[illegible] exorámus, ne perire [illegible] tiáris quibus tanta re[illegible] dia providisti; sed, [illegible] divíni frequentatión[illegible] stérii, crescat nostr[illegible] lútis effectus.

ta, quæsumus, Dómine, famíliam a: & corda nostra is dicáta mystériis vigili tuére pietáte; ut édia salútis ætérnæ, e te miserante percí- unt, te protegente cu- diant.

uæsumus, Dómine, Deus noster, ut quos vínâ tríbuis participa- ne gaudére, humánis n sinas subjacére perí- lis.

ognóscimus, Dómi- ne, tuæ circa nos cle- éntiæ largitátem: & eò fiduciáliùs implorá- us, ut quos páscere n désinis imméritos, : dignè tibi servíre per- cias, & donis uberióri- s prosequáris.

Actiónes nostras, quæ- sumus, Dómine, spirando præveni, & djuvando proséquere; t cuncta nostra orátio & perátio à te semper in- ípiat, & per te cœpta niátur.

Adjuvet nos grátia tua, omnípotens Deus, ut ui offícium Sacerdotále uscépimus, dignè ac de- 'ótè tibi in omni puritáte c consciéntia bona, fa- nulári valeámus: &, si ion póssumus in tanta innocéntia vitæ conver- sári, ut debémus, con- céde nobis tamen dignè flere mala, quæ fécimus, & in spíritu humilitátis ac bonæ voluntátis propó- sito, tibi ferventiùs de cétero deservíre; Per Christum Dóminum no- strum.

Amen.

Aliæ Orationes pro gra- tiarum actione & ad ob- tinendam stabilem in Dei famulatu perseverantiam.

Oratio.

Dómine Jesu, Salvátor ómnium hóminum, máximè fidélium, Re- demptor mundi, & con- servátor animárum, me fámulum tuum, ante majestátem tuam pro- strátum benigníssimè ré- spice: & sacrifícium quod in honórem nóminis tui pro salúte fidélium, tàm vivórum, quàm defun- ctórum, & pro peccátis & offensiónibus meis ób- tuli, piíssimè réspice: iram tuam à me rémove, grátiam & misericórdiam mihi concéde, jánuam paradísi mihi pande, ab ómnibus malis me po- tenter éripe: & quidquid próprio commísi reátu clementer indulge. Sic in hoc sæculo in præceptis

ne perseveráre, electórum gregi efficiar, te præ- Dómine Jesu, men benedíctum, tque regnum pér- in sǽcula sæculó- Amen.

Psalmus 16.

audi, Dómine, ju- stítiam meam; * ende deprecatiónem am.

Aúribus pércipe oratió- em meam, * non in ábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat; * óculi tui vídeant æquitátes.

Probásti cor meum, & visitásti nocte: * igne me examinásti, & non est invénta in me íniqui- tas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum, * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: * inclína aurem tuam mi- hi, & exaudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pu- pillam óculi.

Sub umbra alárum tuá- rum prótege me * à fácie impiórum qui me afflixé- runt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt; ádipem suum conclusé- runt: * os eórum locú- tum est supérbiam.

Projiciéntes me, nun circumdedérunt me; óculos suos statuér declináre in terram.

Suscepérunt me leo parátus ad præda & sicut cátulus leóni bitans in ábditis.

Exúrge, Dómin veni eum, & su eum: * éripe meam ab ímpi meam tuam ab manûs tuæ.

Dómine, à terra dívide e eórum: * de tuis adimplétu eórum.

Saturáti s & dimiséru suas párvul

Ego auten parébo co satiábor glória tu

Ant. P gressus

mis, ut non moveantur vestígia mea. *Ps.* 16.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentationem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei: ℟. Tu es qui restítues hæreditátem meam mihi. *Ps.* 15.

℣. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: ℟. Dóminus firmamentum meum & refúgium meum, & liberátor meus. *Ps.* 17.

℣. Multi dicunt ánimæ meæ: Non est salus ſi in Deo ejus. *Ps.* 3.

Dic ánimæ meæ, (Dóne): Salus tua ego sum. 34.

'. Tu es spes mea, ℟. io mea in terra vivén. *Ps.* 141.

In te, Dómine, i: ℟. Non confunæternum. *Ps.* 30.

Dómine, exaudi iem meam; ℟. Et meus ad te vé *Ps.* 101.

Orémus.

ro te, mitíssime, ut hæc sancta o non sit mihi ad judícium & condemnatiónem; sed, tuâ grátiâ & pietáte, sit mihi suávitas & dulcédo, ánimæ salus & sánctitas, in omni tentatióne pax & gaúdium, in omni tribulatióne lumen & virtus, in omni verbo & ópere solátium, & tutéla finális in morte, ad evadendas ómnium inimicórum insídias: pro me tibi grátias hæc immortális Hóstia réferat, me tibi reconcíliet, me tibi restítuat, mihi peccatóri véniam tríbuat, & ad vitam perdúcat ætérnam. Amen.

AD

SS. SACRAMENTUM,

Antiphona.

AVE verum Corpus natum de María Vírgine:

VERE passum, immolátum in cruce pro hómine:

CUJUS latus perforátum, fluxit aquâ & sánguine.

ESTO nobis prægustátum mortis in exámine.

O Jesu dulcis, Jesu pie,

O Jesu, fili Maríæ, tu nobis miserére.

CANONES
PARTIS HIEMALIS.

¶. *Hæc notula* †, *quibusdam sparsim apposita Canonibus, indicat Canones proprios quibusdam Festivitatibus, Vigiliis, &c. occurrentibus, ratione peculiaris ritûs aut disciplinæ dictis Festivitatibus congruentis.*

De scientia & usu sacrarum Scripturarum & Canonum, nec non de auctoritate Conciliorum generalium.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Ex Concílio Toletáno quarto.

Anno 633. *Cap.* 25.

Sciant Sacerdótes Scriptúras sanctas, & Cánones meditentur; ut omne opus eórum in prædicatióne divína & doctríná consistat; atque ædíficent cunctos tam fídei sciéntiâ, quàm óperum disciplíná. Tu autem, Dómine, miserére nostri.

℟. Deo grátias.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Senonensi.

Ann. 1528.

Decr. 3. *de Fide.*

Sancta & inviolábilis est sacrórum Conciliórum universálium auctóritas; cui quisquis pertináciùs refragátur, hostis fídei jure óptimo censéri debet.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquisgranensi secundo.

Ann. 836. *c.* 2. *can.* 4.

Cónvenit Sacerdotáli ministério scire formam Evangélicam, documenta Apostólica, Cánonum institúta, normam régulæ Pastóralis à sanctíssimo Pontífice Gregório éditæ; ne, juxta eumdem sanctíssimum virum, ab imperítis, quod absit, Pastorále magistérium áliquâ temeritáte usurpétur aut vilescat.

FERIA

[redacted]

ERIA QUARTA.

x Concílio Tridentíno.

!nno 1563. *Sessione* 25. *de Reformatione*, *Cap.* 18.

Sciant universi, sacratíssimos Cánones exa-:è ab ómnibus, & quoad |us fíeri póterit, indi-:inctè observandos.

ERIA QUINTA.

:x Concílio Tridentíno.

Anno 1562. *Sess.* 22. *de Reformatione*, *Cap.* 1.

Státuit sancta Synodus, ut quæ áliàs à summis ontificibus, & à sacris oncíliis de Clericórum ta, honestáte, cultu ctrinâque retinenda, simul de luxu, comes-ónibus, choréis, áleis, ous ac quibuscum- crimínibus necnon 'áribus negótiis fu-lis, copiósè ac sa :er sancíta fuérunt, 1 in pósterum iis-oœnis vel majóri-irbítrio Ordinárii, endis, observentur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Senonensi.

Ann. 1528.

Decr. 3. *de Fide.*

Cùm certa sit & infallíbilis Ecclésiæ régula, nec aliquandò invisibilitátis prætextu elúdi queat, ea profectò sacris generálibus Concíliis auctóritas derogári non potest, quæ próximè universálem repræsentant Ecclésiam.

SABBATO.

Ex Concílio Nicæno secundo.

Ann. 787. *Can.* 1.

Cánones ampléctimur, non solùm qui ab almis Apóstolis & universálibus Synodis, sed qui étiam in áliis Concíliis quæ locáliter per Províncias & regiónes sunt collecta, in expositiónem hujúsmodi Decretórum promulgáti sunt, & qui à sanctis Pátribus nostris prioláti fuísse probantur; ab uno enim omnes eodémque Spíritu illumináti, quæ erant utília definiérunt.



De institutione Ministrorum Ecclesiæ, & eorum dignitate.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Ex Concílio Bituricensi. *Ann.* 1584. *tit.* 24. *Can.* 2.

Cujusque Ordinis mystérium & rátio explicétur, ut indè Ordinem suum reveréri unusquisque discat, ejúsque dignitátem omnes suspíciant.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Bituricensi. *Ann.* 1584. *tit.* 24.

Cùm legem Christi Dómini duntaxàt adumbrârit lex Mosis, & sacrifícii ministros habúerit Levítas, Sacerdótes & Pontífices: æquum est étiam legis Evangélicæ suos quosdam esse ministros, qui & altári sérviant, & mystéria dispensent.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Bituricensi. *Ann.* 1584. *tit.* 24.

Instítuit Christus Dóminus duódecim Apóstolos Ecclésiæ suæ ministros, dispensatóres verbi sui & Sacramentórum: quibus pósteà secundi Ordinis septuaginta duos discípulos adjunxit, quorum ópera totum mundum illustrávit.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Tridentino. *Anno* 1563. *Sess.* 23. *de Ordine, Cap.* 4.

Si quis omnes Christiános promíscuè novi testamenti Sacerdótes esse, aut omnes pari inter se potestáte spirituáli prædítos affirmet; nihil áliud fácere vidétur, quàm Ecclesiásticam Hierárchiam, quæ est ut castrórum ácies ordináta, confúndere; perindè ac si, contra beáti Pauli doctrínam, omnes Apóstoli, omnes Prophétæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastóres, omnes sint Doctóres.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Tridentino. *Sess.* 23. *de Ordine, can.* 6.

Si quis díxerit in Ecclésia Cathólica non esse Hierárchiam diviná

ordinatióne instítútam, quæ constat ex Epíscopis, Presbyteris & Ministris, anáthema sit.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Anno 829. *libr.* 1. *cap.* 4.

Sacerdótes per Dei grátiam fiunt divínæ voluntátis índices, Eccle-iárum Christi, post postolos, fundatóres, fi-élis pópuli duces, ve-tátis assertóres, pravæ ctrínæ hostes, ómnibus nis amábiles.

SABBATO.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 12.

Grandis dígnitas Sacerdótum; sed grandis ruína, si peccent. Lætámur ad ascensum: sed timeámus ad lapsum. Non est tanti gaúdii excelsa tenuisse, quanti mœrróris de sublímibus corruisse. Nec enim solùm pro delíctis nostris reddémus ratiónem; sed pro ómnium, quorum abútimur donis, & nequáquàm sumus de eórum salúte sollíciti.

Ordinatione & Ordinandis in genere, bi & de Interstitiis, de Jejunio Quatuor nni Temporum, de ordinandorum delectu, precibus ad Deum fundendis ut digni dinentur.

MINICA III.

DVENTUS.

oncílio Mediolaensi secundo.

569. *tit.* 1. *decr.* 22.

nínico illo die qui uátuor statúta jejúpora, quibus Orramentum minipróximè ante-aróchi non sonne illud jejúnium hujus rei causâ instítútum denúntient; verùm étiam in sua unusquisque eórum Parochiáli Ecclésia supplicatiónes piè ac religiósè hábeat: .... ut, Dei ope imploráta, tùm Epíscopus in eórum delectu quibus Ordines cónferet, Spíritûs sancti lúmine illustrétur; tùm illi quibus con-

vere & proprie Sacramentum à Christo Dómino institútum; vel esse figmentum quoddam humánum, excogitátum à viris rerum ecclesiasticárum imperítis; aut esse tantùm ritum quemdam eligendi Ministros verbi Dei & Sacramentórum; anáthema sit.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 23. de Reform. cap. 12.

Sciant Epíscopi non síngulos in ætáte constitútos debére ad Ordines assúmi; sed dignos duntaxàt, & quorum probáta vita senectus sit.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto.

Ann. 1576. part. 1.

FERIA QUIN

Ex Concílio Ro

Ann. 465. Can

Inscii litterárum non & áliqua brórum damna pe & hi qui ex pœn bus sunt, ad saci dines aspiráre no deant. Quisquis consecrátor extítei ctum suum dissolv

FERIA SEX

Ex Concílio Re

Ann. 1564. Sta

Sátius est promo ad sacros Ord Ecclésiæ gubernati diù multúmque probáre & expl quàm de témerè a pósteà pudére & tére. Quapropter

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanensi quarto.

Ann. 1576. *part.* 1. *tit.* 5.

Párochi fidélium caritátem omni religióso propósito ita præparáre stúdeant, ut Sábbato sub vésperum frequentíssimi ad Ecclésiam, ut piæ consuetúdinis fuit, convéniant: ubi sanctis précibus, cùm pro sacra Ordinatióne, tum pro his cómmodis quæ singulórum annórum revolutióne conséquimur, ómnium bonórum largitóri Deo grátia habeátur, sicut & instimúta illórum Témporum rátio, & Christiánæ religiónis cultus deposcit.

De sanctitate Cleri, & de vocationis necessitate.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Ex Concílio Bituricensi.

Ann. 1584. *tit.* 8. *de Vigiliis, can.* 1. & 2.

† Vigíliæ pro more locórum, & ex mandáto Cathólicæ Ecclésiæ, cum celebratióne próprii cujusque Ecclésiæ offícii, serventur: ideóque semper Domínicâ præcedente in Ecclésiis proclamentur, ne vítio ignorántiæ, eas à láïcis solvi contingat.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Toletáno undécimo.

Ann. 675. *cap.* 2.

Quantùm quis præcelsi cúlminis óbtinet locum, tantò necesse est præcédat céteros grátiâ meritórum; ut in eo quod præsidet síngulis, singuláriter ornétur eminéntiâ sanctitátis, habens semper in ore gládium veritátis, & in ópere efficiéntiam lúminis; ut, juxta Paulum, potens sit exhortári in doctrína sana, & contradicentes revíncere.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 9.

Qui in erudiendis atque instruendis de virtúte pópulis præerit, necesse est ut in ómnibus sanctus sit, & in nullo reprehensíbilis habeátur: qui enim álium de peccátis árguit, ipse à peccáto debet esse aliénus.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Aquifgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 13.

Pensandum valdè est, ad culmen quisque regíminis quáliter véniat; atque ad hoc ritè pervéniens quáliter vivat; & benè vivens, quáliter dóceat; & rectè docens, infirmitátem suam quotídiè quantâ consideratióne cognoscat: ne aut humílitas accessum fúgiat, aut perventióni vita contradícat, aut vitam doctrína destítuat, aut doctrínam præsúmptio extollat.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Ravennatensi secundo.

Ann. 1311. *rubricâ* 20.

Cùm, secundùm Apóstolum, nemo sibi débeat honórem assúmere, nisi, tanquam Aaron, à Deo fúerit vocátus; hoc minùs consíderant & attendunt suæ salútis oblíti, qui se intrúdunt ad dignitátes Ecclesiásticas, vel benefícia, & éligi & intrúdi procúrant per poténtiam laïcálem.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno. *Sess.* 23. *de Ordine, can.* 7.

Si quis díxerit, ... eos qui nec ab Ecclesiástica & Canónica potestáte ritè ordinári, nec missi sunt, sed aliundè véniunt, legítimos esse verbi & Sacramentórum Minístros; anáthema sit.

DIE XXIV. DECEMBRIS.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI.

Ex Concílio Bituricensi. *Ann.* 1584. *tit.* 8. *de Vigiliis, can.* 1. & 2.

† Servétur Vigília Nativitátis Dómini ad imitandum pietátem pastórum, qui Christo Dómino, eâ nocte, adoratiónis munus impendérunt.

DIE XXV. DECEMBRIS.

IN NATALI DOMINI.

Ex Concílio Toletáno décimo quarto.

Ann. 684. *Capit.* 10.

† Si quis Jesu Christo Dei Fílio, ex útero Maríæ Vírginis nato, áliquid aut Divinitátis imminuit, aut de suscepta humanitáte subdúcit, exceptâ solâ lege peccáti; & non eùm verum Deum, hominémque perfectum in una persóna subsisténtem sinceríssimè credit; anáthema sit.

De Clericatu, ubi & de Tonsura & Clericorum coma, habitu & cultu.

DIE XXVI. DECEMBRIS.
Ex Concílio Románo.
Ann. 1059. *can.* 13.

Nullus láïcus ad quémlibet gradum Ecclesiásticum repentè promoveátur, nisi, post mutátum hábitum seculárem, diuturnâ conversatióne inter Cléricos fúerit comprobátus.

DIE XXVII. DECEMBRIS.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 94.

Cléricus qui Christi servit Ecclésiæ, in:erpretétur primò vocá-)ulum suum; &, nóminis !efinitióne prolátâ, nitá-)r esse quod dícitur. Si)im cleros Græcè, Latí-: sors appellátur; proéreà vocantur Cléríci, l quia de sorte sunt 'mini, vel quia Dó-)us ipse sors, id est, s Clericórum est.

: XXVIII. DECEMBR.
Concílio Tridentíno.
:ff. 22. *de Reform.*
cap. 1.

decet omnínò Cléris, in sortem Dómini os, vitam moréfque omnes compónere, ut hábitu, gestu, incessu, sermóne, aliísque ómnibus rebus, nihil nisi grave, moderátum, ac religióne plenum præ se ferant: lévia étiam delícta, quæ in ipsis máxima essent, effúgiant; ut eórum actiónes cunctis ásferant veneratiónem.

DIE XXIX. DECEMBRIS.
Ex Concílio Tridentíno.
Seff. 23. *de Reform.*
cap. 4.

Primâ tonsúrâ non iniientur, qui Sacramentum Confirmatiónis non suscéperint, & fídei rudimenta edocti non fúerint; quíque légere, & scríbere nésciant; de quibus probábilis conjectúra non sit, eos non seculáris judícii fugiendi fraude, sed ut Deo fidélem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

DIE XXX. DECEMBRIS.
Ex Concílio Mediolanensi quinto.
Ann. 1579. *part.* 3. *tit.* 6.

Dum Superpellíceum, qui amictus ex tela línea constat, índuit Cléricus; cógitet quam persónam sustíneat, nempè

...ter Circu...
...eque pu-
...estitus ille

...DECEMBRIS.
...Tridentíno.
...51. *Seff.* 14.
...*form. cap.* 6.

...ábitus non facit
...nachum, oportet
...Clericos vestes pró-
congruentes Ordini
per deferre; ut per
céntiam hábitûs extrín-
ci, morum honestátem
intrínsecam ostendant.

DIE I. JANUARII.
In Festo
CIRCUMCISIONIS
DOMINI.
Ex Concílio Florentíno.
Ann. 1439. *in Decreto Eugenii Papæ quarti.*

† Ne in celebritátibus dispar sit Christianórum ritus, unde perturbandæ caritátis occásio possit oríri; decérnimus tanquam veritáti & ratióni consentáneum, & juxta totíus réliqui orbis observántiam, ut Festa Nativitátis secundùm carnem Salvatóris nostri vicésimâ quintâ Decembris, Circumcisiónis ejusdem primâ Januárii, Epiphaníæ sexto ejusdem Januárii, Præsentatiónis Dómini in templo secundâ ... débeant solém-

DIE II. JANUARII.
Ex Concílio La...
secundo.
Ann. 1139. *Can.* 4.

Præcípimus quòd Clérici in statu mentis, in hábitu córporis, Deo & homínibus placére stúdeant; & nec in superfluitáte, scissúrâ aut colóre véstium, nec in tonsúra, intuéntium quorum forma & exemplum esse debent, offendant aspectum: sed pótiùs quæ eos déceat, sanctitátem præ se ferant.

DIE III. JANUARII.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 124.

Sunt quidam quibus omnis cura est de vestibus, si benè óleant, si pes laxâ pelle non fólleat: crines calamistri vestigio rotantur; dígiti de ánnulis rádiant; & ne plantas humídior via spargat, vix imprimunt summa vestígia: tales cùm videris, sponsos magis æstimáto quàm clericos.

DIE IV. JANUARII.
Ex Concílio Latera...
quarto.
Ann. 1215. *capi...*

Clérici corónam ...
sùram hábe...
gruentem, & ...
ciis divínis & ...

non ...
DIE V. J...
Ex Concílio ...
nen...
Ann. 1565. p...

Ne in háb...
aut stud...
síta cultûs ...
nimis abjec...
& affectá...
reant. ...
color ...
beáru...

ıant ſtúdiis diligen-
lapſa déferant déſu-
ndumenta, nímiâ
:áte vel longitúdine
notanda.

E V. JANUARII.

Concílio Mediola-
nenſi.

1565. *part.* 2. *tit.* 23.

in hábitu clericáli
.ut ſtudióſiùs exqui-
ultûs elegántia, aut
: abjecta negligéntia,
'ectátæ ſordes appá-
. In omni veſtitu
tantùm niger adhi-
r; niſi fortaſsè álium
colórem requírat digni-
tátis gradus.

DIE VI. JANUARII.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Ex Concílio Epheſíno.
Part. 2. *Anno* 431.

† Quóniam Chriſtus Rex & Deus eſt, & mortem ob paſſiónis diſpenſatiónem guſtávit, múnera myſteriórum ſunt indícia. Offerunt Magi aurum, cognoſcentes ipſum eſſe Regem: ófferunt thus, norunt enim ſe Deo offerre: ófferunt myrrham, propter mortem in myſtério Paſſiónis.

De Sacramento Matrimonii.

E VII. JANUARII.
oncílio Tridentíno.
ſſ. 24. *de Reform.*
Matrim. cap. 10.

ↄ adventu Dómini
noſtri Jeſu Chriſti
: in diem Epipháníæ,
'éria quarta Cínerum
: in Octávam Páſ-
s incluſívè, antíquas
mnium nuptiárum
ibitiónes diligenter
mnibus ſervári ſan-
ynodus præcipit: in
veró tempóribus
ias ſolémniter cele-
i permittit: quas
:opi, ut eâ quâ decet
modéſtiâ & honeſtáte fiant, curábunt: ſancta enim res eſt Matrimónium, & ſanctè tractandum.

DIE VIII. JANUARII.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 24. *de Sacram.*
Matrim. can. 1.

Si quis díxerit Matrimónium non eſſe verè & própriè unum ex ſeptem legis Evangélicæ Sacramentis, à Chriſto Dómino inſtitútum, ſed ab homínibus in Eccléſia inventum, neque grátiam conferre; anáthema ſit.

Die IX. Januarii.
Ex Concílio Remensi.
Ann. 1583. tit. de
Matrim. n. 1.

Matrimónii quanta sit dígnitas, rátio Sacramenti ab Apóstolo explicáta non obscúrè insínuat: quanta verò in hujúsmodi fœdere conciliando hódiè sit hóminum pervérsitas, vel ipsa plùs satis docet experiéntia.

Die X. Januarii.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 24. decret. de Reform.
Matrim. cap. 1.

Sacri Lateranensis Concílii vestígiis inhærendo, sancta Synodus præcipit ut in pósterum, ántequàm Matrimónium contrahátur, ter à próprio contrahéntium Párocho, tribus contínuis diébus Festívis in Ecclésia inter Missárum solémnia públicè denuntiétur, inter quos Matrimónium sit contrahendum: quibus denuntiatiónibus factis, si nullum legítimum opponátur impedimentum, ad celebratiónem Matrimónii in fácie Ecclésiæ procedátur.

Die XI. Janu
Ex Concílio R
Ann. 1583.
Matrim. nu

Dies áliquo náros seu Matrimónio c non mínimu tiónis genus significétur.

Die XII.
Ex Concíli
Ann. 152
ru

Prohibé sálibu benedicti cachinna ridícula tur; qu tur at jejúni fessi, réntia tum

Di
OC
ET
Ex

:isse quæ eo de géne-
os planè scire opor-

MINICA PRIMA
'ost Epiphaniam,
est intra Octavam.
Ab hac die, Canones
:dentes qui nondùm
sunt, deferuntur, &
ntur sequentes].
oncílio Tridentíno.
to 1563. *Sess.* 24.
Ref. Matr, cap. 1.
i áliter quàm præ-
ente Párocho, vel
Sacerdóte, de ipsíus
chi seu Ordinárii
tiâ, & duóbus vel
s téstibus, matrimó-
contráhere attentá-
; eos sancta Synodus
: contrahendum om-
inhábiles reddit: &
modi contractus írri-
c nullos esse decer-
proùt eos præsenti
:to írritos facit &
llat.
RIA SECUNDA.
:oncílio Tridentíno.
) 1563. *Sess.* 24.
Ref. Matrim. cap. 1.
ncta Synodus hortá-
ır ut cónjuges, ante
dictiónem sacerdo-
n in templo susci-
dam, in eádem do-
non cohábitent. Eós-
hortátur, ut ánte-
i cóntrahant, vel

saltem tríduo ante Ma-
trimónii consummatió-
nem, sua peccáta dili-
genter confiteantur, &
ad sanctíssimum Eucharí-
stiæ Sacramentum piè
accédant.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Remensi.
Ann. 1583. *tit. de*
Matrim. num. 6.

Cùm Matrimónium non fáciat contra-
ctus, sed consensus, ac proindè contrahéntium
libertas nullâ vi premi débeat; qui ad illud áli-
quem compúlerint, ipso facto se excommunica-
tiónem incúrrere mo-
neantur. Líberi autem, invítis paréntibus, con-
tráhere volentes, non in-
consúltè; vagíque hó-
mines & incógniti fácilè non admittantur ad Ma-
trimónii celebratiónem.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 24. *de Reform.*
Matrim. cap. 1.

Si quis Párochus, vel álius Sacerdos, sivè
regu láris, sive seculáris sit, altérius Paróchiæ
sponsos sine illórum Pá-
rochi licéntia Matrimó-
nio conjúngere aut bene-
dícere ausus fúerit; ipso
jure támdiù suspensus

máneat quándiù ab Ordinário ejus Párochi qui matrimónio interesse debébat, seu à quo benedíctio suscipienda erat, absolvátur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Bituricensi. Ann. 1584. tit. 27. de Matrim. num. 5.

Fiat benedíctio nuptiális à próprio Párocho, aut álio Sacerdóte de ipsíus Párochi aut Ordinárii licéntia, in fácie Ecclésiæ in Missa, ab auróra usque ad merídiem; duóbus saltem aut tribus téstibus idóneis præséntibus: non post prándium, neque noctu, neque in privátis dómibus.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Remensi. Ann. 1583. tit. de Matr. num. 11.

Núptiis ritè complétis, ita se compónant cónjuges ut putent se non à Sacerdóte, sed per eum à Christo conjugiórum Præsule conjunctos; in quem peccátur quótiès fides promissa sólvitur.

Neutri ergo liceat ab áltero discédere, étiam quoad thorum, nisi causâ legítimâ priùs à superióre approbátâ: concessóque divórtio, neutri licere novum matrimónium iníre, diligenter admoneantur.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentino Sess. 24. de Matrimon. Can. 9.

Si quis díxerit Cléri[cos] in sacris Ordín[ibus] constitútos, vel Re[gulares] castitátem solem[niter] professos, posse [matri]mónium contráhe[re, con]tractúmque válid[um esse], non obstante le[ge ecclé]siástica vel vot[o, et op]pósitum nihil [aliud esse] quàm damnár[e matrimo]nium, pósse[que omnes] contráhere [matrimo]nium, qui [non sentiunt] se castitátis, [etiamsi eam] vóverint, h[abere donum]; anáthema [sit: cùm Deus] id rectè [petentibus non] déneget, [nec patiatur] nos supra [id quod possu]mus, ten[tari].



)MINICA II.
ost Epiphaniam.

:oncílio Tridentíno.

ſ. 23. *de Ordine*, *cap.* 2.

ìm divína res ſit ſan- cti Sacerdótii mini- ım, conſentáneum , quò dígniùs & ma- cum veneratióne céri poſſet, ut in Ec- æ ordinatíſſimâ diſ- ióne, plures & diver- ent Miniſtrórum ór- s qui ſacerdótio ex io deſervírent; ita ibúti, ut qui jam icáli Tonsúrâ inſigní- ſent, per minóres ad óres aſcénderent.

IA SECUNDA.

Concílio Carthagi- nenſi quarto.

Inn. 398. *cap.* 9.

ſtiárius cùm ordiná- tur, poſtquàm ab ıidiácono inſtructus it quáliter in domo débeat conversári; ſuggeſtiónem Archi- :oni tradat ei Epíſco- claves Eccléſiæ de al- o, dicens: Sic age, ſi reddittúrus Deo ra- ıem pro his rebus quæ his clávibus reclu- duntur.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Carthaginen- ſi quarto.

Ann. 368. *cap.* 8.

Lector cùm ordinátur, fáciat de illo verbum Epíſcopus ad plebem, in- dicans ejus fidem ac vi- tam atque ingénium. Poſt hæc, ſpectante plebe, tra- dat ei códicem de quo lectúrus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto Le- ctor verbi Dei, habitú- rus, ſi fidéliter & utíliter impléveris offícium, par- tem cum eis qui verbum Dei miniſtráverint.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Carthagi- nenſi quarto.

Ann. 398. *cap.* 7.

Exorciſta, cùm ordiná- tur, accípiat de manu Epíſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi, di- cente ſibi Epíſcopo: Acci- pe & commenda memó- riæ, & habéto poteſtátem imponendi manus ſuper energúmenum, ſive bap- tizátum, ſive catechúme- num.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Carthaginensi quarto.

Ann. 398. *cap.* 6.

Acólythus, cùm ordinátur, ab Epíscopo quidem doceátur quáliter in offício suo ágere débeat; sed ab Archidiácono accípiat ceroferárium cum céreo, ut sciat se ad accendenda Ecclésiæ luminária mancipári. Accípiat & urcéolum vácuum ad suggerendum vinum in Eucharístiam sánguinis Christi.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 23. *de Ref. cap.* 11.

Ita de gradu in gradum ascendant Clérici minóres, ut in eis cum ætáte, vitæ méritum & doctrína major accréscat: quod & bonórum morum exemplum, & assíduum in Ecclésia ministérium, atque major erga Presbyteros & superióres Ordines reveréntia, & crébrior quàm anteà, Córporis Christi communio, máximè comprobábunt.

SABBATO.

Ex Concílio Rotomagensi.

Ann. 1445. *Can.* 16.

Promovendi ad sacros Ordines hábeant be-
nefici...
nium, vel tit... à suis p...
& non fictum, ... propinquis,
réntibus & propinquis,
sine fraude: in quo si qui
suos datóres aut promo-
tóres circumvénerint,
suórum sint órdinum exe-
cutióne suspensi.

DOMINICA III.

post Epiphaniam.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* ...

Subdiáconi oblatio...
in templo Dómini...
cípiunt à pópulis. Isti...
diunt offíciis Levit...
isti quoque vasa c...
& sánguinis Chri...
cónibus ad altá...
mini ófferunt. ...
quidem plácuit...
ut, quia sacr...
contrectant, c...
tinentes sint...
& ab omni...
mundítia...
quod illis...
cente, jub...
mini, ...
Dómini.

FERIA...

Ex Co...

Ann. ...

D...
exc...
lic...

rum, & in Actíbus Apo-
tolórum leguntur.... Si-
:ut in Sacerdóte confe-
:rátio, ita & in Miniſtro
lifpensátio Sacramenti
:ſt. Ille oráre; hic psál-
ere mandat: ille oblára
'anctíficat; hic ſanctifi-
:áta diſpenſat.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 23. *de Reform.*
cap. 13.

Subdiáconi & Diáconi ordinentur, habentes
›onum teſtimónium, &
n minóribus Ordínibus
am probáti, ac lítteris,
: iis quæ ad órdinem
:ercendum pértinent,
ſtructi. Qui ſperant,
:o auctóre, ſe conti-
re poſſe, Eccléſiis qui-
; adſcribentur, inſér-
nt.

RIA QUARTA.

Concílio Tridentíno.
23. *de Ordine, cap.* 1.
ovum visíbile & ex-
:ernum ſacerdótium,
od vetus tranſlátum
ì Dómino ſalvatóre
› inſtitútum eſſe,
Apóſtolis eorúm-
ıcceſſóribus in ſa-
io, poteſtátem trá-
conſecrandi, of-
& miniſtrandi
& Sánguinem
m 2

ejus, nec non & peccáta dimittendi & retinendi, ſacræ Lítteræ oſtendunt, & Cathólicæ Eccléſiæ tradítio ſemper dócuit.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 23. *de Ordine,*
Can. 4.

Si quis díxerit, per ſacram ordinatiónem non dari Spíritum ſanctum; ac proindè fruſtrà Epíſcopos dícere: Accipe Spíritum ſanctum; aut per eam non ímprimi charactérem, vel eum qui Sacerdos ſemel fuit, láicum rursùs fíeri poſſe; anáthema ſit.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Carthaginenſi quarto.
Ann. 398. *cap.* 1.

Qui Epíſcopus ordinandus eſt, ánteà examinétur ſi natúrâ ſit prudens, ſi docíbilis, ſi móribus temperátus, ſi vitâ caſtus, ſi sóbrius, ſi ſemper ſuis negótiis cavens, ſi húmilis, ſi affábilis, ſi miſéricors, ſi litterátus, ſi in lege Dómini inſtructus, ſi in Scripturárum sénſibus cautus, ſi in dogmátibus Eccleſiáſticis exercitátus.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 23. *de Ordine*, *cap.* 4.

Sacrosancta Synodus declárat, præter céteros Ecclesiásticos gradus, Epíscopos qui in Apostolórum locum successérunt, ad hierárchicum Ordinem præcípuè pertinére; & pósitos, sicut Apóstolus ait, à Spíritu sancto, régere Ecclésiam Dei; eósque Presbyteris superióres esse; ac Sacramentum Confirmatiónis conferre, Ministros Ecclésiæ ordinàre, atque ália pléraque peragere ipsos posse: quarum functiónum potestátem réliqui inferióris órdinis nullam habent.

De Virtutibus quibus pollere debent Clerici, seu Ecclesiæ Ministri, ubi de castitate, patientiâ, paupertate, zelo, prudentiâ, humilitate, &c.

DOMINICA IV. *post Epiphaniam.*

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 22. *de Ref. cap.* 1.

Nihil est quod álios magìs ad pietátem & Dei cultum assíduè instruat, quàm eórum vita & exemplum, qui se divíno ministério dedicârunt: cùm enim à rebus séculi in altiórem sublàti locum conspiciantur; in eos tanquàm in spéculum réliqui óculos conjíciunt, ex iisque sumunt quod imitentur.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *cap.* 22.

Quamvis consciéntiam puram apud Deum nos habére opórteat, tamen apud hómines famam óptimam custodíre convenit: ut, juxta præceptum Apostólicum, non tantùm coram Deo, sed étiam coram homínibus, vitæ sanctæ testimónium habeámus.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Moguntíno.

Ann. 813. *can.* 10.

Clérici non vagis óculis, non infréni linguâ, aut petulanti tumidóque gestu incédant; sed pudórem ac verecúndiam mentis símplici hábitu incessúque osténdant.... Castimóniam quoque inviolàti córpo-

ris perpétuò conservàre stúdeant.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Remensi.

Ann. 1564. *Stat.* 6.

Ne cuíquam molesti simus, hortámur in Dómino Párochos nostros, ut in ómnibus se præbeant exemplum bonórum óperum, in castitáte, sobrietáte, morum gravitáte, atque omni honestáte; ut erubéscant qui nobis insidiantur adversárii, non habentes undè Ecclésiæ Christi insultent.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Valentíno.

Ann. 855. *Can.* 15.

Sacerdos maturitáte morum, & repudiatióne ómnium levitátum ac vanitátum, ómnibus sibi adhæréntibus, séque intuéntibus, formam disciplínæ & verecúndiæ ac modéstiæ infundat.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *Cap.* 21.

Quicumque in Sacerdótio Dei pósiti sunt, irreprehensíbiles esse debent, Paulo Apóstolo attestante: Oportet Epíscopum irreprehensíbilem esse. Inoffensos igitur & immaculátos decet Dei exístere Sacerdótes; nec ullo eos fornicatiónis contágio pólluì: sed, castè viventes, mundos semetipsos celebrandis exhíbeant Sacramentis.

SABBATO.

Ex Concílio Senonensi.

Ann. 1528.

Cùm in sanctórum número sint Clérici, necessitátem benè vivendi se assecútos esse sciant, non licéntiam peccandi.

DOMINICA V.

post Epiphaniam.

Ex Concílio Turonensi primo.

Ann. 461. *Can.* 1.

Si univérsis fidélibus, secundùm Apostólicam doctrínam, cástitas custodienda indícitur; ut qui habent uxóres, ita sint quasi non habentes: quantò magìs Sacerdótes Dei ac Levítæ divíno mancipáti altário custodíre debent; ut non solùm cordis, verùm étiam córporis puritátem servantes, pro plebe supplicatúri, preces suas ad divínum introíre mereantur audítum?

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. cap. 21.

Abstineámus nos ab omni ópere malo, & ab omni inquinamento carnis líberi maneámus; ut, mundi córpore, purgáti mente, possímus ad sacrifícium Christi digni accédere, & Deum pro delíctis ómnium deprecári.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Mediolanensi tértio.

Ann. 1573. part. 1. tit. De iis quæ ad honest. clerical. pertinent.

Qui in Sacerdótio sancto constitúti sunt, ad offerendum illud Deo acceptábile Córporis Dómini sacrifícium, sicut eam functiónem gerunt, quâ nulla major excogitári potest; ita in omni sacerdotális vitæ offício sic se gerant, ut morum étiam præstántiâ & splendóre álios allíciant, atque éxcitent ad débitum Sacerdótio honórem illis præstandum.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Turonensi primo.

Ann. 461. Can. 1.

Cùm láico abstinéntia imperétur, ut possit, oratióni vacans & Deum déprecans, exaudíri: quantò magìs Sacerdótibus vel Levítis? qui omni momento paráti Deo esse debent, in omni mundítia & puritáte secúri, ne, aut sacrifícium offerre, aut baptizáre, si id témporis necéssitas popóscerit, cogantur.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Cameracensi.

Ann. 1565. de vita Cler.

Hómini Ecclesiástico, quâcumque dignitáte fúlgeat, plus laudis affert frugálitas in mensa quàm sumptus; plus decóris exquisítus apparátus quàm simplex; plus moléstiæ longus accúbitus quàm brevis & natúræ sufficiens. Sit ergo cultus in mensa & convíviis pótiùs in gravitáte, sobrietáte & sale condítis sermónibus, quàm in pompa & delíciis.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. libr. 1. cap. 12.

Undè vívitur, necessitátis est accípere, caritátis est præbére: non tanquàm venále sit Evangélium, ut illud sit prétium ejus, quod sumunt qui annúntiant, unde

ſi enim ſic ven-
ıagnam rem vili
ndunt. Accípiant
iónem neceſſitá-
ulo, mercédem
:iónis à Dómino.

B B A T O.

lio Mediolanen-
quarto.

575. *p.* 3. *tit.*
Monit.

éculi vos merca-
:s, non Mam-
ıiniſtri eſtis, ſed
mercatóres: no-
:ſaurizáre vobis
s in terra; ſed
ı óperum abun-
:m caritáte con-
:ite theſauros in
ıdéte vos lucrá-
: Deo, cœleſte
augére.

N I C A VI.
piphaniam.
Mediolanen-
ıarto.
art. 3. *Monit.*
m veſtram
è ferte: pau-
xit & dócuit
giſter Chri-
ens in præ-
, & nudus
ır. Scitóte
as adjungi
tinéntiam
útes qui-
oportet

FERIA SECUND.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 22

Qui præfícitur ad régimen, táliter erga diſciplínam ſubditórum præſtáre ſe debet; ut non ſolùm auctoritáte, verùm étiam humilitáte clareſcat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitátis, ne diſſolvátur vita ſubditórum in vítiis: atque ita auctóritas áderit poteſtátis, ne per tumórem cordis ſevéritas exiſtat immoderatiónis. Hæc eſt in Sacerdótibus vera diſcrétio, quâ nec per libertátem ſuperbi, nec per humilitátem fiunt remiſſi.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

Ann. 819. *libr.* 1. *c.* 9.

Ipſi ſunt Eccléſiæ decus... qui non ambiendo, ſed ſpirituáliter vivendo, Sacerdótium meruérunt; quíque non favóris humáni ſuffrágio, ſed divíno múnere ſublimáti, nihil ſibi de præſtántia ſui principátûs applaudunt. Quos non inflat honor accéptus, ſed exercet labor impóſitus: quia non ex-

[illegible]

FERIA QUARTA.

Ex Concilio [illegible]

[illegible]

U[illegible] Christi discipulórum [illegible], [illegible] in médio [illegible], [illegible] cenáre pro[illegible].... Quare meminerimus pótius officii nostri, quam dignitátis; neque enim ad dominatiónem vocáti sumus, sed ad opus.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *c.* 34.

Nullum omnipotenti Deo tale est sacrifícium, quale est zelus animárum, sicut Psalmista ait: Zelus domûs tuæ comédit me. Paulus Apóstolus, zelo animárum cruciátus, dicé-[illegible]. Quis [illegible], & ego non [illegible]? Quis [illegible], & ego non [illegible]?

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. [illegible] *de Reform.* *cap.* [illegible].

D[illegible] & [illegible] Pastóris [illegible], morbis [illegible] primum adhibere fomenta; post, ubi morbi grávitas ita póstulat, ad acrióra & gravióra remédia descendere; si autem nec ea quidem proficiant, illis submovendis, céteras saltem oves à contagiónis perículo liberáre.

SABBATO.

Ex Concilio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 5.

Tenébit Sacerdos illam supereminentem donis ómnibus caritátem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim sanctitátis cáritas est: locus autem hujus custódis humílitas est.



)e Vitiis à Clero fugiendis ; ubì de ava-
î , ebrietate & cauponâ , frequenta-
:e mulierum , venatione , spectaculis ,
:s , &c.

OMINICA
Septuagesimæ.

Concílio Aquisgra-
nensi.

. 816. *libr.* 1. *cap.* 13.
lerter se quisque me-
átur, ne locum regí-
s assúmere aúdeat, si
ic in se vítium dam-
liter regnat : ne is
ı crimen deprávat
rium , intercessor
áppetat pro culpis
um.

ΚIA SECUNDA.
:oncílio Nicæno se-
ndo Œcuménico.

787. *Act.* 8. *Can.* 16.
mnis jactántia &
ornatúra corporális
a est à sacráto Ordi-
Omne quippe quod
›ropter necessitátem
, sed propter venu-
n accípitur , elatió-
ıbet calúmniam.

ΚIA TERTIA.
oncílio Moguntíno
primo.

n. 813. *Can.* 10.
:rici usúris nequá-
uàm incumbant, ne-
túrpium occupatiónes lucrórum fraudísque cujusquam stúdium áppetant , amórem pecúniæ , quasi matériam cunctórum críminum , fúgiant ; seculária offícia negotiáque abjíciant.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Parisiensi
sexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 13.

Cùm nullus Christiánus thesauros in terra , sed pótiùs , secundùm Dómini senténtiam, in cœlo recóndere débeat : cavendum summópere Sacerdótibus est , ut ab avarítiæ peste quæ est idolórum sérvitus , & cupiditáte quæ radix ómnium malórum est, suósque sectatóres à regno Christi exclúdunt , se compescant.

FERIA QUINTA.
Ex Synodo Ebroicensi.

Ann. 1576. *apud Laur. Bochel. Decr. Eccl. Gall.*

Imprímìs cáveant omnes Ecclesiástici ab illis vítiis , propter quæ præ-

cípuè irritátur Deus, & nomen ejus blasphemátur inter gentes, atque Ecclésia Dei affligitur. Sint mores eórum sine avarítia; pro quocumque offício contenti his quæ sibi vel jus ipsum, vel laudábilis consuetúdo constítuit: ac ne quidem avídiùs sive inhumániùs, quod sibi debétur, exigant; atque in ómnibus pauperiórum ratiónem hábeant.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Moguntíno.

Ann. 1549. *cap.* 92.

Execrábilis quorumdam Sacerdótum avarítia usque ad Sacramentórum ipsórum contemptum & injúriam nonnunquàm irrumpit; dum sine numeráto prétio conferre Sacramenta detrectant.

SABBATO.

Ex Concílio Arelatensi secundo.

Ann. 452. *Can.* 14.

Si quis Cléricus pecúniam déderit ad usúram, aut conductor aliénæ rei volúerit esse, aut turpis lucri grátiâ áliquod negotiatiónis exercúerit, depósitus à communióne aliénus fiat.

DOMINICA

Sexagesimæ.

Ex Concílio Carthaginensi tértio.

Ann. 397. *cap.* 15.

Plácuit ut Epíscopi, & Presbyteri, & Diáconi, vel Clérici non sint conductóres, neque procuratóres, neque ullo turpi vel inhonesto negócio victum quærant; quia respícere debent scriptum esse: Nemo mílitans Deo, ímplicat se negóciis seculáribus.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Venetensi.

Ann. 465. *Can.* 13.

Ante ómnia à Cléricis vitétur ebríetas quæ ómnium vitiórum fomes ac nutrix est: nec quis potest líberum córporis sui ac mentis habére judícium, cùm captus vino à sensu probétur aliénus, & proclívis ad vitium mente labefactátâ ducátur, ac plerumquè possit peccátum aut crimen, dum nescit, incúrrere.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Clovesho viensi secundo.

Ann. 747. *Can.* 21.

Constitúitur ut Ecclesiástici álios non cogant intemperanter bibere; sed pura ac sóbria

sint eórum convívia, non luxuriósa, neque delíciis vel scurrilitátibus mixta, ne hábitûs sui reveréntia contemptíbilis apud seculáres habeátur, & inter eos méritò valdè infaméntur.

FERIA QUARTA.

Ex Canónibus Apostolórum.

Can. 55.

Si quis Cléricus in caupóna cómedens deprehensus fúerit, segregétur; præterquàm si, in público diversório, in via, propter necessitátem, divérterit.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Lateranensi quarto Œcuménico.

Ann. 1215. *cap.* 15. & 16.

A crápula & ebrietáte omnes Clérici diligenter abstíneant. Unde vinum sibi témperent, & se vino: nec ad bibendum quíspiam incitétur; cùm ebríetas et méntis indúcat exílium, & libídinis próvocet incentívum. . . . . Venationes prorsùs evítent, nisi fortè causâ necessitátis in itínere consti-

cl

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Nicæno primo Œcuménico.

Ann. 325. *Can.* 3.

Interdixit per ómnia magna Synodus, non Epíscopo, non Presbytero, non Diácono, nec alícui omnínò qui in Clero est, licére subintroductam habére mulíerem: nisi fortè aut matrem, aut sorórem, aut ámitam, vel eas tantùm persónas quæ omnem suspiciónem effúgiunt.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 25. *de Ref. cap.* 1.

Próhibet sancta Synodus quibuscumque Cléricis, ne mulíeres de quibus possit habéri suspício, in domo vel extrà detinére, aut cum iis ullam consuetúdinem habére aúdeant: alióquin pœnis à sacris Canónibus, vel statútis Ecclesiárum impósitis, puniantur.

DOMINICA, *Quinquagesimæ.*

Ex Concílio Nannetensi.

Ann. 1264. *cap.* 3.

Quia nullum venatórem invenímus sanctum, præcípimus ut Prælati sollíciti sint & intenti in puniendo Cléricos

venatóres, & præcípuè Presbyteros & Religiósos, de quibus majus scándalum generátur.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Cabillonensi secundo.

Ann. 813. *Can.* 9.

Ab ómnibus oculórum auriúmque illécebris Sacerdótes abstinére debent; & canum, accípitrum, falcónum vel ceterárum hujúsmodi rerum curam parvi péndere; & histriónum sive scurrónum, sive túrpium seu obscœnórum jocórum insoléntiam, non solùm ipsi réspuant; verùm étiam fidélibus respuenda percénseant.

FERIA TÉRTIA.

Ex Concílio Senonensi.

Ann. 1528. *cap.* 25.

Clérici neque in público ludant pilâ, aut áliis ludis, máximè cum láicis. A ludo aleárum, aliísque qui à forte pendent, abstíneant: neque ludéntium fautóres, spectatóres aut testes existant.

De Jejunio, & observantiâ Quadragesimæ.

FERIA QUARTA CINERUM.

Ex Concílio Mediolanensi quinto.

Ann. 1579. *part.* 1. *num.* 3.

Omnis quicumque sit qui jejúnii lege astrictus est, síngulis Quadragésimæ diébus, Domínicis exceptis, jejúnium servet: alióquì enim peccáto mortáli alligátum se esse nosse debet.

FERIA QUINTA *post Cineres.*

Ex Concílio Toletáno octávo.

Ann. 653. *Cap.* 9.

Quisquis absque inevitábili necessitáte, atque fragilitátis evidenti languóre, seu étiam ætátis impossibilitáte, diébus Quadragésimæ esum cárnium præsúmpserit attentáre; non solùm reus erit Resurrectiónis Domínicæ, verùm étiam aliénus ab ejusdem diei sancta communióne: & hoc illi cumulétur ad pœnam,

pœnam, ut ipsíus anni témpore ab omni esu cárnium abstíneat gulam; quia sacris diébus abstinéntiæ oblítus est discíplinam.

FERIA SEXTA
post Cineres.
Ex Concílio Mediolanensi primo.
Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 7. *de Jejunio.*

Quòd autem ex divinárum litterárum senténtia, parùm hómini prodest se per jejúnium cibo temperasse, si ánimus in peccátis sit intémperans; idcircò fidéles in jejúnio præcípuè stúdeant ut, dum caro ab alimentis ábstinet, mens páriter à culpa jejúnet, omnésque in Dei laúdibus, eleemósynis aliísque piis offíciis occupentur: hoc est enim jejúnium quod se Dóminus, Isaíæ ore, delegisse testátur.

SABBATO
post Cineres.
Et Concílio Mediolanensi quinto.
Ann. 1579. *part.* 1. *tit.* 3.

Omni témpore à jocis Christiánum hóminem abstinére cónvenit: at Quadragésimæ ac jejúnií témpore tantò diligéntiùs, quantò frequéntiùs studiosiúsque oratióni, abstinéntiæ omníque pœniténtiæ géneri incumbendum est. A jocis ígitur, à verbórum scurrilitáte, à collóquio ináni, otióso, longéque caútiùs à nóxio & criminóso se continére, sacro pœniténtiæ témpore, stúdeat.

De Sacramento Pœnitentiæ, ejusque partibus: de Officio & dotibus Confessariorum; necnon de Casibus reservatis.

DOMINICA I.
QUADRAGESIMÆ.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 14. *de Pœnit.* *c.* 1.

Dóminus sacraméntum Pœniténtiæ tunc præcípuè instítuit, cùm à mórtuis excitátus insufflávit in discípulos suos dicens: Accípite Spíritum sanctum; quorum remiséritis peccáta, remittuntur eis; & quorum retinuéritis, retenta sunt. Quo tandem insigni facto & verbis tam perspícuis, potestátem remittendi & retinendi peccáta ad re-

conciliandos fidéles post Baptismum lapsos, Apóstolis & eórum legítimis succesśóribus fuisse communicátam, universórum Patrum consensus semper intellexit.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. de Sacram. Pœnit. Cap. 2.

Ad novitátem & integritátem in Baptismo receptam, per Sacramentum Pœniténtiæ sine magnis nostris flétibus & labóribus, divínâ id exigente justítiâ, pervenire nequáquàm possumus: ut méritò Pœniténtia laboriósus quidam Baptismus à sanctis Pátribus dictus fúerit. Est autem hoc Sacramentum Pœniténtiæ lapsis post Baptismum ad salútem necessárium, ut nondùm regenerátis ipse Baptismus.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. de Sacram. Pœnit. Can. 4.

Si quis negáverit, ad integram & perfectam peccatórum remissiónem requíri tres actus in pœnitente, quasi matériam Sacramenti Pœniténtiæ, vidélicet Contritiónem, Confessiónem & Satisfactiónem, quæ tres Pœniténtiæ partes dicuntur; aut dixerit duas tantùm esse Pœniténtiæ partes, terróres scílicet incussos consciéntiæ, agníto peccáto; & fidem concéptam ex Evangélio, vel absolutióne, quâ credit quis sibi per Christum remissa peccáta; anáthema sit.

FERIA QUARTA QUATUOR TEMPORUM.

Ex Concílio Narbonensi,

Ann. 1609. cap. 10. de observat. Jejun.

† Cùm Quadragesimale jejúnium à traditióne Apostolórum habeat Ecclésia, illud sanctè à fidélibus observandum est: nam jejúniis siccátur vitiórum sentína, marcet petulántia, languet concupiscéntia, & fugitívæ ábeunt voluptátes. Ideò præfátum Quadragesimále jejúnium, Vigiliæ & Quátuor témpora per abstinéntiam & cibórum delectum observentur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 6. de Justific. cap. 6.

Disponuntur autem ad ipsam justítiam, dum excitáti divínâ grátiâ & adjúti, fidem ex audítu concipientes, li-

berè moventur in Deum, credentes vera esse quæ divínitùs reveláta & promissa sunt; . . . &, dum peccatóres se esse intelligentes, à divínæ justítiæ timóre, quo utíliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericórdiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propítium fore, illúmque tanquam omnis justítiæ fontem dilígere incípiunt.

FERIA SEXTA QUATUOR TEMPORUM.

Ex Concílio Monspeliensi.

Ann. 1258. *cap.* 2.

✝ In tonsurando cautélam hábeat Ordinátor, ut talem ascríbat milítiæ clericáli, qui ex devotióne, non per fraudem adscríbi cúpiat Ordini clericáli, & qui non sit omnínò expers sciéntiæ clericális.

SABBATO QUATUOR TEMPORUM.

Ex Concílio Aquensi.

Ann. 1585. *tit.* 15.

✝ Hortátur hæc Synodus omnes qui ad Subdiaconátûs, Diaconátûs, aut Presbyterátûs Ordines promovendi sunt, ut, ántequam accédant, de peccátis ómnibus totíus anteáctæ vitæ generáliter confiteantur, ac spirituáles áliquas exercitatiónes ab Epíscopo præscribendas óbeant, adhíbito sibi duce & moderatóre viro religióso, quem Epíscopus præfécerit.

DOMINICA II. Quadragesimæ.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. *de Pœnit.* *Cap.* 4.

Declárat sancta Synodus Contritiónem non solùm cessatiónem à peccáto, & vitæ novæ propósitum & inchoatiónem, sed véteris étiam ódium continére, juxta illud: Projícite à vobis omnes iniquitátes vestras in quibus prævaricáti estis; &, Fácite vobis cor novum, & spíritum novum.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. *de Pœnit.* *c.* 4.

Docet sancta Synodus, etsi contritiónem hanc aliquando caritáte perfectam esse contingat, hominémque Deo reconciliáre priusquàm Pœniténtiæ Sacramentum actu suscipiátur; ipsam nihilóminùs reconciliatiónem ipsi contritióni sine

Sacramenti voto, quod in illa inclúditur, non esse ascribendam.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 14. de Pœnit. cap. 4.

Contritiónem imperfectam quæ Attrítio dícitur, quóniam vel ex turpitúdinis peccáti consideratióne, vel ex gehennæ & pœnárum metu commúniter concípitur, si voluntátem peccandi exclúdat cum spe véniæ, declárat sancta Synodus non solùm non fácere hóminem hypócritam & magis peccatórem, verùm étiam donum Dei esse, & Spíritûs sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantùm moventis, quo pœnitens adjútus viam sibi ad justítiam parat. Et, quamvis sine Sacramento Pœniténtiæ per se ad justificatiónem perdúcere peccatórem néqueat, tamen eum ad Dei grátiam in Sacramento Pœniténtiæ impetrandum dispónit.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 14. de Pœnit. Can. 6.

Si quis negáverit Confessiónem sacramentálem, vel institútam vel ad salútem necessáriam esse jure divíno; aut díxerit modum secrétè confitendi soli sacerdóti quem Ecclésia cathólica ab inítio semper observávit & obsérvat, aliénum esse ab institutióne & mandáto Christi, & inventum esse humánum; anáthema sit.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 14. de Pœnit. Can. 7.

Si quis díxerit in Sacramento Pœniténtiæ ad remissiónem peccatórum necessárium non esse jure divíno confitéri ómnia & síngula peccáta mortália, quorum memória cum débita & diligenti præmeditatióne habeátur, étiam occulta & quæ sunt contra duo última decálogi præcepta, & circumstántias quæ peccáti spéciem mutant; ... aut díxerit eos qui ómnia peccáta confitéri student, nihil relínquere velle divínæ misericórdiæ ignoscendum; aut demùm non licére confitéri peccáta veniália; anáthema sit.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 14. de Pœnit. cap. 5.

Impium est Confessiónem..... impossíbilem dícere, aut carnificínam

am conſcientiárum ap-
lláre. Conſtat enim ni-
l áliud à pœniténtibus
Ecclésia éxigi, quàm
poſtquàm quiſque dili-
ntiùs ſe excúſſerit, &
onſciéntiæ ſuæ ſinus
nnes & látebras explo-
verit, ea peccáta con-
eátur, quibus ſe Dómi-
im & Deum ſuum mor-
liter offendiſſe memí-
rit: réliqua autem pec-
ta quæ diligenter cogi-
nti non occurrunt, in
iiverſum eâdem confeſ-
óne inclúſa eſſe intelli-
intur: pro quibus fidé-
ter cum prophéta díci-
ius: Ab occultis meis
iunda me, Dómine.

SABBATO.

x Inſtructiónibus ſancti
Cároli.

De Pœnitentia.

Neceſsária ádmodùm
ſacerdótibus, qui in
idiendis pœniténtium
onfeſſiónibus verſantur,
inonum pœnitentiálium
iéntia. Etenim ſi ómnia
uæ ad pœnitendi mo-
um pértinent, non pru-
éntiâ ſolùm ac pietáte,
d juſtítiâ étiam metien-
a ſunt, certè norma hæc
canónibus pœnitentiá-
ibus ſumátur oportet.
unt namque ii quaſi ré-
ulæ quædam, quibus,
cùm ad culpæ commiſſæ
gravitátem rectè digno-
ſcendam, tùm ad impo-
nendam pro illíus ratió-
ne veram pœniténtiam
confeſsárii diriguntur.

DOMINICA III.
Quadrageſimæ.

Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. de Pœnit. c. 5.

Per Lateranenſe Con-
cílium, Ecclésia non
ſtátuit ut Chriſti fidéles
confiterentur, quod jure
divíno neceſsárium &
inſtitútum eſſe intelléxe-
rat; ſed, ut præceptum
confeſſiónis ſaltem ſemel
in anno ab ómnibus &
ſíngulis, cùm ad annos
diſcretiónis perveniſſent,
impleréatur. Undè jam in
univerſa Ecclésia cum
ingenti animárum fidé-
lium fructu obſervátur
mos ille ſalutáris confi-
tendi, ſacro illo & má-
ximè acceptábili témpore
Quadragéſimæ: quem
morem hæc ſancta Syno-
dus máximè probat &
ampléctitur, tanquam
pium & méritò retinen-
dum.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Cabillonenſi
undécimo.
Ann. 813. Can. 32.

Quidam dum confi-
tentur peccáta ſua

ſacerdótibus, non plenè id fáciunt. Quia ergo conſtat hóminem ex duábus eſſe ſubſtántiis, ánimâ vidélicet & córpore; & interdùm ánimi motu, interdùm carnis fragilitáte peccátur, ſolerti indagatióne debent inquíri ipſa peccáta, ut ex utriſque plena ſit conféſſio; ſcílicet ut & ea confiteantur quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatióne delínquitur.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. *de Pœnit.*
Can. 12.

Si quis díxerit totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, Satisfactionémque pœniténtium non eſſe áliam quàm fidem, quâ apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe; anáthema ſit.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. *de Pœnit.*
Cap. 8.

Divínam cleméntiam decet ne ita nobis abſque ulla Satisfactióne peccáta dimittantur; ut, occaſióne acceptâ, peccáta levióra putantes, velut injúrii & contumelióſi Spirítui ſancto, in gravióra labámur, theſaurizantes nobis iram in die iræ.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. *de Pœnit.*
Cap. 8.

Procul dúbio magnópere à peccáto révocant, & quaſi fræno quodam coercent ſatisfactóriæ pœnæ, cautioréſque & vigilantióres in futúrum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatórum relíquiis, & vitióſos hábitus malè vivendo comparátos contráriis virtútum actiónibus tollunt. Neque verò ſecúrior ulla via in Eccléſia Dei unquam exiſtimáta fuit ad amovendam imminentem à Dómino pœnam; quàm ut hæc pœniténtiæ ópera hómines cum vero ánimi dolóre frequentent.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Tridentíno.
Seſſ. 14. *de Pœnit.*
Can. 9.

Si quis díxerit, Abſolutiónem ſacramentálem ſacerdótis non eſſe actum judiciálem, ſed nudum miniſtérium pronuntiandi & declarandi remiſſa eſſe peccáta con-

fiténti, modò tantùm credat se esse absolútum; aut díxerit non requíri confessiónem pœnitentis, ut sacerdos eum absólvere possit; anáthema sit.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. *de Pœnit.*

Can. 15.

Si quis díxerit claves Ecclésiæ esse datas tantum ad solvendum, non étiam ad ligandum; & proptéreà sacerdótes, dum impónunt pœnas confiténtibus, ágere contra finem clávium, & contra institutiónem Christi; & fictiónem esse, quòd virtúte clávium, sublátâ pœnâ æternâ, pœna temporális plerumquè exolvenda remáneat; anáthema sit.

DOMINICA IV.

Quadragesimæ.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *Cap.* 37.

Pœniténtium causæ pensandæ sunt, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est quæ culpa præcésserit, aut quæ sit pœniténtia secúta post culpam, ut quos omnípotens Deus per compunctiónis grátiam visitat, illos pastóris senténtia absolvat. Tunc enim vera est absolútio præsidentis, cùm interni arbítrium séquitur Júdicis.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Cabillonensi secundo.

Ann. 813. *Can.* 38.

Modus pœniténtiæ peccáta sua confiténtibus, aut per antiquórum Cánonum institutiónem, aut per sanctárum Scripturárum auctoritátem, aut per Ecclesiásticam consuetúdinem, impóni debet, repudiátis ac pénitùs eliminátis libellis quorum sunt certi erróres, incerti auctóres: de quibus rectè dici potest: Mortificábant ánimas quæ non moriuntur, & vivificábant ánimas quæ non vivébant.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Mediolanensi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 6.

In confessáriis probandis hanc ratiónem hábeant Epíscopi, ut pii, benè moráti, docti, prudentes, patientes, de animárum salúte sollíciti, & fidéles custódes sint eórum quæ in confessió-

ne dicuntur ; provectâ étiam ætáte, præsertìm illi quibus confessiónes mulíerum erunt audiendæ.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Coloniensi primo.

Ann. 1536. part. 7. cap. 33.

Magnópere necessárium judicámus, ut sacerdos qui à confessiónibus est, sit íntegor, erudítus ac siléntii tenax, alióquì, si ad quæstum intentus sit, si ad malum sollícitet, si curiósior explorátor sit, si pertinácibus blandiátur, si intricátam consciéntiam extricáre nésciat, si dénique vel ebriósus, vel iracundus, vel levis, vel secréti mínimè tenax, dissipandis magis quàm pascendis óvibus vidébitur idóneus.

FERIA QUINTA.

Ex Régulis sacramentálibus sancti Cároli, Mediolanensis Archiepíscopi.

De observ. in ministerio Sacram. Pœnit.

Vídeat diligenter confessárius ne quem absolvat qui vel ódium, inimicitiámve depónere nolit, vel restitúere pro facultáte recúset aliénum, vel à statu peccáti mortális parátus non sit discédere, occasionémve símilis peccáti vitáre : quâ de re doctrínas probátas stúdeat rectè cognóscere, & secundùm eas sese gérere.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. de Pœnit. Cap. 8.

Debent Sacerdótes Dómini, quantùm spíritus & prudéntia suggésserit, pro qualitáte críminum, & pœniténtium facultáte, salutáres & convenientes satisfactiónes injúngere : ne, si fortè peccátis connívéant, & indulgéntiùs cum pœniténtibus agant, levíssima quædam ópera pro gravíssimis delíctis injungendo, alienórum peccatórum partícipes efficiantur.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. de Pœnit. c. 8.

Hábeant sacerdótes præ óculis, ut satisfáctio quam impónunt, non sit tantùm ad vitæ novæ custódiam, & infirmitátis medicamentum, sed étiam ad præteritórum peccatórum

vindictam & castigatiónem; nam claves sacerdótum non ad solvendum duntaxàt, sed & ad ligandum concessas, étiam antíqui Patres & credunt & docent.

DOMINICA
Passionis.
Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *c.* 31.

Sacerdótes qui aut múneris, aut amóris, aut timóris, aut certè favóris causâ, témpora modúmque pœniténtiæ ad líbitum pœniténtium indícunt, aúdiant quid Dóminus per Ezechiélem prophétam terribíliter dicat: Erit manus mea super prophétas qui vident vana, & divínant mendácium: in consílio pópuli mei non erunt, & in scriptúra domûs Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur, eò quòd decéperint pópulum meum dicentes: Pax, pax; & non est pax.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Lateranensi secundo œcuménico.

Ann. 1139. *Can.* 22.

Quia inter cétera unum est quod sanctam máximè perturbat Ecclésiam, falsa vidélicet pœniténtia, confratres nostros & Presbyteros admonémus ne falsis pœniténtiis laicórum ánimas décipi, & in infernum pértrahi patiantur. Falsam autem pœniténtiam esse constat, cùm, spretis plúribus, de uno solo pœniténtia ágitur; aut cùm sic ágitur de uno, ut non discedátur ab álio. Unde scriptum est: Qui totam legem observáverit, offendit autem in uno, factus est ómnium reus; scílicet quantùm ad vitam ætemam.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Lateranensi secundo œcuménico.

Ann. 1139. *Can.* 22.

Falsa fit pœniténtia, cùm pœnitens ab offício vel curiáli vel negotiáli non recédit, quod sine peccáto agi nullâ ratióne prævalet; aut si ódium in corde gestétur; aut si offenso cuílibet non satisfíat; aut si offendenti offensus non indúlgeat.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Mediolanensi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 6.

Confessóres cánones pœnitentiáles benè

nóvérint; & de pœniténtia quam cuíque peccáto præscripsérint, confitentes admóneant, ut tantò diligéntiùs à peccátis cavére stúdeant, quantò in pœniténtiis cánonum mitigandis benigniórem in se Ecclésiam experiuntur.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Lateranensi quarto, œcuménico, Ann. 1215. Cap. 21.

Sacerdos sit discrétus & cautus, ut, more períti médici, superinfundat vinum & óleum vulnéribus sauciátis; diligenter inquírens & peccatóris circumstántias & peccáti, per quas prudenter intélligat, quale illi consílium débeat exhibére, & cujúsmodi remédium adhibére, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrótum.

FERIA SEXTA.

Ex Synodo Coloniensi. Ann. 1423. Can. 11.

† Ad glóriam sanctæ & intemerátæ Vírginis Dei Genitrícis, pro míseris peccatóribus Fílium suum crucifixum assíduè deprecantis, nec non ad honórem illíus angústiæ & dolóris, dùm Redemptor noster Jesus Christus, expansis mánibus, in ara crucis, pro salúte nostra immolátus, Matrem suam benedíctam dilectíssimo discípulo suo Joanni Evangelistæ commendávit; & præsertìm ut profanórum hæreticórum perfidia retundátur, qui imágines ad laudem Crucifixi & gloriósæ Vírginis dedicatas combúrere mínimè formidárunt; Festum commemoratiónis præfatæ angústiæ & dolóris beatæ Maríæ Vírginis síngulis annis celebrétur.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno. Sess. 14. de Pœnitentia, Can. 11.

Si quis díxerit Epíscopos non habére jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam polítiam, atque ídeò cásuum reservatiónem non prohibére, quóminùs sacerdos à reservátis verè absolvat; anáthema sit.



'e Communione Paſchali, & Sancto Euchariſtiæ uſu.

)MINICA Palmarum.

)ncílio Lateranenſi
ırto œcuménico.

n. 1215. cap. 21.

nnis utriuſque ſe-
kûs fidélis, poſt-
ad annos diſcre-
pervénerit, ómnia
olus peccáta confi-
: fidéliter, ſaltem
in anno, próprio
dóti; & injunctam
œniténtiam ſtúdeat
víribus adimplére,
)iens reverenter, ad
s in Paſcha, Eucha-
: Sacramentum, niſi
, de conſílio próprii
dótis, ob áliquam
nábilem cauſam, ad
us ab ejus perceptió-
íxerit abſtinendum:
|uìn & vivens ab in-
u Eccléſiæ arceátur,
óriens chriſtiánâ cá-
ſepultúrâ.

RIA SECUNDA.

:oncílio Tridentíno.

13. de Euchar. Can. 9.

quis negáverit om-
ıes & ſingulos Chriſti
ıes utriuſque ſexûs,
cùm ad annos diſcretió-
nis pervénerint, teneri,
ſíngulis annis, ſaltem in
Páſchate, ad communi-
candum, juxta præcep-
tum ſanctæ matris Ec-
cléſiæ; anáthema ſit.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Bituricenſi.

Ann. 1584. tit. 22. can. 9.

Nemo ad diem Paſ-
chæ Euchariſtiam
ab álio quàm à próprio
Párocho ſeu Curáto sú-
mere præſúmat: qui con-
trà fécerit, excommuni-
cétur. Sacerdos qui con-
tra hoc decrétum admi-
niſtrârit, cujuſcumque
gradûs & órdinis fúerit,
extraordináriè puniátur.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Cabillonenſi
ſecundo.

Ann. 813. Can. 46.

In perceptióne Córporis
& Sánguinis Domínici,
magna diſcrétio adhiben-
da eſt. Cavendum eſt
enim, ne ſi nímiùm in
longum differátur, ad

perníciem ánimæ pertíneat, dicente Dómino: Nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis, & bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Si verò indiscrétè accipiátur, timendum est illud quod ait Apóstolus: Qui enim mandúcat & bibit indignè, judícium sibi mandúcat & bibit.

In Die sancto Paschæ.

Ex Concílio Matisconensi secundo.

Ann. 585. *Can.* 2.

† Pascha nostrum, in quo summus Sacerdos & Póntifex pro nostris delictis, nullam habens obnoxietátem peccáti, immolátus est, debémus omnes festivíssimè cólere, & sédulæ observatiónis sinceritáte in ómnibus venerári; ut..... omnes simul coadunáti, hymnis Paschálibus indulgentes, perseveratiónis nostræ præséntiam quotidiánis sacrifíciis ostendámus, laudantes Creatórem ac Regeneratórem nostrum véspere, manè & merídiè.

Feria secunda.

Ex Synodo Parisiensi.

Ann. 1557. *apud Laur. Boch. Decret. Eccles. Gallic. libr.* 3.

Admonendi sunt accurátè Christiáni, ne indignè ad venerandum & divínum Eucharístiæ accédant sacramentum; neve in peccáto aut propósito deinceps peccandi aúdeant accédere, sed cum religióne & timóre: ne fortè, imitantes vestígia Judæ, locum diábolo pótiùs quàm Deo præparent, pœnam quam merentur, brevì susceptúri.

Feria tertia.

Ex Concílio Remensi.

Ann. 1583. *tit. de Euchar.* 1.

Cùm nihil hábeat Christiána relígio Sacramento Eucharístiæ præstántius & augústius, nihílque ad sanctè & inculpátè vivendum efficácius ejúsdem frequentíssimâ participatióne, dolémus tantam esse Christianórum hujus témporis incúriam, ut semel tantùm in anno sumant tam salutáris Sacramenti subsídia.

[F]ERIA QUARTA.
[C]oncílio Mediolanensi sexto.
Ann. 1582. *tit.* 9.
[P]árochus, si quem Parochiálem habet qui [m]orbo labórans, aliâ- [n]ecessitáte verè impe- [diti]s non potest, sacro [Pas]chæ témpore, ad Ec- [clés]iam convenire, ubi [sanc]tíssimam Communió- [ne]m cum céteris fidéli- [bus] percípiat; ad illum, [et]iamsi paucis antè dié- [bus] percéperit) ipse, illo [Pas]cháli témpore, de- [fer]re déferat.

[FE]RIA QUINTA.
[C]oncílio Burdigalensi.
[A]nn. 1624. *cap.* 5. *de Sacr.* 3.
[Sæ]píssimè fidéles ad sa- [c]ratíssimæ Eucharístiæ [sum]ptiónem cum omni [dev]otióne & compunctis [cord]ibus accédere, per- [mitt]imus. Sed, ne omit- [tant] témpore Páschatis id [in] própria Parochiáli [ex]stáre, sacris Canóni- [bus] insisténtes statúimus, [eo t]émpore omnes Chri- [st]idéles, tùm ad con- [fessi]ónem peccatórum [prop]rio Párocho, aut álii [de] ejus licéntia facien- [dam], tùm ad sacram [Euc]harístiam in eádem [Eccl]ésia percipiendam te- néri & obligári, nullósque áliàs præcepto Ecclésiæ satisfecisse, ac proindè in eos, ni resipiscant, ab Ordinário censúris agendum esse, declarámus.

FERIA SEXTA.
Ex Constitutiónibus Ecclésiæ Gallicánæ in Conventu Melodunensi.
Ann. 1579. *tit. de Euchar.*
Ad frequentem Communiónem cum fídei sinceritáte, spei confidéntiâ, caritátis ardóre, ac animárum puritáte pópuli excitandi sunt. Júvenes primùm ad tanti Sacramenti sumptiónem admitti volentes probentur; &, per tempus áliquod, ántequàm admittantur, ad fídei sinceritátem, usum & fructum tanti Sacramenti instituantur.

SABBATO
In Albis.
Ex Concílio Tolosáno.
Ann. 1590. *part.* 2. *can.* 5.
Quæ tanto animárum dispéndio in locis quibusdam incróbuit, serò nímiùm communicandi consuetúdo, sánctiùs erit immutanda: adolescentésque ii, quos de sumendo mystério sa-

tis discérnere posse Párochi vel Confessárii judicârint, ad Communiónem sunt à Párochis recipiendi, imò étiam impellendi.

DOMINICA
In Albis.
Ex Concílio Mediolanensi tértio.
Ann. 1573. *part.* 1. *tit.*7.

Quicumque in Pascha ab Diœcési abfúerit, is reversus, se eo témpore sacram Communiónem sumpsisse testátum fáciat scripto sacerdótis à quo súmpserit.... alióquin, ut Ecclésiæ præcepto páreat, confessus in própria Parochiáli Ecclésia sacram Eucharístiam suscípiat. Quod nisi fécerit, prout juris est, pœnâ afficiátur.

De Mediis ad obtinendam Statûs Clericalis perfectionem; ubi de Oratione, Sacramentorum frequentatione, sanctis & piis Lectionibus & Exercitiis.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 19.

Qui se ab ómnibus implicaméntis negotiórum seculárium removentes, non torpent ótio; sed insistunt perfectiónis suæ negótio, & ab stultítia sapiéntiæ seculáris aversi, verbo Dei infatigabíliter vacant, sapientes veráciter fiunt.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Ann. 816. *libr.* 1. *Can.* 9.

Sacerdótis præ céteris speciále offícium est, Scriptúras légere, percúrrere Cánones, exempla sanctórum imitári; vigíliis, jejúniis, oratiónibus incúmbere: cum frátribus habére pacem, nec quemquam ex membris suis discérpere.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Mediolanensi quarto.
Ann. 1576. *part.* 3. *tit.* *Monit.*

In omni imprímis sancta oratióne vos assíduè exercéte; tùm in meditatiónis tacitæque piæ oratiónis stúdio, síngulis diébus, certo témporis spátio, toto castíssimi ánimi sensu incúmbite.

UINTA.
Tridentíno.
Ref. cap. 18.
scopus, ut
singulis dié-
acrifício in-
Item síngu-
confiteantur
juxta Con-
ium, sumant
mini nostri

SEXTA.
Burdigalensi.
3. *tit.* 21.
qui in for-
mini vocáti
lùm ab om-
turpitúdine
esse, sed
virtútum gé-
lebent, spe-
cti, ut ait
undo, An-
ínibus, né-
ullam offen-
vituperétur
istérium; sed
xhibentes se-
t Dei mini-

A T O.
Mediolanensi
to.
. *part.* 3.
Monit.
um Provin-
& Diœcesa-
titutiónes &
percúrrite
2

solùm; sed usque ádeò studiósè légite, ut quæ legéritis, pòst étiàm táciti vobíscum aliquandò mente reputétis, ac videátis simul, non solùm si quidquam est, quod contra illórum præscriptum egéritis; verùm si quid étiàm áliud est, quod ex eisdem éxequi præstaréve omiséritis aut neglexéritis.

DOMINICA II.
Post Pascha.

Ex Concílio Arvernensi.
Ann. 541. *apud Laur. Bochel. Decret. Eccles. Gallic. libr. 6. tit.* 13. *cap.* 4.

Epíscopus, Présbyter atque Diáconus, tam sanctâ consciéntiâ respléndeant, ut effúgiant probitáte áctuum, maledicórum oblóquia, & testimónium in se divínum implére contendant, quo Dóminus ait; Sic lúceat lumen vestrum coram homínibus, ut videntes vestra bona ópera, gloríficent Patrem vestrum qui in cœlis est.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Mediolanensi quinto.
Ann. 1576. *part.* 3. *tit.* 2.

Ne Clérici apud se libros hábeant aut legant, quorum lectióne

benè agendi stúdium, morum disciplína, & timor caritásque Dei languéscere possit: quales libri sunt, qui res vel inánes, vel jocósas, vel scurríles, ridiculásve, vel impúras cóntinent. Rerum novárum curiositátes fúgiant: tùm ne quæ ridícula sunt, unde cachinni risúsque solutióres exístunt, loquantur.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Coloniensi primo.
Ann. 1536. *part.* 2. *cap.* 4.

Clérici in lege Dómini meditentur die ac nocte, ut judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa, desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multùm, dulcióra super mel & favum, totis præcórdiis ampleḉtantur, exquírant scrutentúrque. Idque non própriâ præsumptióne aut humáno sensu, sed Spíritu sancto dictante, qui abscondit hæc à sapiéntibus & prudéntibus in óculis suis, & revélat ea párvulis.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Turonensi tértio.
Ann. 813. *Can.* 7.

Ab ómnibus quæcumque ad aúrium & ad oculórum pértinent illécebras, undè vigor ánimi emollíri posse créditur, Dei Sacerdótes abstinére debent: quia per aúrium oculorúmque illécebras, vitiórum turba ad ánimam íngredi solet.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Mediolanensi quarto.
Ann. 1576. *part.* 3. *tit. Monit.*

Prædiórum ecclesiasticórum quæ non avarítiæ præda, sed instrumenta caritáti relicta sunt, réditu & frúctibus non abutámini; humilitáti studéte; caritátis ópera præstáte, induímini Dóminum Jesum Christum, sanctorúmque ejus facta imitémini, ut & horum imitatióne illíus imprímìs divínis præceptis institutísque conformáti, in vocatióne, quà vocáti estis, dignè Deo ambulétis.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Tolosáno.
Ann. 1590. *part.* 1. *c.* 3.

Honestis exercitatiónibus privatísque disputatiónibus, Cléricos omnes Paróchiæ suæ fines incolentes, Párochi interesse hortentur. Sic fiet ut instructióres &

ad quævis obeunda múnia paratióres Sacerdótes habére possint. Quòd si fortè mandáto renuentes Cléricos cognóverint, Epíscopum certiórem de ea re statìm fáciant, qui eos quacumque póterit ratióne & auctoritáte, ad id præstandum ádigat.

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanensi.

Ann. 1573. *tit.* 10.

Ut in disciplínæ morum offíciis Clerus se studiósiùs contíneat, in diésque magìs ad Clericáles virtútes progrediátur; Epíscopus & inferióris órdinis Cléricos, & Sacerdótes prætéreà, modò universos, modò partem eórum, modò certos áliquos, síngulos ad se aliquandò cónvocet: illorúmque uniuscujusque vitæ ratiónes, christianárum virtútum exercitatiónes & progressus cognoscat; adhíbitis Sacerdótibus in vitæ spirituális, Clericaliúmque virtútum disciplíná exercitátis.

De Scientia Clericis necessaria, & sancto temporis usu.

DOMINICA III. *Post Pascha.*

Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *cap.* 25.

Ignorántia, mater cunctórum errórum, máximè in sacerdótibus Dei vitanda est, qui docendi offícium in pópulis suscepérunt. Sacerdótes enim légere sanctas scriptúras admonentur, Paulo Apóstolo dicente ad Timótheum: Intende lectióni, exhortatióni, doctrínæ; semper pérmane in his.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Bracarensi secundo.

Ann. 563. *cap.* 20.

Plácuit ut ex láico ad gradum Sacerdótii antè nemo véniat, nisi priùs anno íntegro in offício Lectoráti vel Subdiaconáti disciplínam Ecclesiásticam discat: & sic per síngulos gradus, prædictus ad Sacerdótium véniat. Nam satìs reprehensíbile est, ut qui necdùm dídicit, jàm docére præsúmat.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 20.

Tam doctrínâ quàm vitâ claróre debet Ecclesiásticus Doctor. Nam doctrína sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrína inútilem facit. Sacerdótis prædicátio opéribus confirmanda est; ità ut qui docet verbo, ínstruat exemplo. Vera enim est illa doctrína, quam vivendi séquitur forma.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 16.

Sicut iníqui & peccatóres ministérium Sacerdótale ásséqui prohibentur, ità indócti & imperíti à tali offício retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonórum corrumpunt: isti suâ ignáviâ iníquos corrígere néſciunt.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 12.

Considera Sacerdótum esse offícii, de lege interrogátos respondére. *Si* Sacerdos est, sciat legem Dómini: si ignorat legem, ipse se árguit non esse Dómini Sacerdótem; Sacerdótis enim est scire legem, & ad interrogatiónem respondére de lege: item in Malachía: Lex veritátis in ore ejus.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 26.

Sacerdos debet majóris sciéntiæ habére grátiam, quâ possit sub se viventes instrúere. Hoc dicat Sacerdos, quod ex divína lectióne didícerit, quod illi Deus inspiráverit, non quod præsumptióne humáni sensûs invénerit. Annuntiábis eis, inquit, ex me. Ex me & non ex te mea verba loquéris eis: non est quòd ex eis tanquàm de tuis infléris: Ex me, inquit, eis annúntia.

SABBATO.

Ex Concílio Moguntíno.

Ann. 813. *can.* 10.

Clérici in doctrína, in lectiónibus, in psalmis, hymnis & cánticis, exercítio jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divínis cúltibus se mancipandos studeat exhibére: scílicet ut, dùm sciéntiæ óperam dant, doctrínæ grátiam pópulis adminístrent.

DOMINICA IV.
Post Pascha.
Ex Concílio Aquisgranensi secundo.
Ann. 836. *cap.* 2. *can.* 3.

Medicínam spirituálem consiliúmque salúbre animárum, Pastóres pópuli scire opórtet, utì médicos spirituáles, asserente sanctíssimo Pontífice Gregório atque dicente; Quia ártium ars est régimen animárum.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Mediolanensi quarto.
Ann. 1576. *part.* 3. *tit.* 1.

Ne omittant Sacerdótes sacræ Theológiæ, sacrorúmque Cánonum, aliarúmque Ecclesiasticárum doctrinárum officio munerique sacerdotáli próprìè congruéntium stúdiis, quotídiè statis horis óperam dare.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Bituricensi.
Ann. 1584. *tit.* 35.

Scriptum est: Cæcus si cæco ducátum præstet, ambo in fóveam cadunt: ídeò absurdum est cæcis cæcos duces præfícere. Quapropter iis animárum Christianárum cura committenda non est, qui *mente cæci, suis afféctibus præcípites per scélera* volutantur: sed ii sunt deligendi, qui sibi ipsis imperáre nôrint, quíque doctríná & móribus céteris prælúceant.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Aquisgranensi.
Ann. 816. *libr.* 1. *cap.* 96.

Ama sciéntiam Scripturárum, & carnis vítia non amábis. Fácito áliquid óperis, ut semper te diábolus invéniat occupátum. Memento quia & Apóstoli Christi, habentes potestátem de Evangélio vívere, laborábant mánibus suis, ne quem gravárent; & áliis tribuébant refrigéria, quorum pro spirituálibus debébant métere carnália.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Mediolanensi quarto.
Ann. 1576. *part.* 3. *tit.* 2.

Illud unusquisque Cléricus sæpè répetat, se non ad inértiam atque ignáviam, sed ad spirituális & Ecclesiásticæ milítiæ labóres vocátum esse. Sciat proptéreà id in offício suo pósitum esse, ut cùm vel in Offíciis divínis obeúndis, vel in frequentandis Ecclesiis, quod debet, tempus consúmpserit; si quid sibi

réliquum est, id omne non in rerum seculárium collóquiis profanísque actiónibus, sed in divinárum litterárum stúdiis, & in cœléstium rerum contemplatiónibus, & sanctis piísque offíciis tradúcat.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Aquisgranensi.

Ann. 816. libr. 1. c. 123.

Non ótio vacent Clérici, non vanilóquiis insérviant, non detractiónibus & céteris vitiórum illécebris incumbant; sed pótiùs aut oratióni, aut lectióni, aut quibúslibet Ecclésiæ, aut certè própriis utilitátibus vacent; aut étiam doctrínis sanis, & diversárum ártium erudiantur disciplínis: ità vidélicet, ut nullus in congregatióne inútilis, aut otiósus exístens, stipéndia Ecclésiæ inofficiósè accípiat.

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanensi quarto.

Ann. 1576. part. 3. tit. 1.

Epíscopi, si Clércos áliquos otiósos esse compérerint, initâ áliquâ ratióne, salutáribus eos occupatiónibus & Ecclesiástico hómine dignis incúmbere provídeant omnínò, ne isti ad suæ salútis discrímen, & aliórum offensiónem ótio abutantur.

De Rogationibus & Litaniis.

DOMINICA V. *Post Pascha.*

Ex Actis Ecclésiæ Mediolanensis.

Part. 4. Instr. pro Supplic.

Domínicâ, aut Festo Processiónis diem immediátè præcedenti, Párochus quílibet fidéles móneat de hujus die & occasióne; undè eos ut intersint, Processionémque tam ánimo quàm córpore comitentur, efficáciter adhortábitur; ut Deus ómnium preces, pro sua misericórdia in animárum & córporum tàm nostrórum quàm proximórum benefícium, dignétur exaudíre; dicátque quantâ modéstiâ, devotióne & órdine hæ Processiónes celebrári débeant.

FERIA SECUNDA
Rogationum.

Ex Concílio Aurelianensi primo.

Ann. 511. *can.* 27.

Rogatiónes, id est, Litanías ante Ascensiónem Dómini, ab ómnibus Ecclésiis plácuit celebrári: itá ut præmissum triduánum jejúnium in Domínicæ Ascensiónis festivitáte solvátur. Quo tríduo omnes abstíneant, & quadragesimálibus cibis utantur.

FERIA TERTIA
Rogationum.

Ex Concílio Coloniensi primo.

Ann. 1536. *part.* 9. *cap.* 7.

Litaníæ princípio institútæ sunt, ut pópulus, diviná institutióne admónitus, cleméntiam Dei exóret, quò pestes, clades, calamitátes, fames, bella & id géneris adversa, quæ nobis justíssimo Dei judício ob peccáta nostra infliguntur, avertat & tollat.

FERIA QUARTA
Rogationum.

Ex Concílio Coloniensi primo.

Ann. 1536. *part.* 9. *c.* 7.

Litanías, id est, Sup*plicatiónes* seu Rogatiónes, indicto triduáno jejúnio, ante Dómini Ascensiónem Pátribus plácuit celebrári: quibus omnes interesse jubentur, ut quemádmodùm omnes peccavérunt, sic & omnes pro vénia súpplicent, omnésque ad Deum corda cum mánibus élevent.

IN ASCENSIONE DOMINI.

Ex Constitutiónibus Apostolórum.

Libr. 5. *cap.* 18.

† Numerátis quadraginta diébus à primo Domínico die, celebráte diem festum Assumptiónis Dómini, quo die, absolútâ omni dispensatióne ac constitutióne, ascendit ad Deum eumdémque Patrem suum à quo missus fúerat, ad cujus déxteram virtútis sedet, expectans quoad inimíci ejus sub pédibus ejus pósiti sint: quíque in consummatióne séculi véniet cum potestáte & glória multa ad judícandum vivos & mórtuos, & ad retribuendum ómnibus pro cujusque eórum factis.

De Sacramento Baptismi; ubi de Patrinis, & de Baptizatorum obligationibus.

FERIA SEXTA
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concilio Remensi.
Ann. 1583. *tit. de Sacr. num.* 1.

Quóniam septem Sacraméntis, quasi médiis quibusdam præstantíssimis, cultus Deo sanctíssimus plenissimúsque pietátis exhibétur, imprímis Parœcis ómnibus, divinique verbi Ministris præcípimus ut sédulò dóceant quid sint Sacraménta, quorum instítúta, quam vim hábeant, seu quis sit eórum effectus, quæ utílitas, quæ virtus: ut simul intélligant fidéles quantâ pietáte, fide & religióne ad eórum perceptiónem accédere débeant.

SABBATO
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concílio Bituricensi.
Ann. 1584. *tit.* 19. *de Bapt.*

Adversùs peccátum originále, in quo omnes & concípimur & náscimur, únicum est remédium, lavácrum regeneratiónis seu Baptismus: cujus vim & necessitátem éxprimens Christus Dóminus ait: Nisi quis renátus fúerit ex aqua & Spíritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Omnibus ergò recèns natis conferátur, adhíbitâ Ecclesiásticâ cæremoniárum observatióne.

DOMINICA
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concilio Remensi.
Ann. 1583. *tit. de Bapt. n.* 2. & 3.

Si Parœcus alicujus púeri paréntes diútiùs distulisse Baptismum animadvérterit, gráviter eos íncrepet de perículo in quod, eórum culpâ, puer incídere pótuit: &, si negléxerint, signíficet Epíscopo, ut huic malo remédium afferre conétur. Idem móneat susceptóres, fídei pro suscepto sponsóres esse.

FERIA SECUNDA
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concílio Remensi.
Ann. 1583. *tit. de Bapt.*

Sciat Parœcus ad puerórum è sacro fonte susceptiónem non fácilè debére admitti púeros qui

ratiónis usum nondùm habent: & cáveat ne susceptóres plures duóbus admittat, scílicet unum virum & unam féminam, propter cognatiónem spirituálem quæ indè contráhitur. Multò autem minùs hæréticos, vel étiàm de hæresi suspectos sinat esse fídei sponsóres.

FERIA TERTIA
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concílio Parisiensi sexto.
Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 10.

Magnâ ex parte Christiánum decus vilescit, quandò renáti in Christo ea quibus in Baptísmate renuntiavérunt, nec intellígere curant; nec ab his se, ut Christo pollíciti sunt, abstinére sátagunt.

FERIA QUARTA.
Intra Octav. Ascensionis.
Ex Concílio Parisiensi sexto.
Ann. 829. *libr.* 1. *cap.* 10.

Abrenuntiáre diábolo est pénitùs eum respúere, spérnere, rejícere, eíque contradícere. Opera ejus sunt supérbia, cujus ille auctor est, & quæ eum ex Angelo dæmonem fecit, quæ est étiàm inítium omnis peccáti; & cétera vítia quæ ex radíce pródeunt supérbiæ. Pompa diáboli hæc est quæ pompa mundi; id est, ambítio, arrogántia, vana glória, omnísque cujúslibet rei superflúitas in humánis úsibus.

FERIA QUINTA.
Octava Ascensionis.
Ex Concílio Tridentíno.
Sess. de Baptismo, can. 14.

Si quis díxerit párvulos baptizátos, cùm adoléverint, interrogandos esse, an ratum habére velint quod patríni eórum nómine, dùm baptizarentur, pollíciti sunt; & ubì se nolle respónderint, suo esse arbítrio relinquendos, nec áliâ ínterìm pœnâ ad Christiánam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharístiæ aliorúmque Sacramentórum perceptióne arceantur, donec resipiscant; anáthema sit.



De Sacramento Confirmationis.

FERIA SEXTA

post Octav. Ascensionis.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 7. de Confirm. can. 1.

Si quis díxerit Confirmatiónem baptizatórum otiósam ceremóniam esse, & non pótiùs verum & próprium Sacraméntum; aut olim nihil áliud fuisse, quàm catechésim quamdam, quâ adolescéntiæ próximi, fidei suæ rationem coram Ecclésia exponébant; anáthema sit.

SABBATO.

In Vigilia Pentecostes.

Ex Concílio Bituricensi.

Ann. 1584. *tit.* 20.

Vita hóminis milítia est super terram, ut habet Scriptúra: ideò quotquot per Baptismum regeneráti sunt ad vitam, confirmandi sunt ad pugnam, quod consecúti sunt Apóstoli in die Pentecostes, quibus priùs à Dómino dictum fúerat: Si non abíero, Paraclétus non véniet: si autem abíero, mittam eum ad vos.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

Ex Concílio Bituricensi.

Ann. 1584. *tit.* 20.

Nos pro igne visíbili qui die Pentecostes super Apóstolos appáruit, óleum sanctum, matériam nempè ignis, et Apostolórum traditióne ad confirmandum adhibémus, eóque frontes Confirmandórum signantur; ne púdeat eos crucem Christi palàm & apertè profitéri, & in fronte sicut & in corde gestáre.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Remensi.

Ann. 1583. *tit. de Confirm. n.* 1.

Quamvis unusquisque per Baptismum catálogo fidélium sit ascriptus, ad diáboli tamen, carnis mundíque tentatiónes perferendas ac superandas, non nisi per impositiónem mánuum Epíscopi plus róboris & grátiæ récipit. Móneant ergo Parœci diviníque verbi præcónes, Sacramentum Confirmatiónis non debére négligi vel prætermitti à verè Christiánis.

FERIA III.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Arelatensi sexto.

Ann. 813. *can.* 6.

Presbyteri sub sigillo custódiant Chrisma, & nulli, sub prætextu medicínæ vel cujúslibet rei, dare præsúmant. Genus enim Sacramenti est; & non ab áliis, nisi à Sacerdótibus contingi debet. Quod si fécerint, honóre priventur.

FERIA QUARTA QUATUOR TEMPORUM.

Ex Concílio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. *can.* 18.

Jejuniórum Témpora, id est quarti, séptimi & décimi mensis, nullus neglígere præsúmat; sed, ante horum inítia, per síngulos annos, admoneátur plebs quátenùs legítima universális Ecclésiæ sciat atque obsérvet jejúnia.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Bituricensi.

Ann. 1584. *tit.* 10. *can.* 7.

Curent Epíscopi Confirmatiónis Sacraméntum celebratúri, ut, Domínicâ præcedente, per singulárum Parœciárum Rectóres ac Prædicatóres, moneátur pópulus de ejus necessitáte, virtúte eíque débitâ reveréntiâ.

FERIA SEXTA QUATUOR TEMPORUM.

Ex Actis Ecclésiæ Mediolanensis.

Part. 4. *Inst. prædic.* *tit.* 11.

Concionátor pópulum hortábitur ut, statis illis Quatuor anni Tempóribus, & privàtim in suis quisque ædibus, & públicè in Ecclésia oret, ad Litanías convéniat, Deum precatúrus pro iis qui Ordinis Sacramento initiantur.

SABBATO QUATUOR TEMPORUM.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 23. *de Reform. c.* 16.

Cùm nullus débeat ordinári, qui judício sui Epíscopi non sit útilis aut necessárius suis Ecclésiis; sancta Synodus, vestígiis sexti Cánonis Concílii Chalcedonensis inhærendo, státuit ut nullus in pósterum ordinétur, qui illi Ecclésiæ, aut pio loco, pro cujus necessitáte aut

utilitáte assúmitur, non ascribátur; ubi suis fungátur munéribus, nec incértis vagétur sédibus. Quòd si locum, inconsúlto Epíscopo, deserúerit; ei Sacrórum exercítium interdicátur.

CANONES
IN FESTIS
SANCTORUM

Die I. Decembris.

In Festo

SANCTI ELIGII,

Noviomensis Episcopi, & Diœcesis Patroni.

Ex sancto Elígio, Epíscopo Noviomensi.

In ejus vita à S. Audoëno scripta, libr. 2. cap. 16.

Ego, quantùm ad me áttinet, absolvo coram Deo consciéntiam meam, testésque super hoc ínvoco cœlum & terram quòd præbúerim vobis opportúnum ministérium, atque annuntiáverim vitam & mortem: céterùm in præsenti vobis innotesco, quòd si sprevéritis verba mea, méque contemnentes, audíre noluéritis, équidem, véniens coram Redemptóre meo, accusábo pertináciam vestram.

Die VIII. Decembr.

In Festo

CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 5. in fine Decreti de Peccato Originali.

Declárat sancta Synodus, non esse suæ intentiónis comprehéndere in decréto, ubi de peccáto originàli ágitur, beátam & immaculátam Vírginem Maríam, Dei genitrícem; sed observandas esse constitutiónes felícis recordatiónis Sixti Papæ quarti, sub pœnis in eis Constitutiónibus contentis, quas ínnovat.

IE II. FEBRUARII.
In Festo
ÆSENT. DOMINI.
Concílio Mediolanensi tértio.
Ann. 1573. *tit.* 5.

uod pietátis & Dei
honóris causâ, à
ctâ matre Ecclésiâ in-
ítum est, ut Festo
Purificatiónis beátæ
ríæ Vírginis candélæ,
palmæ aut olívæ,
it locórum consuetú-
est; Domínico die qui
Palmis dícitur, in
lésia sólemni ritu be-
icantur, hæque can-
e statis illo témpore
cessiónibus circumfe-
tur, non sine sanctís-
a mysteriórum signi-
tióne; id, ut institúti
o póstulat, ita reli-
è celebrári debet.

IE XXV. MART.
In Festo
NUNT. MYSTER.
ICARN. DOMINI.
Concílio Lateranensi.
Ann. 649. *can.* 3.

quis, secundùm san-
tos Patres, non con-
ur, própriè & secun-
i veritátem, Dei Ge-
ícem sanctam sem-
ue Vírginem & im-
ulátam Maríam, út-
ipsum Deum Ver-
i speciáliter & verá-
citer, qui à Deo Patre ante ómnia sécula natus est, in últimis seculórum absque sémine concepisse ex Spíritu sancto, & incorruptibíliter eam genuisse, indissolúbili permanente & post partum ejusdem virginitáte; condemnátus sit.

DIE XIV. MAII.
In Festo
ORDINAT. S. ELIGII.
Ex sancto Elígio, Epíscopo Noviomensi.
Homil. 8. *in Bibl. PP.*

Vos, Sacerdótes, qui per síngulas Paróchias vestræ Ordinatiónis gregi Domínico præestis, admóneo ut mecum forma & exemplum benè vivendi sitis ómnibus vobis subjectis; dicente Dómino: Sancti estóte, quóniam ego sanctus sum.

DIE VIII. JUNII.
In Festo
S. MEDARDI,
Noviomensis Epíscopi.
Ex sancto Joanne Chrysóstomo.
Homil. 10. *in Epist. ad Timoth.*

Idcircò nos elégit Deus, ut simus quasi luminária, ut vélutì fermentum evadámus, ut magistri ceterórum efficiámur, ut vélutì Angeli cum homí-

nibus versémur in terris, ut tanquàm viri cum infántibus & púeris, quasi spirituáles cum animálibus, ut ex contubérnio nostro ingéntia lucra conquírant; ut sémina simus, ut fructum lætíssimum afferámus.

IN PRÆCIPUA SOLEMNITATE SS. PATRONORUM,

Ubi deest proprius Canon.

Ex Concílio Mediolanensi tértio, sub sancto Cárolo.

Ann. 1573. *Tit.* 1.

Quò religiósiùs íncolæ uniuscujusque Paróchiæ Festum diem colant illíus Sancti Sanctæve, cujus patrocínio Parochiális Ecclésia dicáta est, cohortatiónibus agat Párochus, ut ánimo piè répetant religiósas ejus sanctárum virtútum exercitatiónes; quarum méritis in cœlum ille vocátus, cùm sempitérnâ glóriâ perfruátur, pro caritáte quâ abundat, eórum quorum salútis patrocínium suscépit, preces Deo offert. Die Sancti qui Paróchiæ Patrónus est & custos, quò ad illíus imitatiónem magis fidéles inflammentur, id Párochus præstet, cùm frequéntior in Ecclésia pópulus adest, ut ipse aut álius in suggestu res ejus sanctè admirabilitérque gestas, morum disciplínam, pietátis stúdia ac virtútes pronúntiet.





PSALMI GRADUALES.

(*In Cathedr. Hi Psalmi, qui dicuntur* Graduales, *recitantur singulis Feriis VI. per Quadragesimam, in reditu Stationum*).

Dicuntur quinque primi Psalmi sine Glória Patri; *sed, in fine ultimi, dicitur* Réquiem ætérnam, &c.

Inchoantur absolutè sine Antiphona Psalmi, Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, *p.* 109. Levávi óculos meos, 109. Lætátus sum, 173. Ad te levávi, 139. Nisi quia Dóminus, 109.

In fine dicitur, Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Deinde dicitur, flexis genibus,

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, *secretò*. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Convértere, Dómine, úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobiscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Absolve, quæsumus, Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum; ut, in resurrectiónis glória, inter sanctos & electos tuos resuscitáti respírent; Per Christum Dóminum nostrum,

℟. Amen.

Post Orationem statim dicuntur sequentes alii quinque Psalmi absolutè; & in fine cujuslibet, dicitur Glória Patri.

Psalmi, Qui confídunt, *pag.* 110. In convertendo, 139. Nisi Dóminus, 110. Beáti omnes, 143. Sæpè expugnavérunt, 155.

Deindè dicitur, flexis genibus,

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas, &c. *ut suprà.*

℣. Memor esto congregatiónis tuæ, ℟. Quam possedisti ab inítio. *Ps.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam: ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper & párcere, súscipe deprecatiónem nostram; ut nos & omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietátis clementer absólvat; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Similiter post hanc Orationem dicuntur sequentes quinque Psalmi, & in fine cujuslibet dicitur Glória Patri.

Psalmi, De profundis, *pag.* 155. Dómine, non est exaltátum, 123. Memento, Dómine, David, *cum sua divisione,* 140. Ecce quàm bonum, 174. Ecce nunc benedícite Dóminum, 79.

Deindè dicitur, flexis genibus,

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò.* ℣. Et ne nos, &c. *ut suprà.*

℣. Salvos fac servos tuos, ℟. Deus meus, sperantes in te. *Ps.* 16.

℣. Dómine, exaudi, &c.

℣. Dóminus vobíscum, &c.

Orémus.

Prætende, quæsumus, Dómine, fámulis & famulábus tuis déxteram cœléstis auxílii; ut te toto corde perquírant, & quæ dignè póstulant, cónsequi mereantur; Per Christum Dóminum nostrum. Fílium tuum.

℟. Amen.





ORDO
PRECUM SEROTINARUM
AD SALUTEM SS. SACRAMENTI,
Pro diversitate Solemnitatum & Temporum.

Fit Expositio SS. Sacramenti; & imponitur à Cantore, seu primo Chorista, strophe, O salutáris Hóstia, *cum sua Doxologia; pag.* cxcj.

IN ANNUALIBUS & DUPLICIBUS I. & II. CLASSIS,

Cantatur ultimum Responsorium Officii nocturni, vel Hymnus II. Vesperarum, cum ℣. *& Orat. de Die. Deindè sequens Antiphona:*

O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátiâ, & futúræ glóriæ nobis pignus datur, allelúia.

℣. Edent páuperes, & saturabuntur: ℟. Vivent corda eórum in séculum séculi. *Ps.* 21.

Orémus.

Deus, qui nobis, sub Sacramento mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis.

Posteà dicitur Antiphona de Beata, pro tempore, cum ℣. *& Oratione, pag.* 192, 193, 194. *vel Antiphona* Sub tuum præsídium, *pag.* lxxvij. *cum* ℣. Ora pro nobis, *pag.* lxxvj.

Orémus.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui beátam Fílii tui genitrícem Vírginem Maríam devóto venerámur afféctu, maternæ ipsíus circa nos pietátis víscera sentiámus: Per eumdem.

[*Omittitur autem Antiph. præcedens in Festis*

B. M. V. & intra Octavam, quandò fit de eâ].

Post Antiph. de B. M. V. dicitur Antiph. de Patrono cum ℣. & Oratione.

[Omittitur autem Antiphona de Patrono, Die Festo Patroni, & intra Octavam, quandò fit de ea].

Pro Rege.

Ant. Dómine, salvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Repet.* Dómine. Glória Patri. *Repet.* Dómine. *Ps.* 19.

Pro Pace.

Ant. Deus det nobis jucunditátem cordis, & fíeri pacem in diébus nostris. *Eccli.* 50.

℣. Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ; ℟. Et super fílium hóminis quem confirmasti tibi. *Ps.* 79.

℣. Fiat pax in virtúte tua, ℟. Et abundántia in túrribus tuis. *Ps.* 121.

℣. Vide, Dómine, & vísita víneam istam; ℟. Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua. *Ps.* 79.

℣. Qui regis Israel, inténde, ℟. Qui dedúcis velut ovem Joseph. *Ps.* 79.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noster, *p.* xc.

Deus, à quo sancta desidéria, *pag.* xcj.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces placátus admitte; ut, destrúctis adversitátibus & erróribus univérsis, secúrâ tibi sérviat libertáte.

Da, quæsumus, Dómine, fámulo tuo *N.* quem pascéndo gregi tuo præfecisti, spíritum consílii & fortitúdinis, spíritum sciéntiæ & pietátis: ut, per dignum Pontíficis institútum, crescat devótio sancta Fidélium; & salus gregis gáudium sit & coróna Pastóris: Per.

¶ [*A DD. Episcopo Noviomensi celebrante dicitur Oratio quæ sequitur:*

Orémus.

Deus, qui humilitatis nostræ húmeris onus imposuisti ipsis Angelicis Spirítibus formidandum: da nobis, quæsumus, sapiéntiam & fortitúdinem; ut pondus illud ad consummatiónem Sanctórum, in ædificatiónem córporis Christi va-

leámus sustinére ; Per eumdem].

Denique dicitur Antiph. Ave, verum, *p.* cxxxj.

℣. Cibávit eos ex ádipe frumenti, ℟. Et de petra melle saturávit eos. *Ps.* 80.

Orémus.

Deus, qui Ecclésiam tuam pretióso Córpore & Sánguine tuo mirabíliter réficis, infunde in eam Spíritum vivificantem; ut, cœlestis participatióne mystérii, de te vivens in terris, tecum vívere mereátur in cœlis; Qui vivis & regnas ... in unitáte ejusdem Spíritûs sancti Deus; per ómnia sécula seculórum.

Datâ Benedictione, & recondito SS. Sacramento, dicitur Psalmus 129. De profundis, *pag.* 155. *&* *Orat.* Fidélium, *p.* cij.

IN DUPLICIBUS

III. Classis & infrà per annum, id est à Præsentatione Domini (nisi priùs occurrat Septuagesima) ad Quadragesimam.

Omnia ut suprà, exceptis quæ sequuntur.

Post cantatam Strophen O salutáris hóstia, *cum sua Doxologia* Uni trinóque Dómino, *cantatur ad libitum unum ex* ℟℟℟. *vel unus ex Hymnis sequentibus.*

j. ℟. Memóriam fecit mirabílium suórum, misericors & miserátor Dóminus: * Escam dedit timéntibus se: † Memor erit in séculum testamenti sui. ℣. Jesus, cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. * Escam dedit. Glória. † Memor erit. *Ps.* 110. *Joann.* 13.

ij. ℟. Unus panis & unum corpus multi sumus, * Omnes qui de uno pane & de uno cálice participámus. ℣. Parasti in dulcédine tua páuperi, Deus, qui habitáre facis unánimes in domo, * Omnes qui de uno pane. Glória Patri. * Omnes. *I. Cor.* 10. *Ps.* 67.

iij. ℟. Homo quidam fecit cœnam magnam, & misit servum suum horâ cœnæ dícere invitátis ut venírent; * Quia paráta sunt ómnia. ℣. Veníte, comédite panem meum, & bíbite vinum quod míscui vobis; * Quia. Glória. * Quia. *Luc.* 14. *Prov.* 9.

j. Hymnus.

PANGE, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium.

NOBIS datus, nobis natus
Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clausit órdine.

IN suprémæ noctе cœnæ,
Recumbens cum frátribus,
Observátâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

VERBUM caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmandum cor sincérum
Sola fides súfficit.

TANTUM ergo Sacramentum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documentum
Novo cedat rítui:

Præstet fide
tum
Sénsuum de
GENITOI
Laus & jub
Salus, hoi
quoque
Sit & bene
Procedenti
Compar sit
Amen

ij. H

SACRIS f
cta su
Et ex pr
nent p
Recédant
sint ón
Corda, v
NOCTIS re
novíssi
Quâ Chr
agnum
Dedisse f
ta legi
Priscis ind
POST agnu
expléti
Corpus d
tum d
Sic totur
quod tc
Ejus fatén
DEDIT frag
ris féri
Dedit &
guinis
Dicens: A
trado
Omnes ex

Sic sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium committi vóluit
Solis presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant & dent céteris.

Panis angélicus fit panis hóminum:
Dat panis cœlicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Pauper, servus & húmilis.

Te, trina Déitas únaque póscimus;
Sic nos tu vísitas sicut te cólimus;
Per tuas sémitas duc nos quò téndimus;
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

iij. Hymnus.

Verbum supernum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.

In mortem à discípulo
Suis tradendus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit & sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Convescens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

¶ O salutaris Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium;
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempiterna glória;
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Edent. *Oratio*, Deus, qui nobis, *suprà*, *pag.* clxxxvij. *Deindè Antiphona de Beata pro tempore cum* ℣. *& Oratione*, *pag.* 193. *Cætera ut suprà*, *p.* clxxxviij.

TEMPORE ADVENTUS.

Hymnus Vox clara, ℣. Excita, *p.* 200. *&* 201.

Orémus.

Vide, Dómine, afflictiónem pópuli tui, & potentem nobis de cœlo liberatórem emitte, qui nos & à peccáti servitúte éximat, & ad gloriósam filiórum tuórum tránsferat libertátem; Qui tecum vivit.

Ant. O sacrum. *Cetera ut suprà*, *p.* clxxxviij.

TEMPORE
NATIVITATIS [illegible]
[illegible] , [illegible] Dominum [illegible]

Hymn. [illegible]
℣. [illegible] p. [illegible]
Orat. [illegible] tempora, p. 244. *Ant.* O sacrum [illegible], pag. clxxxvij.
Cetera ut supra.

TEMPORE
QUADRAGESIMALI.
Pro [illegible] Dei [illegible]

Domine, non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *Ps.* 102.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrárum antiquárum: citò anticipent nos misericórdiæ tuæ; quia páuperes facti sumus nimis. *Ps.* 78.

Adjuva nos, Deus salutáris noster: & propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos; & propitius esto peccátis nostris propter nomen tuum. *Ps.* 78.

℣. Ostende nobis, Dómine, misericórdiam tuam; ℟. Et salutáre tuum da nobis. *Ps.* 84.

Orémus.

Deus, qui non mortem, sed pœniten-tiam desideras peccatorum: populum tuum ad te revertentem propitius respice; ut dum tibi devotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo clementer amóveas: Per Christ

Ant. O sacrum, ut supra, pag. clxxxvij.
Cetera ut supra.

TEMPORE
PASSIONIS
Hymn. Vexilla, p
℣. [illegible], pag.
Orat. Respice, p.
Ant. O sacrum, ut s pag. clxxxvij.
[*Ad Ant.* Dómine salvum fac Regem, o mittitur Glória Patri].
Cetera ut supra.

TEMPORE
PASCHALI.
℟. Ego sum p
℣. Lápidem, pag.

Orémus.

Innova nos, quæsumus Dómine, Redemptionis tuæ lætitiâ, & i ctis absolve néxibus peccatórum; ut redem nis nostræ mystériu gnè conservémus in re, & æternis lau celebrémus; Qui vi

Ant. O sacrum, ut s pag. clxxxvij.
[*In fine Ant.* a Allelúia].
Cetera ut suprà.

LITANIÆ SS. NOMINIS JESU.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyriç, eléiſon.

Jeſu, audi nos. Jeſu, exaudi nos.

Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.

Fili Redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.

Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.

Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.

Jeſu, Fili Dei vivi, miſ.

Jeſu, ſplendor Patris, miſerére nobis.

Jeſu, candor lucis ætérnæ, miſerére nobis.

Jeſu, Rex glóriæ, miſ.

Jeſu, ſol juſtítiæ, miſ.

Jeſu, Fili Maríæ Vírginis, miſerére nobis.

Jeſu admirábilis, miſ.

Jeſu, Deus fortis., miſ.

Jeſu, Pater futúri ſéculi, miſerére nobis.

Jeſu, magni consílii Angele, miſerére nobis.

Jeſu potentíſſime, miſ.

Jeſu patientíſſime, miſ.

Jeſu obedientíſſime, miſ.

Jeſu mitis & húmilis corde, miſerére nobis.

Jeſu, amátor caſtitátis, miſerére nobis.

Jeſu, amor noſter, miſ.

Jeſu, Deus pacis, miſ.

Jeſu, auctor vitæ, miſ.

Jeſu, exemplar virtútum, miſerére nobis.

Jeſu, zelátor animárum, miſerére nobis.

Jeſu, Deus noſter, miſ.

Jeſu, refúgium noſtrum, miſerére nobis.

Jeſu, pater paúperum, miſ.

Jeſu, theſaurus fidélium, miſerére nobis.

Jeſu, bone Paſtor, miſ.

Jeſu, lux vera, miſ.

Jeſu, ſapiéntia æterna, miſerére nobis.

Jeſu, bónitas infiníta, miſerére nobis.

Jeſu via & vita noſtra, miſerére nobis.

Jeſu gáudium Angelórum miſerére nobis.

Jeſu, Rex Patriarchárum miſerére nobis.

Jeſu, magiſter Apoſtolórum miſerére nobis.

Jeſu, doctor Evangeliſtárum, miſerére nobis.

Jeſu, fortitúdo Mártyrum, miſerére nobis.

Jeſu, lumen Confeſſórum, miſerére nobis.

Jeſu, púritas Vírginum, miſerére nobis.

Jesu, coróna Sanctórum ómnium, miserére nobis.

Propítius esto, Parce nobis, Jesu.

Propítius esto, Exaudi nos, Jesu.

Ab omni malo, Líbera nos, Jesu.

Ab omni peccáto, Líbera nos, Jesu.

Ab ira tua, Líbera nos, Jesu.

Ab insídiis Diáboli, Líbera nos, Jesu.

A spíritu fornicatiónis, Líbera nos, Jesu.

A morte perpétua, Líbera nos, Jesu.

A neglectu inspiratiónum tuárum, Líbera nos, Jesu.

Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, Líbera nos, Jesu.

Per Nativitátem tuam, Líbera nos, Jesu.

Per Infántiam tuam, Líbera nos, Jesu.

Per diviníssimam vitam tuam, Líbera nos, Jesu.

Per labóres tuos, Líbera nos, Jesu.

Per agóniam & passiónem tuam, Líbera nos, Jesu.

Per Crucem & derelictiónem tuam, Líbera nos, Jesu.

Per languóres tuos, Líbera nos, Jesu.

Per mortem & sepultúram tuam, Líbera nos, Jesu.

Per Resurrectiónem tuam, Líbera nos, Jesu.

Per Ascensiónem tuam, Líbera nos, Jesu.

Per gáudia tua, Líbera nos, Jesu.

Per glóriam tuam, Líbera nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis, Jesu.

Jesu, audi nos. Jesu, exaudi nos.

℣. Confitébimur tibi, Deus, ℟. Et invocábimus nomen tuum.

Orémus.

Dómine Jesu, cujus Nomen nemo dícere potest, nisi in Spíritu sancto; concéde, quæsumus, ut in eódem Spíritu sacratíssimum Nomen tuum invocantes, salvos fácias à peccátis; Qui vivis & regnas in unitáte ejusdem Spíritus sancti Deus, Per.

LITANIÆ B. M. VIRGINIS.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos. Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Mater Chriſti, ora pro nobis.
Mater divínæ grátiæ,
Mater puríſſima,
Mater caſtíſſima,
Mater invioláta,
Mater intemeráta,
Mater amábilis,
Mater admirábilis,
Mater Creatóris, ora pro nobis.
Mater Salvatóris,
Virgo prudentíſſima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens, ora pro nobis.
Virgo fidélis,
Spéculum juſtítiæ,
Sedes Sapiéntiæ,
Cauſa noſtræ lætítiæ,
Vas ſpirituále,
Vas honorábile, ora pro nobis.
Vas inſigne devotiónis,
Roſa myſtica,
Turris Davídica,
Turris ebúrnea,
Domus áurea,
Fœderis arca,
Jánua cœli,
Stella matutína, ora pro nobis.
Salus infirmórum,
Refúgium peccatórum, ora pro nobis.
Conſolátrix afflictórum, ora pro nobis.
Auxílium Chriſtianórum, ora pro nobis.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora pro nobis.
Regína Prophetárum, ora pro nobis.
Regína Apoſtolórum, ora pro nobis.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confeſſórum, ora pro nobis,
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine,

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis.

Christe, audi nos. Christe, exaúdi nos.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præstitisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum.

RESPONSORIA DE BEATA, cum Antiph. & Prosa, ad devotionem.

j. ℟. Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portasti, creatórem mundi: * Genuisti qui te fecit; & in æternum pérmanes Virgo. ℣. Ave, María, grátiâ plena: Dóminus tecum: * Genuisti.

ij. ℟. Sancta & immaculáta Virgínitas, quibus te láudibus éfferam néscio: * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contulisti. ℣. Benedicta tu in muliéribus, & benedictus fructus ventris tui; * Quia.

iij. ℟. Felix es, sacra Virgo María, & omni laude digníssima; * Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster. ℣. Ora pro pópulo; intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu: séntiant tuum juvámen quicumque célebrant tuam sanctam commemoratiónem; * Quia. Glória Patri. * Quia.

Ant. Sub tuum præsídium confúgimus, *suprà*, *pag.* lxxvij.

PROSA DE BEATA.

Invioláta, *pag.* lxxvij.

INDEX PSALMORUM.



NDEX CANTICORUM.

Cantica. *Paginæ.*

INTONATIONES

[redacted]

IŃTONATIONES,

:DIATIONES, TERMINATIONES

ET NEUMATA OCTO TONORUM.

hocce Diurnali, ad Antiphonas quisque
ıus suo numero notatur : variæ etiam cu-
ue Toni Terminationes seu Modi suis litte-
designantur. Duplex Modus, completus scilicet
incompletus. Modus completus ille est qui in
ulis Psalmi versibus desinit in legitimam Toni
finalem ; incompletus verò, qui, non in
mi versibus, sed in sola Antiphona perfectè
ıinatur.

ı singulis Tonis tria sunt observanda : In-
ıtio, Mediatio & Terminatio.

ɴTONATIO in Psalmis adhibetur tantùm ad
num Versum ; reliqui Versus à nota domi-
te in directum inchoantur : in Canticis verò
edictus & *Magnificat* (quando pulsantur Or-
ı,) Versus qui canuntur à Choro, eodem
lo inchoantur quo primus.

ɪEDIATIO fit in omnibus Versibus Psalmorum
Canticorum eodem modo quo fit in primo
su, nisi dictio sit monosyllaba, vel Hebræa non
inata ; tunc enim fit ut notatur in sequenti
orum Tabula.

ERMINATIO in omnibus Versibus, tàm Canti-
ım quàm Psalmorum, semper eadem est ac in
ıo Versu. Omnis Terminatio ideò per litteras
ıabeticas designatur, quia hæ litteræ notis Can-
:espondent, ut sequens earum ordo indicat.

A	B	C	D	E	F	G
Mi	Fa	Sol	La	Si	Ut	Re
La	Si	Ut	Re	Mi	Fa	Sol

JUBILUM est sonus quidam significans cor parturire quod dicere non potest. Et quem decet ista jubilatio, nisi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potes: &, si eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat nisi ut jubiles? ut gaudeat cor sine verbis, & immensa latitudo gaudiorum metas non habeat syllabarum?

Benè cantate ei in jubilatione.

S. Aug. Enarr. II. in Psalm. 32.

Nunquàm fit Neuma, seu Jubilum, nisi:

1° In Annualibus & in Duplicibus primæ, secundæ & tertiæ Classis, post ultimam Antiphonam seu Vesperarum, seu cujusque Nocturni, seu Laudum, & post Antiphonas Canticorum Evangelicorum;


2° In aliis Duplicibus & in Semiduplicibus, post Antiphonas eorumdem Canticorum.



TONUS I.


:æ claves, ſic & duæ litteræ, ſigni-
'ant Tonum duplici modo oculis
ſubjici poſſe.

ıtonatio.




In exi-tu Iſ-raël de Ægypto,

Iediatio. *Terminatio.*




domûs Ja-cob de populo barba-ro.


Monoſyllabis,
ræiſque voci-
non declin.




Adjiciat Dominus



ſuper vos.



Magni- fi- cat * a- ni- ma, &c.



e u o u a e.

Hiemalis r

D. Lau-da- te Domi-num, omnes gentes, &c. Spi-ri-tu- i san-cto.

e u o u a e.

Ma-gni- fi-cat * a- ni- ma, &c.

d.

e u o u a e.


Sequens desinit pariter in D. *majusc. sed, cùm ultimam syllabam reddat caudatam, sitque de primo, caracterum defectu, notatur per* J. *caudatum.*

J.


i i u i a o. e u o u a e.

f.


e u o u a e.



e u o u a e. e u o u a e.




e u o u a e.




Neuma I. Toni.

Tonis imparibus, qui & Authenti *di-*
ntur, Intonatio Canticorum Evangeli-
rum eadem est ac Psalmorum; in Plagiis
rò, seu paribus, differt, ut suis locis
tatur.

II.




Lau-da-te Domi-num, omnes




gen-tes. e u o u a e.

Canticis
ngelicis.




Nunc di-mit-tis servum


bus non declin. Credi-di ,



quod locutus sum. e u

D. 


Lau-da- te Do-mi- num ,




gentes. Spi-ri-tu- i sanct




Bene-dic. Credi-di , propte




In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Do-mi-nus




De-us Is-raël. Ma-gni-fi-cat * a-



ni-ma, &c. mi-hi ma-gna qui




potens est, &c. Quod pa-rasti.




Neuma.

A Completorio Sabbati sancti, usque ad Nonam Sabbati. in Albis inclusive, ad Horas Psalmi cantantur sub Tono sequenti, in b.

b.





Confi-temi-ni Domino, quoniam





bonus. e u o u a e


III.

E. 
Lauda-te Dominum, omnes gentes.



e u o u a e. Magni-ficat* a-nima, &c.


a. 
e u o u a e.
a.
e u o u a e.


b. 
e u o u a e.
c.
e u o u a e.


Neuma.


IV.

E. 
Lauda-te Dominum, omnes gentes.



e u o u a e.




euouae. euouae.



Lauda-te Dominum, omnes gentes.




euouae.




euouae. euouae.


In Canticis Evangelicis.




Be-ne-di-ctus Do-mi-nus



Deus Is-ra-ël.




Magni-fi-cat. Ma-gni-fi-cat.




Neuma.

gentes. e u o u a e.




Cre-di-di, própter quod locutus s




qui potens est.

a.




Lau-da-te Dóminum, omnes gen




Spiritu-i sancto.


VI.




Laudate Dominum, omnes gentes.




& in se-cu-la e u o u a e.




Credi-di, propter quod locutus sum.




Do-mi- ne, Da-vid.




Be- ne- dictus Do-mi-nus




Deus Isra-ël.



Magni- fi-cat * anima mea Dominum.




Lauda-te Dominum, omnes gentes.




& in sæcula e u o u a e.


In Canticis Evangelicis.



Be-ne-di-ctus Domi-nus




Deus Is-raël.




Ma-gni-ficat.

F.




Lauda-te Dominum, omnes gentes.




Spiritu-i sancto. e u o u a e.

F.



e u o u a e.


In Canticis Evangelicis.




Be-ne-di-ctus Do-mi-nu



Deus Is-ra-ël.




Ma-gni-fi-cat.




Neuma.


VII.




Lauda-te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e. lu-ciferum ge-nu-i te.




redidi.... locutus sum. Domine, David.



gni-fi-cat * anima. qui potens est.




pi-ri-tu-i san-cto. e u o u a e.




u o u a e. e u o u a e.

e u o u a e.




Neuma.


VIII.

g. 

Laudate Dominum, o




Spi-ri-tu-i ſancto.




Credi-di .... lo-cutus ſum.

G.  c.


In Canticis Evangelicis.




Be-ne-di-ctus Do-mi-nus




Deus Iſ-raël.



Ma- gni-fi-cat * a- nima, &c. magna qui



potens eſt.




Neuma.




Modus cantandi Abſolut. & Benedict.


Celebrans. *Abſolutio.*




De-us det nobis cor om-ni-bus ut




colamus eum : adaperi-at cor noſtrum




Chorus.




Lector. *Celebrans.*











(*Et ſic de aliis Abſolutionibus & Benedictionibus.*)

Modus cantandi Lectiones secundùm varias punctuationes.


Lector : In Monosyllabis : In Hebræis vocibus non declinatis, in medio lectionis.



Et dixit:... lo-cutus sum:... Sanctus




Israël:... Numquid... ute-ri su- i?




O sacrum convivium!


In Monosyll. In Hebr. voc. non decl. in fine.



Fi-des fun-da-mentum est. Sanctus



Is-ra-ël. & portas tuas lauda-ti-o.





Tu autem, Domine, mise-re-re nostrî.




℟. Deo grati-as.

Cùm verò non dicitur: Tu autem, Domine, &c. *postrema Lectionis verba sic cantantur:*







Modus cantandi Capitula.





Mediatio.






In Monosyllabis, Hebraïsque vocibus non declinatis.





Regi se....... in secu-la secu-lorum, in Christo




A-men. ℟. De-o, &c.


Je-su.

Mediatio.


In Monosyllabis, Hebraisque vocibus non declinatis.



De-us ca-ritas est: &




qui manet in ca-ri-ta-te, in De-o



manet, & Deus in e-o. ℟. De-o, &c.


Modus cantandi Orationes Tono recto.

Celebrans. ℟.




Dominus vobiscum. Et cum spiri-tu tuo.


Celebrans.



O-re-mus. De-us, qui be-a-tum




E-ligium, &c. .... Per omni-a ſecula




ſe-cu-lorum. ℟. Amen.

Celebrans.



vel Per Chriſtum Domi-num no-ſtrum.




℟. Amen.

Modus cantandi Orationes Tono depreſſo.


Celebrans. *Chorus.*

℟.




Dominus vobiſcum. Et cum ſpiri-tu tuo.


Celebrans.



O-re-mus. Deus, qui be-a-tum




E-ligi-um.... conce-de pro-pitius:...



cum ipſo coronari me-re-amur. Per




Dominum:... Fi-li-um tu-um: qui



tecum.... Per omni-a ſecula ſeculorum.


Chorus.



Dominus vobiſcum, *ut ſuprà.*

Amen.

Celebrans. *Chorus.* ℟.



Benedicamus Domi-no. De-o gra-ti-as.

TABULA

Omnium partium hujus Voluminis.

TABULA.

Finis Tabulæ.

PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amés & féaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers qu'il appartiendra; SALUT. Notre très-cher & bien amé Cousin JEAN-FRANÇOIS DE LA CROPTE DE BOURZAC, Evêque-Comte de Noyon, Pair de France, Nous a fait exposer qu'il auroit besoin de nos Lettres de Privilége pour l'impression des *Usages de son Diocèse*: A CES CAUSES, voulant favorablement traiter notredit Cousin, Nous lui avons permis & permettons, par ces Présentes, de faire imprimer par tel Imprimeur qu'il voudra choisir, les *Breviaires*, *Diurnaux*, *Missels*, *Rituels*, *Antiphoniers*, *Manuels*, *Graduels*, *Processionaux*, *Epistoliers*, *Pseautiers*, *demi-Pseautiers*, *Directoires*, *Heures*, *Catéchismes*, *Ordonnances*, *Mandements*, *Statuts synodaux*; *Lettres Pastorales & Instructions* à l'usage de sondit Diocèse, en tels Volume, forme, marge, caractère, conjointement ou séparément; & autant de fois que bon lui semblera, & de les faire vendre & débiter par tout notre Royaume, pendant l'espace de *douze années* consécutives, à compter du jour de la date des Présentes; sans toutefois qu'à l'occasion des Livres ci-dessus spécifiés, il puisse en être imprimé d'autres qui ne soient pas de notredit Cousin. Faisons défenses à tous Imprimeurs, Libraires & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangère dans aucun lieu de notre obéissance; comme aussi d'imprimer ou faire imprimer, ven-

dre, faire vendre & débiter lesdits Livres, en tout ou en partie, ni d'en faire aucunes Traductions, ou Extraits, sous quelque prétexte que ce puisse être, sans la permission expresse & par écrit, de notredit Cousin, ou de ceux qui auront droit de lui; à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenants, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers à notredit Cousin, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts. A la charge que ces Présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que l'impression de ces Livres sera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément aux Réglemens de la Librairie; qu'avant de les exposer en vente, les Manuscrits ou Imprimés qui auront servi de copies à l'impression desdits Livres, seront remis ès mains de notre très-cher & féal Chevalier, Chancelier de France, le sieur DE LA MOIGNON, & qu'il en sera ensuite remis deux exemplaires de chacun dans notre Bibliothéque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier, Chancelier de France, le sieur DE LA MOIGNON, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier, Garde des Sceaux de France, le sieur DE MACHAULT, Commandeur de nos Ordres; le tout à peine de nullité des Présentes: Du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir notredit Cousin, & ses ayans causes, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la Copie des Présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin desdits Livres, soit

tenue pour duement signifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos Amés & Féaux Conseillers-Secrétaires, foi soit ajoutée comme à l'Original : Commandons au premier notre Huissier, ou Sergent, sur ce requis, de faire, pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant clameur de Haro, Charte Normande & Lettres à ce contraires ; Car tel est notre plaisir : Donné à Versailles le *dix-septiéme* jour du mois de Mars, l'an de grace *mil sept-cent cinquante-cinq*, &, de notre Régne, le quarantiéme. Par le Roi en son Conseil.

Signé, PERRIN.

Registré sur le Registre XIII *de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris*, N°. 499. Fol. 390. *conformément au Réglement de* 1723, *qui fait défenses* Art. 4 *à toutes personnes de quelque qualité qu'elles soient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter & faire afficher aucuns Livres, pour les vendre en leurs noms, soit qu'ils s'en disent les Auteurs ou autrement ; & à la charge de fournir à la susdite Chambre, neuf Exemplaires de chacun prescrits par* l'Art. 108, *du même Réglement : A Paris, le vingt & un Mars mil sept cent cinquante-cinq.*

Signé, DIDOT, *Syndic.*

NOUS, JEAN-FRANÇOIS DE LA CROPTE DE BOURZAC, Evêque-Comte de Noyon, Pair de France, Avons cédé le présent Privilége au sieur *Augustin-Martin Lottin*, Imprimeur à Paris, à l'effet d'imprimer seulement le *Diurnal* extrait du Breviaire à l'usage de ce Diocèse : A Noyon, le vingt-quatre Juillet mil sept-cent soixante & quatre.

Signé ✝ BOURZAC, Ev. C. de NOYON.

PARISIIS,

Excudebat AUGUSTINUS - MARTINUS LOTTIN, Bibliopola & Typographus Serenissimi Ducis Bituricensis, viâ San-Jacobeâ, propè S. Yvonis ædes, sub Galli signo.

MDCCLXV.



